UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res Gestae Illvstrissimo-||rvm Martyrvm, Con-||fessorvm Atqve Sancta-||rvm Virginvm ...

Eorvm Praecipve, Qvae Per|| R. P. L. Surium sex Tomis compraehensae sunt:|| et nunc restrictis verborum ambagibus ... ad ... D.|| Caesaris Baronii Chronologiam|| digestae ac in quatuor Tomos distributae

Lippeloo, Zacharias

Coloniae, 1595

VD16 ZV 18288

urn:nbn:de:hbz:466:1-43699

Visual Library



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th. 2461.

2 K. 35.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

RES GESTAE

ILLVSTRISSIMORVM Martyrum, Confessorum atq; sanctarum Virginum, qui sanguinis sui effusione & præclaro eximiæ sanctitatis testimonio, veram orthodoxamque fidem consignarunt.

EORVM PRAECIPVAE, QVAE PER R. P. L. Surium sex Tomis compræhensæ sunt: & nunc restrictis verborum ambagibus, integra tamen historiarum serie vbiq; ferè seruata, ad exactissimam Doctissimi & præstantissimi viri D. CAESARIS BARONII Chronologiam digestæ: ac in quatuor Tomos distributæ. Sortis JESV Paderborne.

Studio & labore.

F. ZACHARIAE LIPPELOO,
Carthusię Coloniensis alumni.

TOMVS SECVNDVS.

Cum Licentia superiorum.

COLONIAE,
Apud Henricum Falcke[illegible]burg,
ANNO M. D. XC[illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

APPROBATIO.

Alter hic Tomus, quem de vita & rebus gestis Sanctorum atque illustrium Christi martyrum, confessorum ac virginum, ex prolixioribus illis à Reuerendo admodum patre, piæ memoriæ, Laurentio Surio Carthusiano Coloniensi, quondam editis historijs, venerabilis Pater Zacharias Lippelous, eiusdem Carthusiæ alumnus, summa fide atque studio, eleganter ac compendiosè elaborauit, ad vberiorem pietatis fructum, quem studiosus piusque lector ex eo consequi poterit, dignus est, qui typis excusus euulgetur.

Ita attestor ego Theodorus Riphanus, Nouesiensis. S. Theologiæ Doctor, & facultatis eiusdem in alma Coloniæ Agrippinæ Academia, pro tempore, Decanus:

ADMODVM REVERENDO, STRENVO, GENEROSO, NOBILISSIMOque Domino, D. Henrico à Ruissenberg, Ordinis Teutonici, Baliuæ Iuncetanę Commendatario pouinciali, &c. Domino suo multa obseruantia colendo S. P. D.

PRæclarè admodùm censuit Aristoteles, Generose ac Nobilissime Domine, nihil esse humanæ naturæ magnificentiæ accommodatius, quam admiranda Omnipotentis Dei opera, assidua mente contemplari. In eo enim munere non modo perfectam humanæ vitæ rationem, omnemq; officij religionem, sed summam omnium, quam animus capere potest, voluptatem, sitam esse decernit. Quod sanè Propheta Regius, qui diuinorum operum contemplatione animum assiduò pascebat, luculenter testatus est, cùm ait: Quam magnificata sunt opera tua, Domine: Omnia in sapientia fecisti, impleta est terra possessione tua. Delectasti me, inquit, Domine, in factura tua, & in operibus manuum tuarum exultabo. Vir insipiens non cognoscet & stultus non intelliget

hæc. Neq; modò sanctissimus hic rex, sed Philosophi etiam gentiles, in medijs errorum suorum tenebris, clarissimè immensam diuinæ sapientiæ magnitudinem, ex operibus ab ea conditis, cum incredibili mentis gaudio, perceperunt. Inter quos Seneca, vt magnificentissimis naturæ operibus animum suum oblectaret, eorumq; dulcedine omnes humanæ vitæ acerbitates suauissimas redderet, non dubitauit, patria, cognatis, amicis, opibus & possessionibus: & omnib. denique, pro quibus in vita parandis, tuendis, amplificandis homines vitam periculis infinitis exponunt & obijciunt, relictis, in locum ab omni mundano strepitu & familiari hominum congressu alienum secedere: vt (inquam) à flagitiosa corporis consuetudine remotus, & quasi corporeis vinculis expeditus, liberamente, in diuinorum operum contemplatione versari posset. Ex qua sane tantum, tamque admirabilem animi fructum est consecutus, vt mortalibus rebus abiectis & repudiatis de immortalibus atq; diuinis noctes & dies, cum incredibili voluptate cogitaret: & quasi ex alto cælorum cardine, mundum cum omnib. regnis & opibus infra se positum despiceret. Quod si tantam homines illi in solis naturæ, operib. contemplandis, voluptatem hauserunt, adeoq; naturæ statum insita fragilitate ruentem ac præcipitem fulcierunt, vt contra omnes fortu-

na

næ impetus inuicti perstiterint & semper gloriam ac decus retinuerint, quid tandem existimandum est in operibus gratiæ reconditum esse, quæ præcipuam diuinæ bonitatis & charitatis magnitudinē erga nos profitētur? Quid enim non admirādum, quid non magnificum, quid non vehementer obstupescendum in sanctorum hominum vitis legimus, quos Deus & singulari amore complexus est & clarissimis iustitiæ muneribus exornauit. Profectò tanta sunt tamq; admiranda, quæ Deus in eos plenissime congessit beneficia, vt homines, qui incomparabilem Dei erga suos charitatē minus perspectam habent, meras nugas & aniles plane fabulas esse dicant. Quod nemini sanè mirum videri debet, si homines inani sapientiæ opinione tumidi, ea irrideant, quæ omnem humanæ mentis intelligentiam superant, solaq; admirabili summi conditoris potentia perficiuntur. Si enim Propheta Dauid magnifica naturæ opera humanis oculis obiecta & ante pedes constituta, solis pijs & amore diuino acriter incensis cognita esse asserit: cæteris autem prorsus incognita & densis tenebris inuoluta: quonam tandem modo opera gratiæ, quæ in sanctorum hominum gestis præcipuè elucent, & infinitis partibus naturæ operibus nobiliora sunt, angustis humanæ intelligentiæ terminis assequentur? Et tamen sunt homines adeò amentes qui, cùm

nullo modo optimi parentis in filios suos beni-
gnitatem intelligere queant, omnia quæ de
SS. gestis referuntur vel impie conficta,
vel splendidis aspersa mendacijs contende-
re non vereantur. At verò ij, qui summi illi-
us Domini in tuendis & ornandis amicis suis
magnificentiam vel leuiter exploratam habēt,
profectò mecum fatebuntur nihil esse vel ad a-
nimarum vulnera salutarius, vel postremò ad
oblectamentum vitæ iucundius, quàm priscam
illam Ecclesiæ fœlicitatem sanctorū hominum
miraculis sancitam, martyrijs testatam, & ex-
cellenti diuinorum hominū virtute, continen-
tia, puritate, contra omnes dæmonum & tyran
norum impetus stabilitam, acri mentis iudicio
recognoscere. Quæ mecū ego cùm reputarem,
vniuersæ Christianæ Reipublicæ rem non mi-
nus vtilem quàm iucundam facturum me exi
stimaui, si res Sanctorum Dei virtute & auspi
cio gestas, attentiore delectu, pressas ac repur-
gatas & ad doctissimi præstantissimiq; viri Cæ-
saris Baronij iudicium, tanquàm ad Lydium la-
pidem probatas, in publicū emitterem. Quod
sanè si minus facunda splēdidaue, tamen inter
infinitas diuinarum laudum occupationes, syn
cera atq; accurata narratione præstitimus. Et
quanquam nescius nō essem, hūc nostrum labo-
rem multorum hominum offensioni obnoxium
futurū quod munus id suscipere ausus sim, a
qua

quod, pro dignitate obeundum atq; exornandum, diuino ingenio & admirabili orationis copia & facultate opus erat: tamen cùm attentius in consideratione Sãctorum versari cœpissem, adeó cupiditate eorum exarsi, vt continere me non potuerim, quin totũ meum studium, repente, ad vitas eorũ literis illustrandas conuerterem. Accedit quod religiosi hominis, in bonis artibus à pueritia enutriti, & in diuina studia, die nocte q; incumbentis, officiũ esse ducerem, non vni tantum sibi vacare, sed quantulamcumq; scientiam adeptus fuerit, eam ad cõmunem multorum vtilitatem conferre. Quæ cùm ita sint, confido fore fœtum hunc nostrum, quantumuis impolitum, gratijsq; quas homines admirantur, minus adornatũ, Iudicij tamen æquiori, præcipuè cui diurni nocturnique Ordinis nostri labores pænitus perspecti sint, placiturum & fautorẽ inuenturum: donec per otium ornatior accuratior q; à nobis prodierit. Has aũt lucubrationes nostras cui potissimum destinarem non diu mihi deliberandũ fuit. Exigebant enim hoc à me tua in me collata beneficia & præcipua quædam animi beneuolentia, quam omnibus mundi huius opibus longè præferendam puto. Præterea æquum esse putaui illi potissimum studiorum meorum labores consecrare, qui tanta vigilantia ac cura omnes literarum candidatos fouet: & omnes opes &

consilia

consilia eò libenter confert, vt doctorum atque piorum hominum multitudo, ad Reipublicæ & Ecclesiæ ministeria adhibeatur. Quàm multi enim tua singulari beneficentia & humanitate ad dignitates, & quod multo præclariùs est ardentissimis pietatis studijs tamquã facibus admotis incensi sint, non facile verbis explicari potest. Quare non possum nõ tam egregiam in te, Generose Domine, virtutem vehementer amare & amplecti, eamq; animo meo semper infixam habere: cuperẽq; sane egregias animi tui dotes, debitis laudib. celebrare, nisi me & ingenij & eruditionis meæ tenuitas, ab hac cogitatione auerterent. Hoc interim à te cõtendere non desistã, vt has qualescunq; mentis meæ cogitationes & animi conatus æqui boniq; consulas, scriptaq; nostra, qua me soles, humanitate amplectaris. Quod si feceris, acerrimos ad reliqua currenti stimulos addes, efficiesq; vt munere præclariore, & te tuaq; virtute magis digno, meum in te animum, pietatis & obseruantiæ plenissimũ, declarem. Christus Iesus R. D. V. & ad nominis sui gloriam, & Catholicæ Ecclesiæ vtilitatem, diu, nobis seruet incolumen. Ex Carthusia Agrippinensi 6. Kalend. Aprilis. Anno Restauratæ Salutis 1595.

R. D. V. Obseruantissimus
F. Zacharias Lippeloo. Carthus.

APRILIS.

VITA S. HVGONIS GRATIONOPOLITANI EPISCOPI.

Ex ea quæ est per R.P.D. Guidonem, Maioris Carthusiæ Priorem venerabilem, Sanctiq; Hugonis æqualem. Vsus est hoc Hugone vt familiarissimè, ita etiam honorificentissimè S. Bernardus.

HVGO egregium Catholicæ Ecclesiæ ornamentum, natione Valentinensis, loco iuxta fluuiũ Isaram sito, cui Castrum nomen est, parentes habuit cùm generis dignitate, tum sanctitatis prærogatiua conspicuos. E quibus pater Odilo, æuo iam grauis, sanctissimo monente filio, tanto feruore seculum contempsit, vt senectutis & delicatæ cõsuetudinis immemor, duras, quas Carthusia præscribit, vias aggredi non dubitauerit. Vbi annis ferè decem & octo in omni sanctitate exactis, cùm iam fermè esset centenarius, felici agone vitæ cursum consummauit, filijque precibus, ac sacra per illum cõmunione munitus, lætus cælorum regna petiuit. Mater verò eius, cùm pari pietatis studio flagraret, salubribus pij filij monitis instructa, omnibus pietatis operibus, in domo propria, reliquũ vitæ tempus impendit, & multis admodùm clara virtutibus in senectute bona quieuit. Hęc autem dicere fuerat solita, quòd, dum pręgnans, suis eum ferret visceribus, visum sibi per somnium fuerit elegantem creasse puerum, quem sistendũ Dei conspectibus, Sancti, (in quibus & beatus erat Petrus) deferebant in

i. Aprilis.

Patria & parẽtes S. Hugonis.

Pater eius senex fit Carthusianus.

Parentum cura imbuitur literis.

cælum. Hinc factum est, vt summa parentum diligentia optimis disciplinis & haud mediocri etiam literarum cognitione imbueretur.

Est Canonicus Valētiæ.

Cùm autem Musarum Charitumque munificentia præclarè ornatus, Valētiæ, in maiori ecclesia Canonicus sacras functiones obiret, cōtigit Dominum Hugonem Galliarū ex præcepto Gregorij septimi Legatum, virum agendarum rerum prudentia insignem ad eādem venire ciuitatem: qui captus huius Hugonis eximio morum candore, qui ex vultu tanquam è speculo præclarè lucebant, eum in partem societatemque sacri sui muneris vocauit, secum Auinionem ad celeberrimum quoddam Cōcilium abduxit. Eodem tēpore Grationopolitani antistite destituti eò venerūt, & summis infimisq; precibus Hugonem sibi Episcopum postularunt: quorū precibus summi Pontificis legatus protinùs gratulabundus annuit: sed ille maiore studio reluctatus, magnisq; vocibus sese & ætate & scientia & moribus & vita tātis mysterijs imparem esse affirmauit, addiditq; se nullatenùs passurum, in certissimū suæ salutis dispēdium, venerandum illud officium suæ vilitate fœdatū iri. Perstitit vir sanctus longo tempore, in illa sententia ac totis viribus, onus honoris illius, à suis humeris conatus est auertere, sed cùm & Legatus & viri pietate & prudētia præstātes, qui Concilio intererant, sua auctoritate eum mouerent, immò impellerent, tandē aliquando, non tamē sine multis lachrymis, electioni cessit: tātique muneris functionē cum solēni consecratione ab ipso Romano Pontifice Gregorio eius nominis VII. susceptā.

Hugo Legatus Gregorij septimi S. Hugonē secū abducit & postulatur Episcopus.

Cōsecratur à Gregorio septimo Antistes Grationopolitanus.

His igitur non solùm prosperè sed & religiosè peractis, ad susceptā reuersus ecclesiam, cùm eam præter opinionem multis flagitijs infamem inuenisset, po

ret, populum in diuinis rudem, sacerdotes nuptias publicè celebrantes, sancta illicitis cõtractibus violari, & omnia deniq; pietatis officia sine vlla etiã sceleris suspicione cõtaminari, quãtos miseriarum cumulos in morũ adeò deprauatorũ reformatione perpessus fuerit, quos lachrymarum imbres ad propitiandũ pro eis numen diuinum profuderit nõ est nostrę facultatis euoluere. Hoc tantũ dicimus, non prius eum à laboribus à lachrymis, à sacris cõcionibus & diurna nocturnaq; vigilantia cessasse, quàm obscuratã tot tantisque flagitijs ecclesiæ suæ faciem ad pristinũ nitorem ac pulchritudinem reuocasset.

Interea vir sanctus cùm hoc modo diœcesim suam nouo lumine illustrasset, cœpit & ipse maiori contentione ad summæ perfectionis studiũ aspirare. Necdum duobus annis sacrũ illud munus administrauerat, cùm omnibus huius vitæ curis posthabitis, ad sacrã sese solitudinẽ recepit, & monasticæ vitæ disciplinã, in Ordine Cluniacensi, in monasterio cui Casa Dei nomẽ est, incredibili alacritate excolere cœpit. Vix annũ vnũ in illius certaminis stadio exegerat, cùm mãdato summi Põtificis ad diœcesim suã redire cõpulsus est. Eã igitur repetẽs tãtis virtutũ omniũ incremẽtis locupletauit, vt minimè pœnitẽdos in solitudine fructus fecisse videretur.

Fit monachus Cluniacensis.

Reuocatus ad diœcesim suam.

Necdũ tertiũ in episcopatu expleuerat annũ cum eccè Bruno vir religiõe ac sciẽtia clarus, honestatis & grauitatis ac totius maturitatis quasi quoddã simulacrũ, cũ sex alijs egregia pietate viris aduenit, q̃ incredibili quodã sanctioris vitæ desiderio accẽsus, cõgruum aliquẽ suo ꝓposito locũ explorabat. Cupiebat enim in sacra aliqua solitudine vitam ab omni ꝓfanorum hominũ cõgressu liberã ducere, & se totũ à corporis cõsuetudine, quãtum ꝑ humanã

S. Bruno cũ socijs venit ad S. Hugonem.

fragilitatem liceret, auellere, quò vni & omnipotenti Deo arctiori amoris vinculo coniungi posset. Hunc igitur Hugo ad se cum socijs venientem tanta beneuolentia ac honore amplexatus est, vt eum non modò voti compotem fecerit, sed consilio, auctoritate & humili etiam obsequio iuuerit. Erat in ipsius diœcesi horrida quædam solitudo, cui Carthusia nomen est: hanc statim Brunoni assignauit, vt exstructis in ea tuguriolis vni Deo in omni sanctitate famularentur. Porrò sacer Antistes circa illud tempus viderat per somnium in eadem solitudine Deum habitaculum sibi construentem, stellasque septem itineris sibi ducatũ præstantes. Quapropter vir sanctus adeò illorum aduentu gauisus est vt nihil dubitaret septem illos diuinitus ad se missos. Vndè etiam in subleuandis eorum & animi & corporis necessitatibus cura & vigilantia plus quam paterna eis succurrit.

Carthusia solitudo horrida.

Visio S. Episcopi.

Iam verò postquam septem illos in arduo pietatis proposito feliciter progredi, & angelicã in humanis corporibus quodammodò vitam adeptos vidit, contineri non potuit, quin se eorum exercitijs adiungeret, & vilissima quæque ministeria in sacra illa congregatione sibi deposceret, tanta alacritate ac diligentia, quasi tum primùm ad Christi seruitutem admissus esset: adeoque diuini amoris facibus ardebat, vt mundi & rerum omnium humanarum oblitus ab illa solitudine auelli non posset. Cùm verò Bruno opportunè ac importunè instaret, vrgeret, ac impelleret vt cõmissarum sibi ouium curam repeteret; paupertatis ac humilitatis ardore incensus voluit non modò equos, sed omnia dignitatis suæ ornamenta, quibus episcopi cùm ad necessitatem tum dignitatem vti solent, diuendere, pre-

In Carthusia viuit humillimè.

Eccè ardens eius paupertatis studiũ.

re, precioq; pauperibus distributo, proprijs in prædicatione pedibus discurrere. Sed Bruno, cuius consilijs non aliter quàm præceptis obtemperabat, nequaquā id passus est: nam præter alia, quæ cùm ad corporis, tum maximè ad animæ perniciem indè prouenire poterāt incommoda, prudenter considerabat virum sanctissimum, vigilijs, ieiunijs, ac sacris lectionibus exhaustum tanto oneri ferendo planè imparem esse. Quadraginta enim, quam vixit annis, continuis capitis & stomachi doloribus laborauit, prorsus vt angelum Satanæ, qui eum colaphizaret, adeptus videretur.

Verumenimuerò quamuis adeò esset à corporis consuetudine rerumque humanarum cogitatione abstractus, vt suiipsius frequenter oblitus, non tam in terris quàm in cælis degere videretur, pauperum tamen & inopum curam deponere non potuit. Exceptis enim domûs suæ dumtaxat extremis necessitatibus, cuncta sanè, quæ consequi poterat, non in thesauros, posterorū vel dissipanda litibus vel consumenda luxibus congerebat, sed in egentibus lętus distribuit. Pupillorum verò ac viduarum patrocinium quanta cura susceperit quis explicare queat? Iram & furorem hominum potentissimorum, quo interdum seuientes, inexorabiles se præbebant, qua animi lenitate represserit, qua humilitate superauerit dictu mirum est. O quoties salutis humanæ quasi cęcatus desiderio in cenosa se loca pro talibus causis proiecit? quoties ad pedes abiectissimarum etiam personarum diu prostratus iacuit? Iam verò diuini verbi prædicationē quo animi feruore, quo studio expleuerit nunquid oratione consequi poterimus? Cum die quodā apud * Vinnaicum castrum verba faceret, & audientium corda ad effusam la-

Cura pauperum quanta illi fuerit.

*Iusnaicum

Prædicatio eius efficax.

chrymarum vim prouocaret, duæ mulieres acerrimis pietatis eius aculeis excitatæ in apertam scelerum suorum confessionem cum multis lachrymis proruperunt; quarum vna proprium se maritũ veneno sustulisse, cum summo admissi sceleris dolore proclamabat; quam nequaquã vir sanctus auersatus reiecit, sed summa cum prudentia ac modestia tractauit, vt eam tanquam membrum Ecclesiæ morbidum grauiterq; saucium, ad sanitatẽ reuocaret. Neque hæ solæ sed alij vtriusque sexûs quãplurimi sese ad pedes eius abiecerunt, & scelerum suorum veniam cum debita satisfactione postularunt.

Longũ nimis foret singulas eius virtutes recensere, in quem diuina gratia omnium ornamẽta virtutum congesserat, tantisque donis affecerat, vt singula quęque principatum sibi in eo vindicare viderentur. Porrò illud vnum in eo valdè admirandum fuit, quòd adeò diuinarum rerum commentation assueuerat, vt nulla vnquã res vel prospera vel aduersa mentem eius ab intuitu rerum cælestiũ auertere potuerit. Oculorum suorum, qui solent frequenter nobis peccati fenestrã aperire, custos adeò admirabilis fuit vt vix dici queat. Hinc cùm aliquando mater mea familiarem cum eo sermonem habuisset, & ego post discessum ex eo quærerem vtrùm eam senecta valdè fregisset: paululùm secum præmeditatus, Nescio, inquit, planè, cuius ætatis sit; neque enim faciem eius intuitus sum. Hinc & illud, quòd cùm mulier quædam potentia ac nobilitate præclara, ad eum venisset, & faciem, inter verba vltro citroque habita, fuco meretricio ornatam impudenter ostentaret & socij eius, quos prudentes non minùs quàm religiosos habere curabat, post discessum dicerent, cur eam de tanta lasciuia impu-

Studiũ contẽplationis eius.

Nota oculorum continentiam vere stupẽdam

impudentiaque non corripuisset, ille non sine horrore respondit, se faciem eius penitùs non vidisse. Et quid mirum quod faciem illius non viderit, qui nullam omninò nouerat? Vbi nunc sacerdotum, vbi plurimorum in sacro habitu constitutorum curiosa lasciuia, lasciuaque curiositas? Iam verò de vigili reliquorum sensuum custodia quid attinet dicere? cùm ita diuinarum laudum studio imbutus fuerit, vt etiam in extremis mortis doloribus, cùm cætera pœnè omnia de memoria diffugissent, hoc vnum prorsùs de sanctissima eius mente, nulla vel phrenesis vel alterius vi morbi potuerit aboleri.

Cùm iam deuecta ætate mortis dolores vehemẽtius appropinquarent, & multis fletibus ac suspiriis quasi maximorum criminum reus plangeret, quidam ex socijs eum consolaturus accedens: Pater, inquit, quid te tanto lachrymarum imbre affligis, cùm nec homicidium nec periurium nec aliud quidquam quod offensionem diuini numinis prouocauit, cõmiseris? Protinùs ille quid hoc, inquit, refert, cùm sola cupiditas & vanitas, hominem, nisi diuina clementia protegatur, in sempiternam pestem deijcere potest. Cupiditas & vanitas.

Cùm grauissimis morbi doloribus oppressus decũberet, Dñs Odolricus Diensis Antistes monasticæ vitæ amore incẽsus ad eum venit, vt sacrum habitũ ab eo, cuius alumnus fuerat, susciperet. Vir aũt beatus audita aduẽtũs eius causa, tãto est repletus gaudio, vt infirmitatis oblitus pœnè se de lectulo præcipitauerit, quò veniẽti occurrere posset. Accedẽte aũt illo præ gaudio lachrymas fudit, & in oscula eius ruẽs, sacro illũ habitu induit. Postremò cõtineri nõ potuit, quin ministrorũ suorũ manibus adiutus, in solũ descẽderet, prostratusq; in faciẽ magnas

Flagrat magno amore promouendæ salutis animarum.

Deo gratias ageret. Tantus namque erat illi humanæ salutis amor, tantum sanctitatis desiderium omnes ecclesiarum rectores maximis virtutũ omnium ornamentis decorare vehementer niteretur. Huic etiam crebris mentis excessibus in Deum ferebatur, & quanquã à primis annis, acerbissimis cerebri passionibus laboraret, & vltima ætate quasi quibusdam dolorũ fornacibus decoqueretur, tanti tamen fuit mentis altitudine, tanta constantia, vt nunquàm passus sit religiosam deuotionem fumo aliquo obscurari, sed in ea ad extremum vitę spiritum egregiè admodùm perseuerauit.

Obijt vir sanctus anno Dñi 1132.

Anno itaque ab incarnatione Domini millesimo centesimo triçesimo secundo, ætatis suæ ad minus octogesimo, mense quarto, consecrationis autem suæ quinquagesimo secundo, Kal. Aprilis, sexta ante Palmarum Dominicam feria, beatus Hugo inter sui temporis episcopos fama & operibus celeberrimus, migrauit ad Dñm successorem sibi Carthusiensem propter eximium pietatis studium egregie charum relinquens. Sacrum corpus fuit vsque ad tertiam, sequentis hebdomadæ, feriam insepultum relictum, ad cuius exequias innumerabilis vtriusq; sexûs multitudo confluens magna cum reuerentia sanctissimos eius pedes osculabatur, & multi in rebus afflictis, eius intercessione, opem diuinam implorabant, quã sine dubio se percepisse gaudebant. Tantus enim erat populi vndique cõcursus, & tam grata cunctis etiam defuncti præsentia vt eum in monumentum inferri non paterentur; Signa autem & miracula literis mandata non sunt, præsertim quòd clarorum hominum sanctitas non tam ijs, quàm vitæ innocentia & charitate in Deum continetur.

Deuotio populi erga sanctũ corpus.

MARTI-

MARTYRIVM SANCTARVM AGAPIS, Chioniæ & Irenes, quæ apud Thessalonicani passæ sunt. Diocletiani Consulatu nono, Maximiani autem octauo. ex eo quod est apud Metaphrasten.

CVm crudelis admodùm persecutio Maximiani Imperatoris in Christianos desæuiret, tres insigni pietate mulieres, quæ seipsas cũctis virtutibus contra tyrannidem egregiè munierant, vt cõceptam charitatis flammam luculentiùs excitarent, relicta patria, cognatione & vniuersis facultatibus contemptis, altum quendam montem petierunt: vbi cùm aliquandiu sanctissimis precibus operam dedissent, Magistratus, qui crudele Imperatoris mandatum exequebatur, eas, eodem in loco, comprehendi atque ad nefaria simulacrorum sacrificia trahi iussit. Sed illæ cum spe futurorum bonorum incensæ, non modò tantam impietatem execrẽtur, sed minas omnes suppliciaque contemnerent: voracibus eas flammis obijciẽdas decreuit. Qua autem virtute atque constantia certamen hoc confecerint, non erit abs re explicare. I. Aprilis.

Cùm igitur tres hæ egregia virtute fœminæ iudicum tribunali oblatæ essent; Dulcetio, Arteniensis scriba, hanc aduersus eas accusationem de scripto recitauit: Cassander beneficiarius hæc scripsit. Scito Domine mi, Agathonem, Agapen, Chioniam, Irenem, Casiam, Philippam, & Eutychiam nolle vesci his, quæ dijs sunt immolata, eas itaque ad tuã amplitudinem adducessendas esse curaui. Lecta accusatione Præses: Quænam, inquit, ista est tanta mentis vestræ insania, vt nolitis, religiosissimis Imperatorum nostrorũ edictis obedire? & tu, inquit, Agatho quare sacris nostris vti recusas? quoniam, Accusantur apud Dulcetium præsidem.

Agathonis constantia.

respondit Agatho, Christianus sum. Simili responsione singuli deindè nefandum deorũ cultum execrati sunt, potiusque se omnia tormẽtorum genera perferre paratos esse dixerũt, quàm ab ea fide, quæ singulari & gratuito Dei beneficio illis collata erat, vel latũ vnguem deficere. Hac eorum constãtia Præses ad iram prouocatus Eutychiam, quia vterũ ferebat, in carcerem abduci iussit: Agapen verò & Chioniam flãmis viuas exuri, reliquos autem alijs atque alijs supplicijs pro sua crudelitate reseruari.

Eutychia grauida traditur custodiæ.

Agapes & Chionia viuæ cremantur.

Et quidẽ sanctissimæ mulieres animis in spe cælestium bonorum egregiè cõfirmatis igni consummatę sunt: sancta verò Irene statim à peracto certamine Præsidi oblata. quæ interrogata vellẽtnè dijs potiùs sacrificare, quàm vitam in acerbissimis supplicijs amittere: Minimè, inquit Irene, minimè, per Deum illum omnipotentem, qui creauit cælum & terram. Summa enim illius ignis sempiterni pœna proposita est his, qui Iesum Dei verbũ negauerint. Tunc Dulcetius Præses: Quandoquidem oblatam benignitatis nostræ gratiam repudias, ego quoque non vno mortis metu te afficiam. Sorores quidem tuæ pœnas nostro iussu decretas exoluerunt: in te verò etsi eadem mortis sententia lata sit, aliud statuetur. Pręcipio igitur nudam te in lupanari omnium libidine vexandam exponi. Hàc lata sententia, satellites cum Zosimo publico carnifice apprehensam illam ad lupanar abduxerunt. Sed castissima mulier Spiritus sancti gratia tanquã radijs quibusdam obumbrata pudicitiam cõseruauit prorsus, vt nemo tanta audacia inuentus fuerit, qui impurum aut turpe aliquid in eam moliri præsumeret.

Irenes constantia.

Ducitur ad publicũ lupanar, sed manet intacta.

Quod cùm ad Præsidem relatum esset, præcipiti mentis furore agitatus eam reuoçari suoque tribunali

nali sisti iussit. Quæ sine mora veniens, insignem & vultu & oculis pietatē spirabat, & diuinam quandam effigiem ex se in omnium oculis afferebat. Vndè Præses ad maiorem indignationem pariterque pudorem prouocatus sic eam affatus est: Quia video te in eadem mentis temeritate perseuerantem idem te mortis supplicium, quod iam ante sorores tuæ exoluerunt, subire iubeo. Hac lata sententia, milites Irenem in sublimem quendam locum duxerunt, extructoque rogo, iusserunt ipsam in eum conscendere. Tùm illa, sublatis ad cælum oculis & vultu ad hilaritatem composito, psalmos canere, Dei gloriam celebrare, & festos dies agere cœpit ac læta postremo in rogum insiliens martyrij palmam adepta est. Laudás Deum flammis exuritur.

EGREGIVM MARTYRIVM S. AMPHIani, itemq; A Edesij fratris eius. auctore Eusebio Cæsariensi, historiæ Ecclesiast. lib. 8. cap. 14. & 15.

MAximianus Cæsar qui suis ipsius viribus ac manu imperium occupauerat, cùm incredibili in Christianos rabie sequiret, & alios in alia atque alia loca, qui sedulo periculum euitare studebant, dispergeret, beatus martyr Amphianus, vt suam in Deum fidem declararet, anno ætatis suæ vixdum vicesimo, in festo, quod mira gentilium superstitione Hecatæ celebre erat, admirabile sanè pietatis exemplar omnibus Cæsareæ ciuibus contemplandum proposuit. 2. Aprilis.

Ortus erat hic adolescens Pagis Lyciæ ciuitate minimè obscura, parentibus verò diuitiarum gloria celeberrimis. Qui primùm Beryti liberalibus humanioris literaturę disciplinis eruditus, cùm ad patrem, qui tunc patriæ totius principatū occupabat, Patria & parentes Amphiani.

bat, reuersus esset, & illam vitæ consuetudinem, quæ tota erat in mundi honoribus & luxu posita, ferre non posset, repudiatis blandis corporis lenocinijs, clam amicis & familiaribus, fugam inijt: & diuino spiritu tãquàm manu ductus Cæsaream deuenit. Vbi cùm sacris literis, exiguo illo tempore, quo erat nobiscum, & optimis disciplinis animum imbuisset, & alios omnes Christianæ disciplinæ cultores multis parasangis superasset, tertio persecutionis nostræ anno, regnante Maximino, cùm in vrbe Cæsarea Vrbanus Præses Maximini mandato omnes cuiusque generis & ætatis homines, ad nefaria deorum simulacra cogeret, & tribuni viros cum vxoribus & liberis per vim ad idolorum delubra traherent (vndè omnia loca inexplicabilibus miseriarum fluctibus redundabant) Amphianus inaudita animi fortitudine cõfirmatus, clam nobis omnibus, qui cum illo in ædibus eramus, clam etiam vniuersa præsidis cohorte, ad Vrbanum impuris sacrificijs intentum accessit, atque audacter apprehensa eius dextera, prudenter admodùm & grauiter diuina quadam animi alacritate ab immolando eum coërcuit: hortatusque est vt execrabili sacrificio relicto, vnum solum & verũ Deum agnosceret. Quis erat circumstãtium qui tantam animi magnitudinem in adolescente non obstupesceret? Stabant cuncti attoniti, donec præfecti stipatores, instar agrestiũ belluarum, expeditis armis in eum irruunt, impositisq; plagis, quas fortissimè sustinebat, eum dilaniant, ac tandem toto corpore excruciatum in carcerem concludunt. In quo vnum diem noctemque vtroque pede cõpedibus ad cruciatum paratis, longo à se mutuo distento, diuexatus, postridie ad iudicem educitur. Et primũ quidem ad sacrificandum

Fugit parentes & venit Cæsaream, vbi à Pamphilo martyre sacris est literis eruditus.

Amphiani fortitudo admirãda.

Amphianus dire cruciatur, & mittitur in carcerem.

dum cùm compelleretur fortissimè restitit, & inuictam animi fortitudinē ad ærumnas horrendosque dolores ferendos ostendit: adeò, vt carnifices latera eius non semel atque iterum, sed sæpiùs ad ossa vsque & ad intima viscera dilacerare, plagas & verbera in os & ceruicem infligere pergerent, vti vultus eius verberum vibicibus intumescens, ab ijs qui illum probè & accuratè anteà de facie nouerāt, ne agnosci quidem amplius posset.

Verùm cùm ne huic quidem dolorū cumulo vlla ex parte succumberet, tortores ex mandato præsidis, pedes lino tincto oleo, eoque incenso obuoluentes, afflictārunt. Vndè quantos & quàm graues dolores beatus ille exhauserit, mihi videtur non posse dicendo exprimi. Peruasit enim per carnes illius, easque absumpsit, & in ostium penetrauit medullas, vsque adeò vt totius corporis humor, instar ceræ tabefactus, liquesceret, distillaretque. Ceterùm ne in his quidem cruciatibus demisit animum, sic vt iam aduersarij & carnifices incredibili eius tolerantia, quæ communem hominis naturam longè superauit, ferè defessi essent: vndè rursus in vincula compingitur. Triduo post ad iudicem denuò productus, & eandem pietatis confessionem, liberè exprimens, licet iam deinceps cum ipsa morte luctaretur, maris tamen fluctibus submergendus traditur. Miraculum autem quod statim post est consecutum, si à nobis commemoretur, verisimile est nullam fidem habiturum, apud eos præsertim, qui eadem oculis minimè ipsi conspexerunt. At licet homines vix fidem illi adhibituros satis intelligamus, ratio tamen non patitur, vt rem gestam, quæ nullam non Cæsareensium ætatem testem habet, silentio prætereamus.

Supplicium immane.

Mittitur in mare.

Simu-

Simulatque igitur sanctissimum illum & beatissimum Christi martyrem medio mari, vt illis videbatur, in profundissimos vortices coniecerant et improuiso tanta procella, non vsitata illa quidem tanta etiam turbatio non per mare solùm, sed per vniuersam continentē se diffundebat, vt cùm terremotum tota ciuitas eius impetu & violētia cōcuteretur: atq; vnà cū isto mirando & repētino terræmotu ipsum mare martyris cadauer, vtpotè tam sacri pōdus sustinere nō valens, ante portas ciuitatis eijceret. Eiusmodi igitur sunt res gestæ S. Amphiani, qui die Parasceues, hoc est, secundo die mensis Xanthici, id est, ad 4. Nonas Aprilis martyrio occubuit.

Corpus eius per tempestatē ad portas ciuitatis eijcitur.

Eodem tempore, ijsdēque ferè diebus, in ciuitate Tyriorum, adolescens nomine Vlpianus, post acerbissimas plagas & verbera grauissima, in pellē bubulam, iam nuper extractā, cum cane & aspide inuolutus, præceps in mare deijcitur. Non lōgo tempore pòst AEdesius germanus Amphiani frater, germana ferè & similia cum illo tormenta perpessus, post infinitas fidei confessiones, post diuturnas vinculorum afflictationes, post latam à Prēside sententiam, qua ad metalla in Palæstina erat damnatus, post vitę rationem, quam pallio vestitus more Philosophi (etenim plus politioris eruditionis, plusq; cognitionis in philosophia fuerat, quàm frater, adeptus) sanctissimè traduxerat, tandem cùm iudicem, in vrbe Alexandria sententiam de Christianis pronunciantem videret, & plus æquo in eos furentem (quippè viros interdū graues & modestos varijs ignominiæ notis affecit, interdùm & mulieres summæ continentiæ, & virgines quæ sua spōte Dei cultui se consecrauerant, ad turpem ipsarum contumeliam lenonibus tradidit) idem cum fratre aggressus

Vlpianus martyr.

Martyrium Ædesij, qui etiam Amphili martyris fuit discipulus.

greſſus eſt. Et quoniam illa facinora intoleranda ei videbantur, fidenti & erecta animi magnitudine accedens ad iudicem, turpitudinis & ignominiæ, quam cùm verbis, tum rebus ipſis præſtitiſſet eum coràm coarguit. Vndè varijs tormentorum cruciatibus diuexatus (quæ quidem conſtanter & ſedatè admodum pertulit) ad extremum fuit in mare proiectus, & eundem cum fratre exitum conſecutus.

VITA S. NICETII LVGDVNENSIS Epiſcopi. ex ea quæ eſt per Gregorium Turonenſem, cap 8. in vitis Patrum. Claruit anno Domini 570. temporibus Iuſtini iunioris Imperatoris cùm Romanæ Eccleſiæ præſideret Ioannes Papa tertius.

FLorentinus quidam, accepta Arthemia coniuge, cùm duos iam ex ea ſuſcepiſſet liberos, fuit ad Ianubēſis vrbis epiſcopatum expetitus: cumque re obtenta, cum principe domum reuerteretur, coniugique, quę acta fuerant, nunciaret; illa, Deſine, inquit, quæſo dulciſſime coniunx epiſcopatum vrbis expetere, ego enim ex conceptu à te ſumpto epiſcopum in vtero gero. Hac voce vir ſapiens, audita, monitis vxoris ſuæ acquieuit, & tanquam altera Sara locuta eſſet, vocem eius audiuit. Impletis autem pariendi diebus, mulier puerum eſt enixa corpore ſanè formoſo, & mēte ad omnem virtutem egregiè inſtructa; cui quaſi futuro mundi victori Nicetio nomen impoſuit, eundemque ſumma diligentia nutritum ſacris literis inſtituendum tradidit: Defuncto autem patre ſacris muneribus ornatus cum pia genetrice in domo paterna reſedit turbulentos animi motus ratione vacuos diui-

2. Aprilis. Parentes S. Nicetij.

Naſcitur Nicetius.

diuinarum meditatione scripturarum compescẽs, & luxuriãtes corporis motus assiduis laboribus ac ærumnis opprimens. Quodam verò die in eadem domo facies eius fuit pestilenti pustulæ vitius contagione misere deformata, prorsùs vt mater eius nullam de eo spem vitæ reliquam haberet: vnicum tamen in Diui Martini patrocinio, cuius opem sine vlla intermissione implorabat, solatiũ repositum habebat. Cumque toto biduo graui ægritudine oppressus cum mortis doloribus decertasset, & mater funeri necessaria præpararet, adueniente vespere subitò exclamauit: Mater mea bono animo este eccè enim beatus Martinus signo Crucis me benedicens sanum ac incolumen surgere iussit. Hæc effatus, statim è lectulo surrexit & gradum, integra sanitate recepta, fecit.

Contripitur peste Nicetius.

Curatur beneficio S. Martini.

Anno ætatis suæ trigesimo, fuit presbyterij honore decoratus, qui tantùm abest vt eum de statu prioris vitæ deiecerit, vt etiam maiores ad omnem virtutis exercitationem stimulos addiderit. Studebat enim assiduo manuum labore non solùm proprijs sed aliorum etiam necessitatibus succurrere. Pueros infantes incredibili diligentia simul cũ ipso lacte pietate ac diuinarũ laudum studio imbuebat. Castitatem non modò in se, sed in alijs tutabatur, eamque omnibus inculcabat, & insigni preconio frequenter extollebat.

Fit presbyter anno ætatis suæ 30.

Lugdunensis Antistes cùm in vrbe Parisiaca graui oppressus morbo decumberet, rex Childebertus senior, qui incredibili amoris magnitudine eum prosequebatur, ad lectum eius accessit, & suauissimis verbis consolari voluit. Episcopus autem cùm magis de totius ecclesiæ, quàm de sua salute solicitaretur, Obsecro te, inquit, optime Rex, vt pro mea

tibi

tibi seruitute qualicunque hactenùs impensa, vnicam hanc petitionem meam aspernari vel negligere nō velis. Cumque Rex petitionem eius se ratam habiturum confirmaret, Peto, inquit, vt Nicetius nepos meus vir omnibus virtutū ornamentis egregie decoratus ecclesiæ Lugdunensi Antistes substituatur. Annuit benignè Rex ac populus vniuersus, fuitque mira omnium gratulatione ad illud dignitatis fastigium euectus: quam annis duobus & viginti insigni vitæ sanctitate ac præcipuo pacis & concordiæ studio administrauit. Iniurias sibi illatas remittebat protinùs, ac sempiterna obliuione statim sepeliebat: duros autem & in scelere pertinaces cùm per se tum per alios ad agnitionem trahebat, modosque omnes excogitabat, quibus, horrendis peccatorum tenebris inuolutos ad innocentiæ ac sanctitatis studium traduceret.

S. Nicetius creatur Lugdunensis Episcopus.

Quodam tempore ad matutinarum officiū pergens, cùm in Ecclesia Dei, diaconum quendam grauioribus fortè peccati vinculis constrictum, psallentem audisset, cōmotus ait: Sileat, sileat, nec præsumat canere iustitiæ inimicus. & dicto citius, obstructo ore, conticuit ac manifesto horrendas inobedientiæ pœnas luit: quem vir Dei ad se vocatum increpuit, dicens: Nónne tibi sacra Ecclesiæ limina interdixeram; & qua mentis temeritate Deum tibi infensum, tanquàm nullius tibi peccati conscius, laudare præsumpsisti? Hæc cum diceret, dæmonium, quod diaconum obsessum tenebat, exclamauit, immensis se cruciatibus à Sancto torqueri. Tunc Sanctus, impositis diacono manibus, eiecto dæmonio pristinæ mentis integritati eum restituit.

Nota hic nō esse speciosam laudem in ore peccatoris.

Diaconum dæmoniacū liberat.

His alijsque virtutum insignibus clarus, vicesimo secundo episcopatûs sui anno, ætatis verò sexagesimo

Migrat è vita vir sanct.

gesimo migrauit ad Christũ, cuius eximia sanctitas statim multis admodum miraculis illustrata fuit.

Cùm funus eius efferretur, cæcus quidam sub feretrum adductus lumen recepit. Cùm de more ac lege Romanorum, paucis ab obitu diebus, vltima eius voluntas in foro legeretur: & presbyter basilicæ illius, in qua sacrum eius corpus sepultum iacebat, nihil omninò sibi legatum esse intelligeret, fellè tumẽs in verba plena indignationis prorupit, atque Nicetium stolidum appellauit. Sequenti verò nocte sanctus cum duobus episcopis Iusto atq; Eucherio in veste miri candoris apparuit & graues de presbytero apud eos querelas deposuit, dixitque: Hic presbyter blasphemijs me onerat, quòd nihil facultatum mearum templo huic legauerim, & nescit demẽs, quicquid preciosius habui, glebam eorporis mei, ei contulisse. Hæc cùm dixisset, & alij duo antistites presbyterum illum iniquitatis reum clamarent, Sanctus ad presbyterum conuersus, pugnis palmisque ita grauiter guttur eius illisit, vt quadraginta diebus lectulo decumbens ne saliuam quidem oris sui, nisi magno cum labore deglutire posset, nec prius sanitatis beneficiũ obtinuit: quàm supplicibus à Deo ac sancto Confessore verbis veniam petijsset.

Nota pœnã presbyteri S. Episcopũ blasphemãtem.

Diaconus quidam sancti viri casulã possidebat, eaque non secùs ac veste quadam profana vtebatur, atque monentes, vt eam maiore in reuerentia haberet, petulanter irridebat, ac tandem in sacri Antistitis cõtemptum ex ea pedulia fecit. Sed mox adfuit diuini iudicij vltio. Nam vt primũ ea pedibus aptauit, arreptus à dæmone, ruit in pauimentum, & cruentas ore spumas proijciens, debitas sceleris pœnas luit. Et quia nemo, qui misero succurrere poterat, præter

Pœna in cõtemptorem sacræ vestis qua vir sanctus vsus fuerat.

præsens erat, extensis ad focum pedibus ignis pariter cum soccis pedes deuorauit. Et hæc quidem fuit in perfidos vltio: in pios verò & Dominum in Sanctis eius laudantes clarior, multò eius benignitas elucet. Nam & tres cæcos ad sepulcrum eius visum recipisse, & multos varijs calamitatibus oppressos præsentem eius opem expertos esse certum est. Apud Genabensem Galliarum vrbem dum sacræ reliquiæ summo cum honore portarentur, tantam ibi gratiam Dominus præstare dignatus est, vt suppliciter adorantes & cæci visum & claudi gressum reciperent. Beneficia pius in miseros.

Exorta quodam in loco seditione, inter faces ac volitatia saxa, quidam stricto ense viro cuidam necem intulit, quã germanus interempti frater, paucis post diebus simili exitu vindicauit. Quod cùm loci illius iudex comperisset, virum illum compedibus vinctum in carcerem detrusit, vt extremum de eo supplicium sumeret. Cumque vir ille imminenti mortis periculo grauiter turbatus multorum nomina Sanctorũ inuocaret, tandem etiam supplex ad Nicetum confugit, eò quidem cõfidentiùs, quod eius misericordia, vinctorũ compedes sæpiùs disruptas, catenasq; confractas intellexisset. Nec eum concepta de Nicetij benignitate fiducia fefellit. Nam paulò post dormienti apparens eum vinculis soluit, & illæsum abire iussit. At ille è somno excitatus cùm se planè solutũ, catenis cõminutis, ac trabe cõfracta miraretur, lętus ac intrepidus ad Sancti sepulcrum perrexit, & iudicẽ tanta miraculi admiratione adeò perculit, vt venia patrati homicidij libenter concessa, ad propria abire permitteret. S. Nicetius vinctum absoluit.

Huius Sancti reliquias Gallomanus Tricassinorũ Põtifex deuotus expetijt, quæ cùm ad eum deduce-

Miraculis coruſcant reliquiæ.

rentur earum virtute cęcorũ oculi illuminati ſunt & varia morborum genera depulſa.

Pauper quidam, viuente adhuc Sancto, literas à eo cõſcriptas obtinuerat, quibus ſibi eleemoſynam per deuotorũ domos flagitaret. Poſt eius verò obitum, cum ipſa circuens epiſtola, ingentem vim pecuniarum propter ſancti Antiſtitis, memoriã conflabat. Quod cùm homo quidam Burgundio callidus non minùs quàm ſceleratus animaduertiſſet, tempus & locũ deſignauit, quibus pauperem illum pecunijs ſpoliaret. Nec mora adfuit dies & locus ſceleri patrando opportunus. Irruit itaque in hominem & aureis ſex cum epiſtola ſpoliatum collum ſumque calcibus exanimen reliquit. At pauper, omnem ſpem vitæ ſuæ in epiſtola repoſitam habebat orare & obſecrare, & per Deum viuum ac ſancti Nicetij virtutem adiurare eum non deſtitit, ſaltem ablata pecunia epiſtolam redderet. Ille verò, ea in terram proiecta abijt, quam pauper ſtatim colligens ad ciuitatem venit, & concito gradu Phronymium Epiſcopum cõtendit. Cui miſeriam ſuam cum multis lachrymis pandens, calamitatis ſuæ remedium petiuit. Epiſcopus eum ad iudicem miſit, qui vocato ad ſe Burgũdione quæſtionem inſtituit. Burgundio verò cùm factum conſtanter negaret, & nunquàm hominem illum à ſe viſum diceret, nullis vel teſtibus vel argumentis conuinci poterat. Tum Epiſcopus arrepta Sancti epiſtola, eccè, inquit, ſanctiſſimi Antiſtitis defuncti ſcripta, accede propiùs, & manu eam tangens declarabit innocentiam tuam. Confidimus enim de virtute Sancti viri, quia aut te hodiè hoc ſcelere cõtaminatum oſtendet, aut certè innoxiũ abire permittet. At

Nota pœnã periuri.

timore diuini iudicij poſtpoſito nihil moratus ce-

cessit: sed vt primùm eleuatis manibus perfidã linguam in periurium laxare voluit, supinus retrorsum cecidit, & duarum horarum spatio mortuo similis iacuit. Tandem resumpto spiritu scelus suum cum lachrymis confessus est, veniamque deprecatus ablata restituit, ac duobus ab episcopo pro cæde donatus solidis lætus abiuit.

Quot autem per hunc sanctum à vinculis ac durissima carceris seruitute libertatem cõsecuti sint, testis est hodiè moles illa ferri, quæ in basilica eius adspicitur, de reorum supplicijs aggregata.

Apud vicum Prisciniacensem vrbis Turonicæ, erat ecclesia dudùm cõstructa, nullis Sanctorum reliquijs decorata. Cumque loci illius incolæ, multis precibus aliquas de sancto Nicetio reliquias obtinuissent, & summo cum honore in ecclesiam intulissent, tres dæmoniacæ ex termino Biturigiæ venientes, primo in templum ingressu Nicetij virtutem sese præsentire apertè dixerunt, ac statim purulentum quid cum sanguine ab ore proijcientes ab impuris spiritibus protinùs sunt mundatæ. Alia sanè quãplurima egregiè virtutis miracula edidit, quæ nos breuitatis gratia studiosè omittimus, cùm satis superque hæc quæ à nobis relata sunt, eximiam Antistitis Nicetij sanctitatem testentur. Tres dæmoniacæ liberantur.

DE S. THEODOSIA VIRGINE ET MARtyre constantissima. auctore Eusebio Cæsareensi, Eccles. historiæ lib. 8. cap. 17. Passa est sub Vrbano Præside, temporibus persecutionis Diocletiani.

IAm verò cùm persecutio esset ad quintum annum continuata, secundo die mensis Xanthici, id est, ad quartũ Nonas Aprilis in ipso die Dominico, & in ipso festo Resurrectionis Saluatoris 2. Aprilis.

nostri, Theodosia virgo, Tyri puella fidelis & modesta, annos nondum decem & octo omninò nata, vinctis quibusdã Cæsareæ, qui regnum Christi constanter confitebantur, ante tribunal consistentibus accedit, cùm benignè salutatura, tum (sicut verisimile est) eos obsecratura, vt cùm essent apud Dñm, illius recordarentur. Quo factitato, eam tanquàm nefas quoddam & impium facinus aggressam, satellites abripiunt, deducuntque ad Præsidem. Et templò verò iste quasi mente captus, & animi furore maximè efferatus, grauibus & horrẽdis tormentis latera mammasque ad interiora vsque ossa dilaniat: quam adhuc ægrè spirantem illam quidem hilari tamen vultu & leto omnia cruciamenta perferentem, in rapidos maris fluctus proijci iubet. Deindè ab illa ad reliquos Christi Professores digressus, omnes ad æris metalla, quę erant in phæno Palestinæ, condemnat.

Immanissimè S. virgo dilaniatur.

VITA S. FRANCISCI DE PAVLA, Ordinis Fratrum Minimorum Institutoris. ex ijs quæ in Bulla Canonizationis eius habentur, data à Leone I. Rom. Pontif. Migrauit ex hac vita vir sanctus anno Domini 1507.

2. Aprilis.

Paula oppidum patria S. Francisci.

Parentes.

SItum est in regno Neapolitano inter Brutios & Lucanos oppidum quoddam cui nomẽ Paulę est, quod vnius diei itinere à Cusentia, illius prouinciæ metropoli distat. Indè Iacobus Martotilla originem traxit, qui cùm ex proximo castro Folscaudi, coniugem honesto loco natam Viennam nomine matrimonio sibi copulasset, procreauit ex ea hunc Franciscum, egregium sanè Catholicæ Ecclesiæ Confessorem. Qui à prima infantia sub Dei timore & amore educatus, insigne specimen futuræ sanctę

ſanctitatis prę ſe ferens, ſolitudinem & religionem diligere, ac orationibus & ieiunijs aſſiduè vacare cœpit. Quæ cùm eius parentes animaduertiſſent, ipſum annum circiter decimumtertium agentem domui S.Franciſci ciuitatis S.Marci (iuxta votum per eos emiſſum) obtulerũt. In qua puer in ſortem Domini electus, anno per eum exacto, nullaq; profeſſione emiſſa, vocatis parentibus, eos, vt ſe ad eccleſiam S.Franciſci de Aſſiſio, & S.Mariæ de Angelis deuotionis ergò ducere vellent enixè rogauit. Qui pio eius deſiderio annuentes, ſeſe itineris comites præbuerunt. Hæc pia eccleſiarum viſitatio pijſſimo iuueni initium præbuit ad res arduas moliendas. Nam vt primùm eccleſijs illis viſitatis, domum reuerſus eſt, animum ad nouam eccleſiæ fabricam conſtruendam, adiecit. Cumque ipſe ſine mora terram foderet & fundamenta iacere inchoaret, ea re, hominum ſermonem diuulgata, ingens populi concurſus factus eſt, qui certatim operam conferre, & quibuſcũque potuere modis, opus promouere cœperunt.

Traditur in cœnobium.

Eccleſiam conſtruit.

Intereà cùm muri iam multiplicatis operis exurgerent fertur, vir quidam ſacro S.Franciſci habitu indutus ei apparuiſſe, atque ex improuiſo increpaſſe, quòd ædem illam tam anguſtam facere incepiſſet, eueſtigioque diruptis muris euanuiſſe. Vndè non immeritò plerique illum B.Franciſcum fuiſſe exiſtimarunt. Paulanus igitur terminos dilatare, & eccleſiam magnificentiſſimo opere, ſola ope diuina egregiè confiſus, extruere cœpit. Nec eſt ſua ſpe diu fruſtratus. Nam poſtridiè vir quidam Cuſentinus inſigniter nobilis, cum magno auri & argenti pondere ſuperuenit. quod totum in nouæ eccleſiæ ſtructuram contulit. Hoc igitur diuinę prouidẽtiæ

S.Frãciſcus ei apparet.

munere vir sanctus mirificè exhilaratus, multò alacriùs operi instare, & quamuis esset continuis ieiunijs atque vigilijs planè attritus, lapides, calcem, ligna, aliaque ad fabricam necessaria proprijs etiam humeris deferre non desinebat. In omnibus enim summo studio humilitatis virtutem sectabatur, atque vt omnium minimus esse volebat, sic etiam Minimorum dici censuit, & Ordinem egregia sanctitate eaque precipuè virtute conspicuum instituit.

Humilitas eius.

Iam verò cùm Ordine preclarè constituto Generalis munere in eo fungeretur, vt alios ad humilitatis æmulationem magis magisque incitaret, nõ dubitabat vir sanctus vilissima quæque munia obire. Quippe discipulis suis discumbentibus ipse ministrabat, sacra loca verrebat, aliorum fratrum indumenta proprijs manibus abluebat. Cùm adhuc iuuenis esset, Calabriamque incoleret, nunquàm nisi nudis pedibus, etiam per glacies, niues, montes & acuta saxa, vepres, spinasque incedebat. Ipsum sæpius ignem nudis pedibus conculcasse, ac ignitos candentesq; lapides manibus portasse, liquidò constat. Admirabilis erat eius vitæ austeritas, quæ propterea admirabilior censenda est, quia in pueritia, adolescentia, iuuentute, senecta, & decrepita eius ætate inter labores, vigilias, ieiunia, abstinentias, innumerasque corporis macerationes, eũdem pœnè viuendi modum seruauit.

Iuuenis ambulat nudis pedibus.

Horum & plurimorum aliorum Sanctorum operum ratione habita, adeò sancti Spiritûs gratia hominem complexa est, vt pijs eius meritis & precibus in Christi nomine dæmones à corporibus humanis sæpiùs eiecti, pluresq; infirmi diuersis morborum generibus oppressi, & iam à medicis destituti, ac morti propinqui, pristinæ sanitati restituti fuerint

Claret miraculis.

fuerint: Idemque beatus alijs cōpluribus, qui memoria & sensibus capti erāt, sanitatem præstiterit; ac multis claudis incessum, surdis auditum, mutis loquelam, cæcisque lumen restituerit, & leprosos mundauerit: nonnullosque mortuos, vel pro mortuis habitos ad vitam pristinamque lucem reduxerit. Quorum quidem miraculorum fama, cùm iam per totū ferè orbem vagaretur & ad aures Pauli II peruenisset, ille quendam Cubicularium suum ad Cusentinensem Archiepiscopum Pyrrhum nomine misit, vt ex eo de miraculorum veritate certior fieret. Pyrrhus autem vt summi Pontificis mandato in omnibus faceret satis, ipsum Cubicularium ad virum sanctum destinauit, vt præsens admirandam eius sanctitatem, ac miraculorum virtutem oculis proprijs inspiceret. Cubicularius fretus Antistitis consilio hominem adijt. Cumque inter salutādum beati viri manum osculari vellet, ille omninò renuit, eumque rogauit vt sibi potiùs manum deosculandam porrigeret, vtpote qui annos triginta tres sacrosancto presbyterij munere ac honore in Ecclesia Dei fungeretur. Quid Cubicularius memoria repetens obstupuit, atque hominis spiritum vehementer admirans cum eo in cubiculum ad colloquium cōcessit. Ibi cùm post varios sermones vltro citroque sanctè admodum habitos, Cubicularius asseueraret, vitam illam arduā & perquàm difficilem nulli, nisi robusto ac valido tolerabilem fore: beatus Pater, audito illius verbo, igni appropinquans, ardentes prunas absque læsione manibus aripiens, dixit: Qui perfecto corde Domino seruiunt, omnia creata illis obtemperant. Exterritus ille eo miraculo veniam petijt, & ad Pontificem rediens, miracula quæ viderat, enarrauit.

Spiritu prophetiæ claret.

Ardētes prunas manu tenet & ostendit Sanctis creata omnia obtemperare.

Erat vir quidã apprimè nobilis Iacobus de Tar-
sia Baro terræ Bellimontis diœcesis Cusentinensis
qui tũc temporis Paulæ degebat, & vlcere quodam
in crure, ad desperationem vsque salutis laborabat.
Is cùm longo tempore medicorum & chirurgorum
ope frustrà vsus fuisset, nullamque sibi salutis spem
in humana industria reliquam videret, fama mira-
culorum & sanctitatis beati viri adductus, ad eum
non sine magno labore accessit, plagamque illi de-
texit, & sanandam humiliter exhibuit. Vir sanctus
& qui adstabant, hulcus tam graue & miserabile
insanabile pœnè indicabãt: Franciscus tamen hor-
tatus est eum vt firmam fidem & certã spem in vno
& omnipotenti Deo collocaret, quia sanitatis gra-
tiam cõsequeretur. Intereà cùm vnum è suis fratri-
bus, ad quædã folia herbæ, quæ vngula caballina di-
citur, & certos pulueres, quos in sua cellula vir san-
ctus repositos habebat, colligẽda misisset, ipse cru-
cifixi imagini affixus ardentissimas pro salute vi-
illius preces fundebat, allataque deindè folia cum
pulueribus, facto crucis signo hulceri imposuit, ac
domum eum abire iussit. Ille conscenso equo cùm
paululùm equitasset; Profectò inquit ad vxorem
suam Iohannam, quæ ei itineris comes erat, video
mihi sanitatem adeptus, nam neque dolorem, neq
fœtorem illum pessimũ ampliùs sentio. Hęc dicens
ex equo descendit, & calce terrã percutiens, nec ali-
quid doloris sentiens, se liberum & sanũ intellexit.

Vlcus desperatũ sanat.

Ijsdẽ fermè diebus in ciuitate Cusentinensi Mar-
cellum quendam de Cardilla manibus pedibusque
cõtractum & lepra miserè infectum, orationis sua
virtute incolumem reddidit. Guidonem quoq; Li-
pantum nobilem Cusentinũ turpi lepra deformã-
tum in domo paterni (quam vir beatus tunc ædifi-
cabat,

Cõtractum eundemque leprosum curat.

Item alium.

cabat) ſanitati reſtituit. Cùm idem beatus vir fabricam domûs iuxta Paulæ oppidum incepiſſet, adductus eſt ei quidam à natiuitate mutus. Quem cum parentes eius præ foribus eccleſiæ depoſuiſſent, vir beatus, dixit ei, vt alta voce ter Ieſum inclamaret, Beato verò inchoãte, & parentibus proſequẽtibus, mutus ſimiliter alta voce dixit: Ieſus: & indè integræ vocis, vſque ad obitum, beneficium obtinuit.

Mutus inuocato nomine Ieſu loquitur.

Rurſus, Iulia Antonij Catalani filia ab ortu cæca, cùm à parentibus adducta fuiſſet ad ſanctum virum euulſa quadam è terris herba, crucis ſigno benedicta oculisq; impoſita viſum recepit. Cùm duo in fabrica domûs paterni terram effoderent, ſubitò prærupti montis pondere obruti, pro mortuis habiti ſunt. Quos cùm vir ſanctus acceſſiſſet, & terram à duabus partibus remoueri mandaſſet, viui planè & illæſi, non ſine ingenti aſtantium admiratione inuenti ſunt.

Cæca videt.

Accidit vt in media hyeme venatores quidã ſylluas oberrantes, in mõtibus multa niue reſperſis, hominem inuenirent planè extinctum vel vltimò certè mortis iaculo ſaucium: hunc cùm miſericordia moti ad ſepeliendum deferrent, Franciſcus illis obuiam factus cùm iam ſepulcro inferendus eſſet; ad defunctum conuerſus, Surge, inquit, & ambula. Ad cuius verba homo ilicò ſurrexit, domũq; ingreſſus, vires cibo ac potu reſtaurauit, ac proſpera deinde valetudine vſus eſt. Dũ in ędificationẽ noui monaſterij calx in fornace coqueretur, accidit vt fornax vel nimio ignis calore accẽſa vel alia quauis cauſa ruinã minaretur; vndè magiſtri operũ nõ mediocriter turbati, cùm nullũ opitulãdo malo remediũ inuenirẽt, ad B. virũ accurrũt, eiq; periculũ exponũt. At ille magiſtris ad prandiũ abire iuſſis, ſibi curam forna-

Quidã pro mortuo habitus ad vocem S. viri cõualeſcit.

Intrat illæsus fornacē ardentem.

fornacis sumpsit. Cumque remotis arbitris solum se remansisse putaret, statim facto crucis signo, intrepidè ardentem fornacem est ingressus, eaque restaurata, rursus sine vlla etiam vestimentorum suorum læsione incolumis est egressus.

Increpatur & in publicis concionibus tanquā homo rudis & parū sanæ mentis arguitur.

Erat frater quidam Antonius Ordinis Minorum professor eximius, & vitę etiam ac morum integritate omnibus admirādus, qui publicis sæpè in concionibus beati viri dicta factaque carpebat, & populum interim admonebat nè se ab homine simplice, rudi, ac literarum ignaro in errorem abduci pateretur, præsertim in eo quòd solis herbis ægrotis sanitatem promittebat. Hęc cùm animo confidens frequenter ad populum peroraret, fratres alij eum hortati sunt, vt coram beatum virum de prædictis argueret, & salutaribus monitis à tanta temeritate ad saniorem mentem reuocaret. Qui sanè abijt, & virum sanctum acriter increpitum contumelijs insuper affecit, monuitque nè deinceps sua ruditate & stultitia plebem à veritate in tantam inscitiam atque adeò in fraudē abduceret. At vir sanctus cum hæc aliaque insigni patientiæ documento pertulisset, hilari animo foco appropinquans, ardentes nudis manibus titiones arripuit, eosque strictè comprimens ostēdit omnia Dei virtute fieri posse. Qui miraculo stupore propemodùm oppressus Antonius, ad eius sese pedes abiecit, atque erroris sui veniam humiliter postulauit, nec prius humi surgere præsumpsit, quàm tanti viri benedictione potiretur.

Ardētes titiones nudis manibus cōplectitur vt ostendat omnia se Dei virtute facere.

Quæ cùm mirabilem quandam & rarò audita viri sanctitatem arguerent, & celebris admodum fama eorum ad Ludouicum XI eius nominis Francorum Regem Christianissimum perlata esset, Rex eximia beati viri sanctitate permotus, à Sixto Papa

A Franciæ Rege euocatur & reuerenter habetur.

IIII impetrauit, vt ex Calabria in Franciā se conferret, quò sic demùm incredibili suo desiderio, ex cōspectu viri sanctissimi, satisfaceret. Igitur Franciscus summi Pontificis mandato cōpulsus in Franciam ad Ludouicū Regem abijt: à quo multis magnisque admodum honoris & beneuolentiæ indicijs acceptus, amplam & magnificam domum cum ecclesia propè ciuitatem Turonensem & Regium palatium sibi suisque fratribus in perpetuum obtinuit, quæ in hodiernum vsque diem fama sanctitatis beati viri celebris permanet.

Fuit autem hic Franciscus tantæ continentię vir, vt non carne, sed solo spiritu compactus videretur. Neque propriæ tantùm saluti eum inuigilasse putandum est, sed totis in eam rem viribus incūbebat, & assidua mēte pertractabat quo modo alios quàm plurimos ad similē virtutis viam perduceret. Hinc ad religionis suæ propagationē diuino procul dubio spiritu instructus tres Regulas fratrum scilicet ac sororum instituit. Atque vt erat humanæ gloriæ contemptor eximius, & summus humilitatis amator, fratres omnes sui Ordinis Minimos: & sorores Minimas vocari voluit, præcepitque vt ante omnia in quouis negotio, sese, suaque omnia ad Romani Pontificis Christi in terris Vicarij voluntatem referrent. Fuerunt autem saluberrima ipsius noui ordinis instituta primum à Iulio II Pontifice approbatæ, & à Sixto, Innocentio VIII & Alexandro VI Rom. Pontificibus, ac postremò à Leone decimo (qui eum in Diuorum catalogum retulit) confirmatæ, multisque gratijs ac priuilegijs est indultis communitæ.

Tres Regulas instituit.

Cùm tempus peregrinationis suæ cōpletum esse à Deo intellexisset, pridiè quàm decederet, in solenni

lenni Missa, ingenti fratrum suorum cinctus corona, imbre lachrymarũ perfusus sacrosanctum Eucharistiæ viaticum è manibus sacerdotis suscepit, atque ad cellulam suam infirmos ac seniles baculo sustentante artus, regressus, anno ætatis suæ nonagesimo primo, secunda die Aprilis, quæ tunc fuit Parasceues, eadem ferè hora qua Christus pro totius humani generis salute acerbissimos in Cruce dolores sustinuit, lætus è carnis ergastulo migrauit. Corpus eius postquàm dies vndecim gratissimum omnium oculis spectaculum inhumatum permansisset, nullum non modò fœtorem sed odorem suauiter admodum fragrantem emisit. Fuit autem in Diuorum numerum relatus anno à Virginis partu 1519. à Leone X. Pontificatus illius anno septimo.

Reddit spiritum creatori vir sanctissimus.

VITA SANCTI NICETAE CONFESSORIS. ex ea quam scripsit Oratione funebri Theostenictus, beatissimi viri discipulus. Vixit tẽporibus Tharasij Episcopi Constantinopolitani, à quo Presbyter ordinatus fuit circa annum Domini 780.

8. Aprilis.

QVanquàm sancti omnes præter supernam illam patriam Hierusalem vix aliã nouerint, & ciuitatem in terris stabilem nullã habuerint; ideoque parũ aut nihil nobis conferat si genus eorum & patriam inquiramus: tamen quia ita natura comparatum est, vt ex præclaris virorũ gestis decus aliquod ac ornamentũ patrię nostrę accedere credimus nequaquàm ea silẽtio in hoc Sancto præterire volumus. Genuit itaq; hunc virũ sanctũ Cæsarea Bithyniæ, ac diu multũque egregijs ipsius rectè factis sese oblectauit. Pater eius Philaretus diuinæ pietatis admodum studiosus nullam non pro filio curam ac diligentiam suscepit, vt optimis sanctis-

Patria S. viri.

Pater eius.

ctissimisque imbutus disciplinis, multorum expectationi satisfaceret. Tanto namque perfectioris vitæ studio pater flagrabat, vt minimè dubitauerit monasticæ vitæ rigorē profiteri: mater enim octauo à partu die vitam hanc cum beata morte commutauerat.

Adhibetur literis.

Fuit igitur puer apud patris matrem sedulò educatus, & ætate paululùm progressus literis à patre traditus: quas ille laboris amantissimus breui memoria complexus est, prorsùs vt integrum Dauidis Psalterium probè teneret atque ex eo omnes vitæ actiones ad diuinæ legis disciplinā sanctè admodum componeret. Quibus initijs pater mirificè delectatus eum ipse Deo dicauit, & sancto illius seruitio ita omninō addixit, vt ædiui in ecclesia locum teneret. Quod munus cum tanta prudentiæ ac sanctitatis opinione administrabat, vt omnes in sui admirationem vehementer pertraheret. Diuina eloquia nocturna pariter ac diurna terebat manu, ijsque mentem assiduò pascebat, prorsus vt rebus omnibus terrenis calcatis viam omnēque modumque exquireret quò ad summū virtutum omnium fastigium peruenire posset.

Tenet Dauidis Psalterium memoria.

Consecratur Deo.

Perfectiōis studium.

Tandem cùm varias viuēdi rationes cum animo suo pertractasset, placuit vita cælibe ac perturbationibus vacua electa, monasticā disciplinā arripere. Omnibus igitur amicis ac cōsanguineis valere iussis, ac dulciique patria relicta, abijt ad Stephanum quendam cùm vitę sanctitate tùm ipsa inprimis canicie admodum venerandum, qui iuxta vrbis Cęsareæ torrentem solitariam in rebus asperis ducebat vitā. Huic se Niceta cùm in disciplinā tradidisset, tam egregiū se athletam in spirituali palestra præbuit, vt cum ipso pœnè magistro de vitæ sanctitate certa-

Vitā eligit monasticā.

certare videretur: Vnde senex ille alacri eius st
dio permotus auctor illi fuit, vt in cœnobium a
quod ad multorum eruditionem se reciperet. C
ius vsus consilio Niceta, precibus eius pro viati
sumptis, abijt ad Meditij monasterium, cui tu
temporis sanctissimus Pater Nicephorus præer
à quo benignè admodùm susceptus & in discip
nam libenter admissus est.

Vitam complectitur cœnobiticam.

Hic verò quanta quamque eximia animi for
tudine impotentes hostiũ impetus & omnes mo
ratione vacuos represserit vix vllis verbis explic
potest. Et quidem inprimis assidua mortis medi
tio ei ob oculos versabatur. Ventrem extrema
cessitate egregiè domabat, ac parùm à cibis abst
re existimabat, nisi ab omni terreno affectu sese
moueret. Nulla erat in eo furoris perturbatio, n
lus iracundiæ aut simultatis affectus, nulla oc
sermonis opinio, sed omne ipsius studium aut di
norum eloquiorum meditatio, aut solertes ad D
um preces erant.

Mortis meditatio assidua.

Cùm igitur pastor ipse tantis eũ virtutibus c
spicuum cerneret, dignum reputauit, qui sacer
tali initiatus dignitate ad aliorum salutem oper
dam promoueretur. Nec mora missus ad Thar
um Constantinopolitanæ Sedis Patriarcham (
eum dignitatis gradum multis virtutibus ador
bat) ad presbyterij honorem libẽs ab eo prouec
fuit, statimque domum reuersus monasterij gub
nacula suscipere coactus est: quæ ille tanta prud
tia ac dexteritate tractauit, vt plurimi fama vir
tum eius excitati ad eum confluerent lætique e
sese disciplinis subderẽt. Itaque paucis admod
annis sacra illa fratrum societas ad cẽtesimum n
merum execrauit, quos peritus gubernator ad p
tum

Ordinatur presbyter.

Præficitur monasterio

tum salutis, mira omnium gratulatione, dirigebat.

Hinc factum est, vt præter alios, Athanasius quidam exemplo virtutum eius prouocatus, mundo renunciaret, quod sanè vel ipsos etiam Angelos in admirationem pertrahere potuit. Erat enim Athanasius ille, cùm literarum cognitione egregiè imbutus, tùm minimè vulgaribus decoratus honoribus, ideòque patri suo inprimis charus. Hęc autem cùm animo maximo iuuenis contempsisset, & præter exspectationem omnium ad monasticæ vitæ disciplinā totis viribus aspiraret, pater per vim eum è cœnobio extractum habitu religioso spoliauit, & inuitum superbas vestes resumere compulit. At iuuenis, cuius animus altas iàm in Christi amore radices egerat, sic patrem affatus est: Putásne, ô pater, sericis istis vestibus animi mei propositum labefactandum? Vniuersum ego mundum cōtempsi, omnemque eius ornatum stercora reputaui, & tu existimas me inani quodā vestium cultu superandum? Hęc cùm dixisset serica illa induméta in quatuor partes dilacerauit. Quod cernens pater alijs eum vestimentis induit, nullumque non mouit lapidem, vt aliqua saltem huius mundi gloria animū eius titillaret. At iuuenis maiori animi altitudine secundò ea discidit, & nudus tota mente in Christi vulneribus & extremā, quam pro nobis passus est, ignominia exultauit. Ea re commotus vehementer pater, tanta in filium crudelitate desæuijt, tantisq; ergum eius plagis affecit, vt summa medicorū arte vix ad pristinam sanitatem reuocari potuerit. Hac ententatione deuicta iuuenis non dubitauit patrem certiorem facere, se nullis supplicijs, etiam si membratim dissecaretur, ab instituto pietatis cursu retrahendum esse. His auditis pater filij pietatem ad-

Athanasius vir celebris & doctus Nicetę virtutibus permotus fit monachus.

Athanasij proposito pater reluctatur.

Athanasij ad patrem respōsum.

Athanasius dire à patre flagellatur, sed permanet in proposito.

miratus ingemuit, ac lachrymis totus infusus fic
lium est affatus. Vade mi fili, vade, & iter illud
Christi gloriã & animæ tuæ salutem præclarè
sceptũ constanter perfice. Aderit aliquãdò temp
quo de vberrimo laborũ tuorum fructu gaudebi

His patris sui verbis Athanasius tanquam cal
ribus quibusdam ad cursum concitatus iterum
ad Nicetam recepit, tantamque ex eius præsen
atque eximio virtutum omniũ splendore volup
tem hausit, vt cælestibus planè delicijs se intere
putaret. Nec mirum sanè. Nicetas enim totis e
in rem viribus incumbebat, non modò vt comm
sum sibi gregem in officio cõtineret, sed vt ardu
virtutis semitam summa cum alacritate confice
atque omnes labores pro Christi gloria & anim
salute susceptos leues iucundissimosque esse se
rent. Ad mundi cõtemptum atque laborum om
tolerantiam dictu mirum est, quàm admirãdis
sermonibus excitabat, prorsùs vt discipuli eius
flãmatis animis ad ardua quæque ruerent, neque
lis difficultatibus à summo perfectionis studio
pediri possent. O quàm erat pulchrũ, quàm su
sub tali rectore Christo militare. Non patieb
vnquam pius Pater aliqua tristitiæ nube pios di
pulos inuolutos esse. Sæpè noctes integras in vn
liquo priuatim consolãdo insomnes ducebat.
gulorũ animi affectiones prudenter cõsiderab
omnibus omnia factus omnes lucrefacere stude
Erat eius corpusculum vigilijs ac ieiunijs ade
haustum vt propter summã imbecillitatẽ vix l
posset. Tanta nãque virtute continentiã ampl
batur, vt panem etiam & aquã in mensura sum

His rebus diuinus Pater egregiè excellens m
miraculorum virtutibus clarescere cœpit. Er

Miram ex Nicetæ præsentia hausit voluptatem.

Nota hic ex imiã Nicetę in gubernãdo monasterio prudentiam. Nota inquam.

Admiranda eius abstinentia.

confini
ad Nic
munitu
est. Fra
deputa
impulf
omnib
priore
obsitur
vt omn
bus san
dæmor
Quã
idem P
potest
uis agi
si quen
hunc r
cogniti
ita pru
manæ
posse re
bat nè
beretur
omnibu
dum fa
dum, tõ
tus, tot
tibus al
lutem &
Inter
i cura
& ad b
uius p
co

confinio monasterij, infans à natiuitate mutus, qui ad Nicetam adductus, precibus eius & signo Crucis munitus, protinùs loquelæ beneficium cõsequutus est. Frater quidam, quotidianis monasterij seruitijs deputatus diaboli malitia ad amẽtiam & insaniam impulsus erat, quem vir sanctus vnius diei ieiunio omnibus indicto, oleo sancto & precibus suis in priorem statũ restituit. Fratrem quoque dæmonio obsitum & grauia multa ab eo perpessum, prorsus vt omnes eum à dęmone lacerandũ putarent, precibus sanauit & signo salutaris Crucis opprimentem dæmonẽ eiecit, fratremq; integræ sanitati restituit.

Precibus & signo Crucis sanat mutum.

Ieiunio, oratione & sancto oleo amentem restituit.

Oratione & signo Crucis dæmonẽ expellit.

Quàm verò egregius in animi morbis curandus idem Pater Niceta extiterit, nullis verbis explicari potest: Etenim ex ipso motu atque habitu, qui prauis agitabantur cogitationibus, dinoscebat. Porrò si quem grauiori aliquo delicto obnoxiũ cernebat, hunc remotis arbitris ad clariorẽ facinoris admissi cognitionem pijs monitis & exemplis excitabat, & ita prudẽter corripiebat, vt memor fragilitatis humanæ se quoque similiter vel etiam grauius labi posse recordaretur, summaque diligentia præcauebat nè abundãtiori tristitia eiusmodi homo absorberetur. Omnibus erat mitis, omnibus amabilis, omnibus iucundus & hilaris, comis & ad audiendum facilis, misericors, facilis ad communicandum, totus charitate plenus, totus humilitate refertus, totus mansuetudine & omnibus sincerè virtutibus abundans. Tota denique vita ad proximi salutem & vtilitatem destinata fuit.

Notẽt & obseruẽt hanc prudentiam in tractãdis animorum morbis confessarij.

Interea Athanasius qui Patris Nicetæ onus pari cura ac vigilantia sustentabat vita functus est, & ad beatam immortalitatem lætus migrauit, è cuius pectore supra monumentum arbor cypres-

Athanasius moritur, eiusque sanctitas apparet.

ſus nata multis, morbis oppreſſis, ſanitatem ſ
is frondibus præſtitit. Nicephorus quoque cui
pietate & ampliſſimo beneficio monaſterium h
conſtitutum fundatúque erat, eodem ferè tempo
diem obijt, quo tempore totum regiminis pond
ſolis Nicetæ humeris incubuit; qui fratrũ adact
precibus & pijs obteſtationibus victis nõ tam pr
fecturæ dignitatem, quàm ingens dignitatis on
ſuſcepit.

Item Nicephorus.

Nam ijſdem temporibus diabolus nouas qu
dam hæreſes excitauit, ijsque graues admodũ lon
lateq; in terris diſſenſiones ſeminauit. Multò cr
maiore contentione quàm anteà vnquam pium
crarum imaginum vſum è terris eliminare, omne
pietatis ſtudiũ ſempiternis tenebris inuoluere
tebatur. Imperiũ adminiſtrabat Leo Armenus h
mo omni impietate contaminatus, Leonis Iſauri
& Conſtantini Copronymi ſectator, qui omnes
ræ orthodoxæque fidei propugnatores vel exil
multabat, vel multis iniurijs ac calumnijs onera
vitam ipſa morte acerbiorẽ in medio nationis p
uæ exigere cogebant. Eo tempore acerbi verita
perſecutores cùm omnem longè lateque domina
di impunitatem adepti eſſent, Nicephoro Conſta
tinopolitanę Sedis Antiſtiti in exilium pulſo, Th
odotum quendam ex eorum numero qui Spatha
dicuntur, hominem leuiſſimum Patriarcham ſ
ſtituerunt, qui præſide concilium quoddam lud
cum coëgerunt, in quo ſanctiſſimos Patres ab
pijs eorum decretis diſſidẽtes humi proſtratos
dibus conculcarunt, multisq; dictu horrendis, co
tumelijs affecerunt.

Leo Armenius Imperator.

Iconoclaſtarum hæreſis exurgit.

Iconoclaſtarum rabies in ſanctos Patres.

Poſt Epiſcopos autem hoc modo exceptos, p
marios inſignium monaſteriorum duces aduo

runt, inter quos diuinus Pater Niceta vnus fuit. Hos primùm varijs assentationibus versutissimo modo inuentis in fraudem atque pestem inducere conabantur, sed cùm omnes conatus eximia eorum prudentia deluderẽtur, illi in furorem ac apertam vim prorumpentes, in diuersos carceres eos compegerunt, eorumque virtutem & constantiam diuturnis carceris squaloribus frangere tentarũt. Erat tunc sanctus Niceta in carcerem malè olentem & sordidum valdè coniectus, prorsùs vt si alia pœna non accessisset, satis hæc condemnatio ad supplicium valeret.

Patres sancti in carceres conijciuntur.

Postquàm verò dies non paucos in tetro carcere non sine maximis corporis incommodis exegisset, Imperator eum exilio in Orientis partibus damnauit, & in castello quodam, quod Masaleon dicebatur, seruari iussit. Erat mediũ hyemis tempus cùm sanctus Pater anteà itineris laboribus planè fractus, cum frigore ac niuibus, omnibus aëris iniurijs expositus, certare cogebatur. Accedebat, quòd is qui virum sanctum in exiliũ ducere iussus fuerat, homo erat natura ferus & immitis, nullũque omninò tempus aut locum à continuis calamitatibus ac miserijs respirandi viro sancto concedebat. Eadem planè crudelitate fera immitis in reliquos Patres vtebatur. Cùm verò Imperator sanctos Patres ijs persecutionibus alacriores reddi, animosq; omnibus angustijs maiores habere cerneret, versutus ille consilium mutauit, Patresque Bizãtium eadem itineris difficultate & molestia reuocatos nouis rationibus in suam volũtatem pertrahere cogitauit. Et quidem cùm hyemis tempus & dies solenni iejunio consecratos in libera custodia exegissent, Imperator quia oleum & operam se perdere videbat,

S. Niceta post carceris squalores exilio multatur.

Iohannes quidã pessimè tractat sanctos Patres.

tradidit eos Iohanni cuidam insigni malorum i
uentori, quibuscũque vellet supplicijs affligendo
Qui cùm varijs eos in carcere cruciatibus fatig
set, & extrema fame propemodũ enecasset, omn
que malitiæ suæ machinas frustrà adhibuisset, c
lidum sanè consilium mira diaboli versutia co
flatum aduersarijs sanctorum Patrum ministrau
Cùm enim impios suos conatus aperta vi prola
in irritum cadere animaduerterent, simulata vic

Fraus hæreticorum.

riæ desperatione, tanquàm pacis, certis legibus
religionis negotio firmandæ cupidi, accesserũt p
stulantes vt vel semel cum Theodoto nefario pe
feræ hæreseos capite cõmunicarent, ac deindè c
ea fide ac sententia quam haberent, ad suum qui
monasterium regrederetur.

S. Niceta cedit nõ rectè consulentibus.

Hac conditione persuasi Patres è vinculis e
runt, & sanctum Nicetam sua auctoritate quam
inuitum & reluctantem ad suas rationes pertra
runt, vt pariter cum reliquis Theodoto manus
ret. Theodotus enim vt omnes paulatim sub spe

Theodotus simulata pietate omnes nititur in hæresim pertrahere.

oso pietatis prætextu in fraudem & nefandam
resim impelleret, veniẽtes ad se Patres summa c
beneuolentia, vt prima fronte apparebat, excip
bat, atque vt fraudis suspicionem tegeret. Qui
adorant, dicebat, venerandam Christi imagin
anathemati subijciantur. Atque hoc modo Pa
nihil hostile suspicantes ad monasteria sua libe

Citò id corrigit Niceta

abire permittebat. Niceta verò cùm secum an
cogitasset, grauissimæ ruinæ causam esse, cùm q
à prima institutionis norma vel latum vnguem
flectit, salutarem fugam meditatus est, rebus
omnibus conuasatis nauigio Proconesum tetend
Sed illic sententiam mutans, iterùm Bizantium
dijt, vt vbi timiditatis signum dederat, ibi no
consti

constantia eandem expelleret, atque ostenderet se nullo modo vel latum vnguem ab auitæ religionis præscripto recessurum. Quo audito Imperator accersitum ad se, ad proprium abire monasterium iussit, nî mallet inauditis ad illum diem ærumnis vexari, & vitam cum extremo nominis sui dedecore deserere. Ad hæc Niceta ità respondit vt Imperator facilè intelligeret nó minis aut inanibus verborum fulminibus certandum esse.

S. Niceta coram Imperatore cõstanter fidẽ profitetur.

Cùm igitur inuictum Nicetæ animum cerneret Imperator, tradidit eum Zachariæ cuidam regalium ædium curatori, quæ Mangana dicuntur, donec quid de eo faciendum esset, concilium haberetur. Cùm autem Zacharias ille pietatis admodum studiosus esset, tanta virum sanctum veneratione prosequebatur, vt ne oculos quidem in eum defigere auderet. Imperator verò vt nihil intẽtatum relinqueret, quô eius constantiam animiqúe virtutem tandem aliquando frangeret, eum grauiori exilio multatum Anthimo cuidam, homini nefario, & sacrilegijs multis infami, qui Insulæ Glyceriæ cum ampla potestate præerat, commisit, qui crudeliter eum diu multumqúe afflixit: certus si eum ad Imperatoris voluntatem flectere potuisset, nouos sibi honores cum amplificatione dignitatis decernendos esse. Sed Niceta pari virtute eius quoque conatus elusit, & vbique de impietate victoriam obtinuit. Nam cùm annos sex angustijs afflictus & rerum omnium inopia vexatus contra diaboli satellites egregiè decertasset, Deus debitas de Leone pœnas expetijt, hominemqúe nefarium, gladijs suorum confossum, deleuit. Quo mortuo, milites Michaelem quendam duabus vinctum catenis è custodia liberarunt, faustisqúe accla-

Relegatur in exiliũ.

Committitur Anthimo homini nefario.

Leo Imperator interimitur & Michael vinctus in eius locũ

ſubrogatur, & pacem Ecclesiæ restituit.

acclamationibus Imperatorem eum pronunciari. Qui medio quodam inter virtutes & vitia tramite gradiens, fidem quidem ipsam nō in pristinum statum restituit, sed Patres omnes & reliquos Christi vinctos libertate donauit, sæuamque Ecclesiæ tempestatem sedauit.

Niceta è carcere liberatus abstractā ducit vitam

Tunc verò Niceta ex eo carcere, tāquam è stadio illustris Confessor & sine sanguine martyr victoria portans arma egrediens, ad insulas vrbi finitimas abijt, in quarum vna quietem appetens angelicam planè vitam duxit. Neque tamen aliorum salutem negligebat, sed omnes ad se cōfluentes, etiam homines à puritate Christianæ fidei alienos benignè excipiebat, & summo studio tam corporum quàm animarum curam agebat. Post hæc deuenit iam ætate prediolum quoddam è regione vrbis positum mercatus est, in quo vltimum vitæ actum omni sanctitate exegit, & animam multis ditatam virtutibus in manus Saluatoris tertio die Aprilis efflauit.

Niceta obitus.

Ad cuius exequias honestandas ingens vtriusque sexûs multitudo confluxit; ac duo antistites primarij Theophilus & Iosephus, quorum alter Ephesi alter Thessalonicæ dignitatem illam administrabant, sanctissimis eximij viri reliquijs honores detulerunt, summaque cum veneratione resonātibus vbique psalmis ad nauigium quod eas ad proprium monasterium deferēdas excipiebat, comitati sunt. Cùm verò monasterij fratres sacrum illum thesaurum aduentantem in litore exciperent, subiectis humeris ad monasterium portarent, in ipso itinere egregijs miraculis viri sanctitatem Deus omnibus notissimam reddere dignatus est. Nam & dæmones è multis, qui vexabantur fugati & ægroti varijs morbis

Miracula fiunt ad sacrū eius corpus.

morbis liberati sunt. Inter quos mulier sanguinis profluuio laborans solo reliquiarum contactu sanitatem cõsecuta est. Postquàm verò in monumentum illatæ fuerunt, protinùs maior adhuc virtus enituit, adeò vt quilibet infirmi, cum integra ad loculos fide accedentes, ab omni ægritudine liberati, sani & incolumes domum reuerterentur. Hæc fuit sancti viri vita admirabilis, hæc cælestis illius ciuis & diuini Patris nostri Nicetæ institutio, qui vt Dei gloriam in terris perpetuò celebrauit, ita vicissim & ipse à Deo gloria donatus & coronatus est.

VITA S. RICHARDI EPISCOPI CIcestrensis ex ea quam Radulphus Cicestrius duobus libris complexus est circa annum salutis 1270. Claruit autem hic Sanctus sub Innocentio 4. Rom. Pont.

RIchardus natione Anglus, in VVigorniensis diœcesis pago, quem à salis puteo VVich vocant, parentes habuit non ignobiles Richardum & Aliciam: qui à primis annis pietati ac morum grauitati deditus, omnes facilè coæuos suos tã eruditione quàm vitæ & morum integritate antecessit. Porrò frater eius tener adhuc in captiuitatẽ abductus, maturiori quo ita è custodia dimissus fuit, vt nihil secũ in patriam quàm nuditatem & extremam inopiam adferret: cuius paupertatem ex animo miseratus Richardus cùm & ipse nihil quo fratri opitulari posset, haberet, sese in eius seruitutem tradere minimè dubitauit, quò graue paupertatis onus nonnihil subleuaret, fratremque manuum suarum labore sustentaret. Quibus sane officijs intantùm sibi fratris beneuolentiam conciliauit vt is totius terræ suæ eum hæredem scripserit.

3. Aprilis.

S. Richardi parentes.

Seruit fratri suo voluntariò.

Non multò post cognati & amici nobilem quan-

dam puellam opibus ac diuitijs præstãtem Richardo desponsarunt: quæ res fratris animum mirifice quidem exhilarauit, sed vehementer afflixit quod possessiones vniuersas in eum transtulisset. Quo vbi Richardus cõperit hilari sanè animo, fratri non tãtùm fundum sed & sponsam ipsam, quam intacta reliquerat, tradidit: atq; omnibus mũdi huius rebus abdicatis spõsaque & amicis derelictis primùm ad Oxoniẽsem Academiam, indè Lutetiam Parisiorum se contulit. Tanto autem ferebatur discendi desiderio, vt nullam aut paruam admodùm corporis curam haberet, omnesque suas cogitationes vsque adeò in literarũ meditatione defixas habebat, vt omnia illa præ illarum amore neglexisse videretur. Degebat tunc temporis cùm alijs duobus studiorum socijs quos vna eademque paupertas affligebat, in tantum vt tribus illis vnicũ solùm esset capitis operimentum, quo lectiones audituri per vices vtebantur. Cibus illis panis ater cum olusculo erat, quo tamen vir sanctus nunquàm se toto vitæ spatio, iucundiores suauioresque dies duxisse fatebatur.

Posthabitis omnib' confert se ad studia literarũ.

Intereà cùm tantos in bonis literis progressus fecisset, vt omniũ iudicio magisterij titulo dignissimus haberetur, denuò ad Oxoniensem academiam profectus est, ibidẽque eum eruditionis gradũ cum non mediocri laude adeptus est. Indè verò Bononiam ad animũ clarissimis Iurisprudentiæ disciplinis excolendum se recepit, vbi septennio tãto cum eruditionis incremẽto versatus est, vt dimidio & eo amplius anno summa cum dexteritate & laude præceptoris sui in docẽdo vices suppleuerit, eumque hac ratione gratiæ & beneuolentiæ locum apud præceptorem obtinuit, vt vnicam ei filiam cum omnibus facultatibus tradere peroptârit. Verùm Richardus

Fit artium magister Oxoniæ.

Studet Iuri.

qui diuinos in pectore motus pręsentiebat, submissè admodũ gratias agens in Britanniã redijt, vbi intãtùm eius existimatio creuit, vt vnanimi omnium cõsensu Oxoniẽsis Academię Cãcellarius creat⁹ sit.

Fit Cancellarius Academię Oxoniensis.

Per id tempus Cantuariensis ecclesiæ cathedram obtinebat beatus Edmundus, qui sancti viri integritate & prudentia delectatus, eum in partem oneris ac dignitatis suæ vocauit, traditoque sigillo, præcipua quædam grauioraque totius diœcesis suę negocia illi demandauit: quæ vir sanctus singulari prudentia & æquitate exequebatur. Mortuo autem beato Edmundo, sanctus Richardus tam ab aula, quàm à curis & negocijs absolutus Aureliã se contulit, vbi cùm aliquamdiu non segnem sacræ Theologiæ operam nauasset, sacerdotio initiatus vnicam parœciam administrãdam suscepit: quo tempore Bonifacius, qui Edmundo in Cantuariensi ecclesia Antistes venerabilis successerat, viri sancti consuetudinẽ & conuictum mirificè expetebat: sed cùm eodem tempore sedes Cicestrensis pastore orbata esset, Richardus ad eius administrationem inuito Rege Henrico, eius nominis tertio, destinatus est: quam dignitatem contra omnes Regiæ inuidiæ impetus ità tutatus est, vt non mediocrem constantiæ & sanctitatis laudem ad reliquarum virtutum cumulum adiecerit. Nam cùm Regis animum nulla ratione à mendacio ad veritatem flectere posset, Romam ad Innocentium quartum abijt, vt is pro sua auctoritate electionem factam ratam haberet vel infirmaret. Confluxerant eò Regis legati qui Richardum in inuidiam Pontificis vocare nitebantur: at Pontifex auditis partibus solenni sacrarum manuum suarum impositione Richardum Episcopum consecrauit, suisque eum literis contra

Item Archiepiscopi Cantuariensis.

Fit Presbyter.

Eligitur in Episcopum Cicestren.

omnes

omnes æmulorũ machinationes egregiè muniuit, quæ res non tam regem conciliasse, quàm nouam quandam iram & indignationem conflasse visa est.

Rex enim præter quàm quòd omnes Cicestrensis ecclesiæ facultates per summum scelus exhauserat, edicto quoque publico omnes à benefaciendi antistiti studio auertebat. Quam ob rem pauper & inops, sub alieno tecto hospes degebat, nec tamen ob propter commissi sibi gregis curam vllo modo negligebat, immò ne quis eum inertiæ vel ignauiæ arguere posset sæpè in conspectum regis sese dabat, & cum eo audacter de ablato Christi patrimonio expostulabat. Iam biennium vir sanctus regias vexationes pertulerat, cùm summi Pontificis mandatis compulsus, ædes illi ruinosas & vacuas restituit.

Eius cõstantia cõtra regem iniquũ

Postquàm verò animo magis libero & soluto sacræ functioni illi incumbere licuit, tùm ante omnia attentissimam pauperum curam suscepit, tanta fide ac studio vt nõ dubitauerit sacra vasa ad eorum inopiam subleuãdam distrahere. Feruebat vir sanctus incredibili benignè faciẽdi studio, vsque adeò vt mortuos proprijs etiam manibus sepulturæ traderet, & quosuis vera inopia laborantes suauissimis ad eleemosynam verbis inuitaret. Cumque interrogatus esset quare ipse pauperes ad beneficium accipiendum inuitaret, rogaretque, cùm potius rogari deberet, respondit: Certè nimis carè emitur quod precibus emitur. Instituit etiam domũ quandam hominibus senio confectis, aut graui aliqua corporis debilitate oppressis tutissimum miserarum suarum perfugium, in qua omnia, quæ ad victum vestitumque necessaria erant benignè ac liberaliter suppeditabat.

Benignitas in pauperes.

Nota.

Illud quidem valdè est memorabile, quòd cùm quodam

quodam die panem vnum pauperibus distribuendum curasset, is idem eius benedictione adeò multiplicatus est, vt ex eo tria hominum millia abundè refecta fuerint, atque insuper fragmenta centum pauperibus cibādis superfuerint. Cum nemine vnquam inimicitias fouit, quin potius pro contumelijs honorem, pro inimicitijs beneuolētiam rependit: quamuis autem maxima esset animi lenitate præditus, neque vnquam illatas sibi iniurias apud se quiescere permitteret, in rebus tamen diuinum honorem concernētibus tanta iustitia, tantaque seueritate in homines grauioris aliqua sceleris contagione pollutos vtebatur vt nullis vel minis vel blanditijs flectendus esset. Erant in eius diœcesi vicarij tres impudicarum fœminarum consuetudine infames, quòd mox vbi resciuit vir sanctus, lata in eos sententia, ecclesiasticis beneficijs priuauit.

Vnius panis mira multiplicatio.

Seueritas eius in tres concubinarios.

Erat diuitiarum ac omnium humanarum rerum contemptor egregius, prorsùs vt cùm de quodā domorum ipsius incendium & ingens rerum iactura nunciata esset, nihil animo moueretur, quin potius illud ipsum in nimiam suorum tenacitatem referebat, asserens iusto hoc Dei iudicio factum, quòd fortassis in præstandis eleemosynis negligentiores fuissent; vndè protinùs, quamuis res tunc angusta domi esset, largiori manu pauperibus subueniri iussit. Diuinarum rerum meditationibus ac precibus adeò delectabatur, vt venientes ad se religiosos & homines pietatis studio deditos semper cū osculo susciperet, dicens: Bonum est ea deosculari labia, quæ thymiama sanctarū orationum Deo cum deuotione oblatarum suauiter redolent.

Cōtemptus rerum præsentium.

Amat valdè homines religiosos.

Quanto autem studio & diligentia sacras conciones vir sanctus obierit, & quàm clementer contri-

tos

tos corde fouerit, consilia petentibus impartieri & deploratos peccatores ad vitam & spem veni excitauerit, nemo possit pro dignitate explicare. I subsidium terræ sanctæ demandatam sibi à Rom no Pōtifice crucis prædicationem cùm suscepisse & per loca maritima ad Cantuariensem vsque uitatem peruenisset, decimo die antè, quam por illum celebrem, quem Doueram appellant, attigi set, in morbum incidit, neque tamē propterea qu quàm ab instituto pietatis cursu remisit, donec morbi oppressus, in xenodochio, quod Domus D appellatur, animam ageret. Cumque mortis hora imminere cerneret, imaginē Crucifixi deuotè co plectēs ad vltimum vsque spiritū insignem pieta significationem dedit, animāque suauiter inter or tionis verba Creatori reddidit anno ætatis suæ pl minùs 56. Pontificatus verò nono, 3 Nonas April

Prædicat crucem in subsidium terræ sanctæ.

Moritur vir sanctus in complexu imaginis Crucifixi.

Sacrū corpus fuit Cicestriā magno vtriusq; sex concursu deportatum, sepultumque in ecclesia an aram S. Edmundi, quam ipse in eius templi parte quilonari extruxerat, vbi magna diuinitùs edunt miracula, adeò vt etiā tres mortui eius meritis vitam reuocati sint, abortiuus fœtus animam vi lem acceperit, & plura alia sanè admiranda, q breuitatis studio prætermittimus, contigerint.

Tres mortui ad sepulcrū eius excitati.

MARTYRIVM SS. AGATHOPODIS D aconi & Theoduli Lectoris. ex eo quod est per M taphrasten.

4. Aprilis.

MAximiano Cæsare imperante cùm bellu pietati indictum, per totum terrarum o bem arderet, equitesque passim percurre tes populos imperio subiectos rerū omnium Dñ abnegare, pietatisque studiū funditus delere con rentur

rentur, Agathopus & Theodulus, alijs aliò præ metu fugiẽtibus, constanter patrociniũ pietatis aduersus tyrannidem susceperũt. Vterque enim iam ante multo tẽpore ieiunijs & orationibus impietatem ipsam lõgè lateque grassantẽ profligare nitebatur, ardentiq; desiderio in certamẽ properare cupiebat.

Cæteris præ metu dilapsis Agathopus & Theodulus prædicãt Christum.

Igitur cùm cæteri in angulis ac latebris abditi rabiem tyranni pertimescerent, hi duo athletæ palam Christi verbũ prædicabant, & opportunè importunè instabant, vt fideles prodirent & gloriosa Christi trophæa minimè erubescerent. Præfectus itaque militesque tantam eorum virtutem admirati, iniectis vinculis eos in certamen adduxerunt: quod ipsi nõ modò non detractarũt, sed incredibili quadam alacritate arripuerunt. Erat enim Theodulus egregia corporis forma & eximio robore adolescens, obscuris nequaquàm natalibus ortus. Ducebat enim genus ex illustri Thessalonicensium familia, erantque ei fratres tres Capito, Metrodorus & Philostorgus insigni pietate iuuenes, natura atque moribus martyris propositum amplectentes.

Cõprehendũtur.

Theodulũ genus & fratres eius.

Porrò Theodulus ante, quam impium decretum promulgatum esset, intempestæ noctis silentio præclarum quoddam, futuri certaminis, munus à Deo accipere meruit. Nam cum leni, nocte quadam, somno oppressus etiam secundum quietem vota Deo persolueret, annulũ quendã ex noua materia conflatum digito insertũ inuenit, cuius solo contactu, homines grauissimis ac desperatis morbis laborantes protinus sanitatẽ consequebãtur. Ac Theodulus quidẽ erat eiusmodi. Agathopus autẽ illi consentiens, vir erat diuinarũ rerũ cognitione clarus, & ipsa sua canitie omnibus venerabilis: Ambo puri pietatis ministri. Oẽs enim corporis voluptates repudiantes,

Theodulo dormiẽti annulus diuinitus datus.

Agathopodis ætas.

diantes, solo diuini verbi ministerio sedulo inte-
debãt, & credentium salutem cùm verbis tùm m-
raculis promouebant. Et quidem Theodulus c-
Lectoris officio fungebatur, simplici verbo & sa-
tiferæ Crucis signo importunos sæpè dæmones
obsessis corporibus fugabat, Deique potentiam
los fateri cogebat.

Theodulus lector dæmones fugat.

Hos igitur egregios Christi milites Faustin
Thessalonicæ vrbis Præfectus in iudiciũ adduc
quia facilè ex ipso vultu inuictam eorum virtut
cernebat, blanditijs est aggressus: fictaque amic
specie, remotis omnibus, diu multumque certa
Sperabat enim Theodulum ætate iuniorem, bl
dis verbis facilè in suam sententiam pertrahẽdu
At Theodulus egregia animi constantia omnes e
blanditias elusit, & minas pari virtute contemp
Quod cernens Faustinus tacitus secum adolesce
tis prudentiam miratus Agathopodem adduci i
sit, cui submissè in aurem susurrauit, dicens: I
mola, quãdoquidem Theodulus à mendacio ad
ritatem redijt, & nunc se immolaturũ pollice
Agathopus autem cognito dolo: Et ego, inqu
prompto animo sacrificium faciam Deo, eius
filio Iesu Christo, siquidem his floridum Theo
lus sacrificium se facturum promisit. Hæc illo
cente, & multa insuper de deorum vanitate di
rente, Præfectus, veritus ne luculentæ orationis
ficacia ceteri qui iudicandi erant, magis in Dei f
confirmarentur, celeriter vtrumque in carcere
abduci iussit.

Faustinus Præfectus blanditijs eos peruertere nititur.

Ducũtur in carcerem.

Nocte autẽ media, cùm eos Deus secundùm q
etem opportunis visis confirmasset, læti surgent
Christum omniũ Saluatorem voce magna colla
darunt. Deindè fuso præ lætitia lachrymarum i
bre, q

Diuinitùs confirmantur.

bre, quo
ram geni
bus ad vl
minis in
runt. Sa
qui in ec
detinebã
sese ad b
criminur
ris erant,
one affeci
vt tantur
is ipsi oc
qui Thes
in honor
ad Præfec
que denu
erui Dei
rem Faus
cerem irr
rene addi
ritate p
celebritat
derentur.
magnam
yrannide
Tande
um nequ
ussit, alic
nentis, q
tis coran
atoris m
nquit, to
a tibi adt

bre, quo manus suas latuisse dicuntur, flexis in terram genibus, supplices Deo preces obtulerunt, quibus ad vltimum vsque vitæ spiritum cõtra eius nominis inimicos constantiam in certamine postularunt. Sanctis autem hoc modo precantibus, multi qui in eodem loco aut homicidij aut adulterij rei detinebãtur, deposita mortis formidine, supplices sese ad beatorum pedes abiecerunt, commissorum criminum veniam postulantes. Turbę verò, quę foris erant, magna rerum, quæ dicebantur, admiratione affectæ, effractis claustris in carcerẽ insilierunt, vt tantum tamque admirandũ pietatis studium suis ipsi oculis cõtemplarentur. At Vrbanus quidam, qui Thessalonicæ questoris dignitate, apud omnes in honore erat, stimulis dæmonis concitatus cursu ad Præfectum contendit, magna voce clamitans atque denuncians, de deorum cultu actum esse, nisi Dei cerui Dei celeriter è medio tollerentur. Quamobrem Faustinus animo sanè propter illos qui in carcerem irruerãt, perturbato, adolescẽtem simul cum illis adduci iussit. Illi autem tanta animorum alacritate prodierunt, vt non ad supplicium, sed ad celebritatem aliquam iucũdissimam properare viderentur. Quæ res spectantium quidem animos in magnam admirationem, Faustini verò in maiorem tyrannidem rabiemque conuertit.

Multi ad Christum cõuertuntur.

Alacritas SS. martyrum.

Tandem Prefectus post multa verba ad Theodulum nequicquam habita vestimentis eum spoliari iussit, aliosque Christi Confessores adduci, vt tormentis, quæ ferre eos minimè posse credebat, coactis coram illis sacrificarent. At Theodulus, qui oratoris munere pro omnibus fungebatur, Istha hæc, inquit, tormenta parua sunt atque ridicula: Maiora tibi aduersum nos excogitãda sunt, vt perfectam

Theoduli fortitudo in tormentis.

animorum nostrorum cum Deo coniunctione spicias, quæ pro ipsius amore cruciatus omnes ferre potest.

Cùm in his alijsque disputationibus bonam poris partem consumpsissent, & Faustinus Theo li animum omnibus minis ac blanditijs maior esse cerneret, tacito nutu ministris, quid fieri v indicauit: qui Theodulum vt capite damnatu duxerunt, vbi sontes damnatique puniri solent verò ad locum supplicij ventum erat, & carnif ducto gladio minacibus verbis mortem mini tur, Theodulus læto hilarique vultu ceruicem rexit. Quo audito Faustinus eum ad se reduci sit, & Agathonem multis rationibus ad deoru crificium allicere conatus est. Sed maior fuit usque constantia & virtus, quàm vt fraudibu monis infringi posset. Atque ita Præfectus Ch confitētes & deorum vanitatem abominantes

Martyres iterū ad carcerem reducuntur.

fus in carcerē detrudi, ferroque crudeliter vi omni solatio humano destitui iussit. At illi aduersitatibus vel laboribus fracti noctis inte stæ silentio hymnis & canticis Dei bonitatem dabant, & in vna solaque Christi gratia quiesc somnum carpebant: cùm eccè vterque secundi

Visio eorū in somnis.

etem visus sibi in magna pelagi tempestate na re, fractisque remis & malo, cùm cæteri fluc obruti perijssent, se solos piscium in morem a tus adnatare: & gubernatoris solertia seruat splendidis vestimētis indutos, amœnū in mon cuius cacumen cælū attingeret, cōscendere. Ho so mirificè exhilarati, alter alteri, iā somno so tanquàm ignoranti narrauit. Sed cùm parem gratiam submini stratā cognoscerent, optimā i turum spem cōcipientes diuinas pro tanto mu laudes decantarunt.

Dum hæc fierent ministri crudelitatis aduenerunt, vt eos ad Præfecti tribunal vinctos ducerent: Illi autem alacres signaris Christi trophæo frontibus, ministros sequebantur. Tùm verò ingens amicorum luctus exortus aera compleuit, quod charissima sibi capita ad necem rapi cernerent. Verùm Theodulus hilari vultu: Si, inquit, pro amicitia lachrymatis, lætari potius debetis quòd tam honestis in rebus probemur: Sin inuidia commoti, successibus nostris doletis, commune pietatis stadium patet, & fidei promulgatio pariter omnes vocat: paucis tamen coronam præbet, illis nimirùm qui nec diuitiarum, nec voluptatis studio tenentur. Dum hæc loquerentur Præfectus in tribunali sedens, terciùm eos interrogauit: cumque nihil responderent, ipsi: Christiani sumus, & pro Christi nomine omnia pati volumus; ipse vultu tristi sententiam tulit, vt Theodulus & Agathopus immolare recusantes in mare proijcerentur. Ministri igitur beatos manibus post terga reuinctos, & lapidibus ex sacris eorum ceruicibus suspensis ad mare deduxerunt, & vtrumque victoriæ corona redimitũ in fluctus proiecerũt. Mare autem cùm eos suscepisset, fractis laqueidum vinculis, multo pulchriora propinquis corpora ipsorum reddidit. Paulò verò post Theodulus decoro vultu & cãdida amictus stola apparẽs, præcepit vt facultates eius viduis & orphanis ex æquo distribuerẽtur, quò post suum à nobis discessum viderẽtur non solùm velle in calamitate constitutos consolari, verumetiam propinquos ad idem pietatis studium incitare. Horum igitur Sanctorum memoriã, qui pro veritatis defensione fortiter se gesserunt, æquum est vt annuis votis & laudibus decoramus, & eorum fidem pro viribus imitemur.

Educuntur è carcere ad tribunal.

Theoduli ad amicos & cognatos lachrymantes verba.

Fertur in eos sententia.

Mergunturin mare.

Theodulus post mortẽ apparet.

VITA S. PLATONIS MONACHI, *luculenta Oratione quam in eius funere con[illegible] Theodorus Studita.*

4 Aprilis.

Parentes S. Platonis.

BEatus Plato, qui à prima iuuentute sua[illegible] mos virtutum omniũ flores spirauit, p[illegible] tes habuit Sergium & Euphemizm cũ[illegible] neris tùm morum nobilitate admodùm inf[illegible] quibus in tenera ætate orbus, ab vno quodam[illegible] sanguineo suo ad ætatem vsque pubescentem [illegible] catus est. Et quidem cùm magna quædam ad[illegible] rum omnium licentiam via illi pateret, is di[illegible] tia & virtutis exercitatione, animi nobilitate [illegible] externis honoribus, ad honestam virtutis via[illegible] rexit, summoque studio perditorũ hominum [illegible] sortia deuitans, eorum familiaritatem appe[illegible] quorum consuetudine cùm doctior tum indi[illegible] lior euadere posset. Etenim pro ludo diuinas [illegible] ones quibus attentus erat, pro theatris & spec[illegible] lis ecclesias frequentabat; pro inhonestis di[illegible] rijs honesta collegia: quodque laudabilius e[illegible] cultas mentis cogitationes: & acta cuidam e[illegible] qui præerant, sæpius cõfitebatur. Quæ res ma[illegible] religionis illius erat indiciũ: neque exiguam [illegible] admirationem afferebat, pariterque viam ad[illegible] orem vitam multis aperiebat.

Deuitat maiorum consortia.

Sæpius confitetur.

Cùm itaque mẽtis oculos ad sempiternar[illegible] rum contemplationem erexisset, non dubitau[illegible] sanctus earum desiderio alacrior factus, am[illegible] mas cum paterna domo facultates diuende[illegible] rumque preciũ, (duabus sororibus paucis q[illegible] dam relictis) pauperibus distribuere, atque i[illegible] regiones petere. Erat in partibus Olympi A[illegible] mandrita quidam Theoctistus nomine, cùm g[illegible] cùm vitæ sanctitate clarus, in loco, qui Sym[illegible]

Distribuit sua pauperibus.

Theoctistus Archimandrita.

ꝓpellabatur degens. Huic se Plato in disciplinam
adere cupiebat. Cùm igitur patrijs finibus reli-
is, vnico comitatus famulo propter probitatem
regie sibi charo, in eum locum, qui Regum no-
ine appellatur, venisset, densam quadam syluam
gressus, statim sibi comam, eius qui eum sequeba-
ir, manu præscindi iussit, pullaque, tanquàm pur-
rea se veste induit, & famulum cum preciosis ve-
ibus à se dimisit.

Tondet sibi comam.

Hoc modo rebus terrenis animo magno valere
sis, ad Theoctistum futuri certaminis sui magi-
rum venit, cui se totum, & mentem & volũtatem,
corpus integra obedictia resignauit, & tanquàm
iectissimum quoddam mancipium, spreta nobi-
atis suæ gloria, alieno se imperio libens propter
hristum subdidit. Gaudebat in omnibus sui con-
mptu, magnoque se beneficio affectum putabat si
ist operis pensum diligenter ac dexterè præstitũ,
ntumelia afficeretur, & pugnis alapisque cæde-
tur. Nam reliqua virtutis exercendæ studia, vt
nt prolixæ preces, extenuatio corporis, macies ex
edia ac vigilijs contracta, humi cubationes, fre-
ens mortis meditatio, leuiora & parui admodũ
ómenti esse putabat, si non proprię volũtatis (quę
dix omnium peccatorum est) interitus accederet.
ide nihil maiori diligentia contendebat, quàm
ictissimæ obedictiæ virtuti se suaque omnia sub-
ere, & vltimum apud omnes locum, magno hu-
ilitatis studio adamare.

Integra & perfecta obedientia se tradit Theoctisto.

Propria voluntas.

Hinc cùm patri suo spirituali fratribusque cha-
simus esset, tùm externis etiam hominibus, cla-
simo virtutum eius splendore longè lateque sese
fundente, valdè admirabilis visus est, eò magis
ò maiori animo splendidũ ac superbum paternę

domûs ac familię genus contempserat. Postea occulto & quàm ad cælestem patriam Theoctistus, mortuo hab tis vinculis solutus, feliciter migrauerat, fuit alis fuit ne muni fratrum societati præfectus, quam miro ocis, in qu tutum splendore illustrauit, ad eumque statu abat, non conditionem prouexit, vt mansio illa ab omni ici potera sanctissima nominaretur. Cibus illi erat panis t post calig fabæ oleribus & summis herbis: Potũ illi fons empora, v pidissimus præbebat, neque hic quotidianus, se etur: id q terdum vltra diem vnum, interdum in tota he essarijs qu mada bis, vel decimo quoque die sumptus. Ves st. Quo te rat tenuis ac vilis, quæ aëris iniuriam repellere ui superfu quæ elegantiam aliquam ostentaret. Stratum ui in vrbe mollis aut diffluens lectus, sed qui corpus affl Tunc & & ad spiritalia ministeria firmum seruare po ur, rediuiu Ad hæc manibus proprijs cum sacro Apostol eresse cred cessitatibus suis consulebat, neque panem vnq eis, sed to gratis comedit. Quid dicam de scribẽdi assidu liundè illu & studio? Vnde nam quæso tanta librorũ abun lexantibus tia nostris monasterijs suppeditata est? An nõ uentibus. lius sanctis manibus & laboribus? quos adeũ uit, vt dor animo illustramur, & eius manum ingeniũque atum con miramur quæ talia ac tanta nobis præstiterun oci homin

Præficitur fratribus à morte Theoctisti.

Victus eius & mira abstinentia.

Vestis.

Stratum.

Labor eius & scribendi studium.

Erat temporibus illis summa quædam imp ulit. immo tis tempestas. Constantinus ille impijs cogitat epressit. a bus feruens, malitiæ domicilium, multorum endæ studi tum draco, eius hæresis propugnator, quæ Sa t in vrbe re imaginibus bellũ indixit, monastici ordinis pectatæ vi bissimus persecutor tunc regnabat: à quo qui Hinc om nostrorum Nazaręorum nõ fuit exterminatus onore dig quis latens non in medium est prolatus? Qui ręsidere vo eorum qui resistebant, non ad impietatis bara s valdè ar detractus? ita vt sicubi aliquis eorum, qui in osteà quã erant, relictus fuisset, tanquàm scintilla quæd ernacula p

Constantinus Copronymus perstringitur.

occulto & obscuro loco iacens, ita latuerit, vt pro mortuo haberetur apud eos qui adhuc supererant. Talis fuit noster Elias à Domino ipso seruatus ijs in locis, in quibus exercitationi monasticæ operã nabat, non eius manibus captus, qui nouus Achab ici poterat, neq; eius impietatis particeps factus, t post caliginis tãquàm nocturnæ cuiusdam pugnę empora, velut lucifer quidam denuò nobis exoriretur: id quod factum vidimus. Dehinc enim necessarijs quibusdam de rebus Bizantium ingressus est. Quo tempore videre licuit monachos ipsos, qui superfuerant, tanquàm lumina quædam ab ijs qui in vrbe Bizantina erant, conspectos fuisse.

Tunc & beatus ille, qui mortuus anteà putabatur, rediuiuus agnitus est. neque enim à cognatis superesse credebatur: ex eoq́ue non solùm consanguineis, sed toti Bizantio celeberrimus factus est, alijs aliundè illum attrahentibus ac iucundissimè amplexantibus, nobiliq́ue ipsius doctrina libentissimè fruentibus. Et certè tanta doctrinæ eius excellentia fuit, vt domos omnes in vrbe aliam in formam & statum conuerterit. Iurandi cõsuetudinem ab eius loci hominibus quotidianis admonitionibus abstulit. immoderatum corporis cultum sua doctrina depressit. ardentissimũ charitatis in pauperes exercendæ studiũ hominibus persuasit; ac tãdem effecit ut in vrbe regia regij, cælestis inquam regni, mores spectatæ vitæ testimonio comprobati elucerent.

Venit Bizantium & excipitur mira gratulatione ab amicis qui eum extinctum putabant.

Reformat mores Bizãtinorum.

Hinc omnes illum suspicere, admirari, summoq́; honore dignũ iudicare, ac Nicomediensiũ ecclesiæ præsidere volebãt, sed vir sanctus iucũdissimę quietis valdè amãs, ad amicam solitudinẽ reuersus est. Posteà quã verò Christi cultrix Irene ad regni gubernacula peruenit (sub cuius imperio cũ alijs bonis,

tum monasticæ vitæ adeundæ facultas & ianua p
tefacta est, quæ olim ab impio Imperatore clau
fuerat) vir beatus vel inuitus ad monasterij re
men, cui antea magna cum laude præfuerat, iteru
assumptus est, clauũque nauis illius qua multore
salus vehebatur regere coactus. Cum igitur se
ptum ad præfecturam illam exercendam vidiss
neque sine periculo eam fugere posset, tunc ani
magno & excello tanta cum prudentia ac dexte
tate gubernacula suscepit, vt antiqua illa mona
cæ vitæ disciplina ab Apostolis & magno illo Ba
lio constituta, multisque tunc obscuritatibus im
luta, ad pristinum splendorem reuocata videre
O quàm tunc erant pulchra tabernacula tua Iac
quam illustris pietatis species ad alio[illegible] emen
tionem ex vita monachorum moribusque luceb
Ea profectò erat in monasterio illius pietatis fa
es, quæ solo sui aspectu facilè quosuis ad virtuti
morem prouocabat. Neque solùm pietas hæc in
monasterij fines clausa tenebatur, sed per om
imperij regna radios longè lateque spargebat, &
bicunque salutem alicuius periclitari vir sanc
audiebat, illic virtutem suam exerebat, summis
viribus importunum animarum hostem submo
re nitebatur.

Præficitur iterũ monasterio.

Pietas insignis in monasterio.

Constãtini Irenes filij impietas.

Cùm Constantinus Irenes filius nuper ad imp
rij gubernacula prouectus, imperij potestate ad
gitiorum omnium licentiam abuteretur, & part
maternę reuerentiæ & custodię freno abiecto, p
tim diuinis legibus conculcatis, legitima vxore
pudiata, Herodis exemplo mœcharetur, & om
ferè iniquo illi facto assentirentur: solus hic di
nus Plato cum discipulis suis à veritate contra a
quitatem constans permansit, neque vllis minis v
blan

blanditijs in consensum tanti sceleris pertrahi passus est. Nuncia nuncijs, minæ minis addebantur: flagella, exilia, membrorũ mutilationes proponebantur, sed omnia inuicto animo vir sanctus repellebat, nullaque certamina quamuis durissima pro veritatis defensione recusabat. Hinc Cæsar iracundia cõmotus graui illum exilio, discipulis aliò atque aliò dispersis fugatisque, multauit, regioque edicto prohibuit, nè quis eorum, qui Dei causa persecutionem patiebantur, alicubi reciperentur.

Plato cum suis discipulis pro veritatis defensione exilio multatur.

O fortem illius viri mentem & animum, qui nõ imperium formidauit, non minis cessit, non illecebris fractus est, cũ præsertim cognata illi esset fœmina quæ Herodiadis mentem habebat: quinimò intrepida oratione vsus, ac nihil veritus, id, quod verum erat, confessus fuit. Cęsar vt animi eius constantiam frangeret, non quidem securi eum percussit, sed in cellula quadam, vt maleficum hominem, conclusit, cibũque per angustum foramen dari iussit. Hæc vna cum Cæsare agebãt monachorum præfecti quidam; quodque miserabile est, carcer erat monasterium Imperatoris palatio adhærens; custodiæ verò princeps erat is, qui adulteros coronauerat. Denique tam consanguinei, quàm alieni, viro sancto illudebant, & generosum hominem adulteriorum comprobatores stultitiæ & insaniæ insimulabant, ac falsæ gloriæ studiosum eum iactabant, qui pro Christi gloria certamen subierat. Sed ille ærumnas illas ità ferebat, vt insigni beneficio ab ijs se affectum putaret. Nulla enim aduersitas, nulla tempestas eius religionem & charitatem superare potest, cuius studium sincera mente ad Dei gloriam refertur.

Multa inuicto animo patitur.

Breue tempus intercessit & adulterinum illud

imperium de medio ſublatum fuit. Tunc fideliſſimus ille diuinarum legum cuſtos, confeſſionis brauio recepto, à carcere ipſo, tanquam victor exijt, multisque laudibus & carminibus celebratus, fœlix dicebatur, eorum teſtimonijs comprobatus, qui anteà ipſi obtrectabāt atque illudebant. Cùm enim regina Irene ad intermiſſum imperium redijſſet, & virum hunc ſumma reuerentia, tāquàm martyrem proſequeretur, tunc multi inſtar retro fluentis fluuij ad Platonem conuerſi, magnis laudibus eius aduerſus impietatem conſtantiam celebrabant, adeò vt ipſe cuſtos carceris in terra proſtratus, ſupplex ab eo veniam poſtularet. Sed ille qui nulla ſe iniuria affectum putabat non modò ignouit, verum etiam omnibus ſe ſubijciebat atque in ſui ipſius contemptu mirificè gloriebatur.

S. Plato cum magna gloria liberatur è carcere.

Cùm diſcipulos ſuos ab exilio reuocatos, collegiſſet & collapſa pietatis fundamenta reſtauraſſet, omni ſe præfectura abdicauit, & in loco anguſtiſſimo concluſit vt per aſſiduam diuinarū rerum contemplationem arctiori amoris vinculo ſe Deo coniungeret. Ibi ardenti orationis ſtudio & indefeſſo manuum labore aduerſus hoſtem diabolū ita pugnauit, vt tamē fratrum curam minimè negligeret. Nam alios triſtes conſolabatur, alios animo deficientes recreabat, lapſos multos erigebat, & illorum, qui acerbitate aliqua affecti erant, mœrorem leniebat. Quanta verò rigiditate erga ſe vſus fuerit vir illa oratio explicare poteſt. Ferrea quadam catena valdè graui pedes conſtrinxerat, qua oneratus nocturnum pariter ac diurnum laborem ſuſtinebat, & infatigabilem ſe in carnis caſtigatione præbebat, impietatisque ſtudium ex omnium animis euellere conabatur.

Abdicat ſe præfectura monaſterij.

Rigor vitæ eius.

Noctu

Nocte quadam è cellula sua egressus quendam Cæsaris propinquũ adijt, & multa admodùm, communis vtilitatis causa, eius auribus quamuis ingrata inculcauit, vt pace & otio constituto Rempublicam bonis omnibus efflorentem redderet. Sed illo vix ad cellulam reuerso, tanto alter furore exarsit, vt missis continuò satellitibus virum sanctũ & nos vnà cum illo comprehenderit atque munito in carcere quatuor & viginti dies detinuerit. Heu quanta fuit tunc temporis illius calamitas. Nouis iniurijs vir sanctus vel potius veritas ipsa afficiebatur. Fratrum societas furiosè oppugnabatur. Et alij quidem in carcere seruabantur, alij ad iudicia, tanquàm rei trahebantur: ipse verò vnus omnium sanctissimus ad synodum tanquàm maleficus quispiam ducebatur. Miserabile certè spectaculum erat, videre senem viribus corporis destitutum, sublatum portari catena vinctum, & velut piaculum quoddam ab alijs humeris in alios, indecora traiectione, transmitti. Hei mihi: hæc nè fuit ordinationis synodo cõgruentis ratio? hęc nè imperij Christiani existimatio?

Iterum capitur & mittitur in carcerem pro veritate.

Sed, vt quæ in medio sunt, ea velut ludicra quædam prætermittam, exilium iam decretum fuit, & pater ipse circumscriptus est in vna quadam insula ex his, quæ ante vrbem sunt, quemadmodum & frater noster in alia quadam valdè aspera; munito quodam carcere ad exilium accedẽte. Sed quonam modo Dei seruus abductus est? Distractus, vexatus, à duobus hominibus huc atq; illuc raptatus, vt iniquum illud facinus vel ipsis lapidibus, sensũs expertibus lachrymas mouere potuisset. O immites & doloris sensu carentes illorum animos: qui iustum illum virum omninò desertũ in cella quadam

Relegatur in exilium.

profun-

profundissimi lacus instar concluserũt, hominemq̃ue iam senio confectum & morbo vexatum, sub vnius cuiusdam serui potestate reliquerũt. Si quid imbecillitati suæ consentaneum petebat, peruersus ille fores claudebat. Si necessitati naturæ satisfacere volebat, iniquus ille seruus id ei exprobrabat. Cumq̃ue hæc pateretur stabilis tamẽ aduersus omnes procellas manebat, & datam Christo fidem egregiè sanctèque seruabat.

Tandem verò longo carceris squalore fatigatus cùm in læthalem morbum incidisset, Cæsar in vrbem Bizantium ipsum transtulit, animiq̃ue sui duritiam in virum sanctum nonnihil mitigauit. Itaq; celeberrimus ille ciuitatem ingressus senio pariter & laboribus fractus, lætus ad sepulcrum suum abijt, quod iampridem videre concupiuerat. Quo viso Deo gratias agẽs, vt animum ità & corpus ad iter illud felicissimum composuit. Mortem enim hilari vultu tanquàm laborum suorum finem & veræ lætitiæ initium aspiciebat. Modulabatur sibi funebre hoc canticum, Resurgent mortui, & exurgent qui sunt in monumentis, & lætabuntur qui sunt in terra. Hæc cùm & ipse caneret & alios vt pari sequerentur alacritate, hortaretur, caput ad dexteram inclinauit, tacitoq; ac leni corporis motu sanctam animam Angelis tradidit, qui eam ad iustitiæ solem perduxerunt.

Mortem vt laborum finem & initium gaudij aspicit.

Lætus mortitur.

VITA S. VINCENTII VALENTINI, cognomento Ferrarij, professione Dominicani, sanctitate, doctrina, miraculisq; clarissimi. ex ea quam quatuor libris conscripsit Petrus Rauzanus Panormitanus, Ordinis Prædicat. ad Reued Magistrum eiusdem

eiusdem Ordinis Martialem Auribelli. Obijt anno Domini 1418. annumeratusq; est inter Sanctos à Callisto Tertio Papa.

BEatus Vincentius ex antiqua honestaque Ferrariorum familia Valentiæ clarissima Hispaniæ ciuitate oriũdus, parentes habuit morum elegantia & honestate vitæ admodum conspicuos. Qui præter hunc filium egregiũ familiæ suæ ac patriæ vniuersæ ornamentum, alios duos genuerunt, quorũ vni Petro, alteri verò Bonifacio nomen fuit. Et quidẽ Bonifacius, qui fuit iuris vtriusque Consultus, omnium sui temporis eruditissimus, mortua vxore, hortatu fratris sui Vincentij Carthusiensem Ordinem elegit, eiusque habitum in quodam monasterio, extra vrbem Valentiam, quod Porta cæli vocatur, suscepit: vbi cum tanto tamque insigni religionis studio versatus est, vt quarto ab ingressu anno in generalem fratrum illorũ rectorem electus fuerit.

5. Aprilis.

Patria & familia eius.

Frater eius Bonifacius egregius iurisperitus fit Carthusianus.

Porrò Vincentius qui non sine multis magnisque futuræ sanctitatis indicijs in lucẽ editus erat, cùm ad fontem regenerationis ab amicis & cognatis delatus esset, atque inter illos de nominis impositione longa orta esset disceptatio, Sacerdos tædio affectus & diuina sine dubio prouidentia motus Vincentio illi nomen imposuit: quod admirandis illius operibus mirificè congruere inuẽtum est. Vt primum sextum ætatis annum ingressus fuerat, parentes quibus propter incredibilem animi modestiam & formæ elegantiam valdè charus erat, literis eum imbuendũ tradiderunt, in quibus tantos breui temporis spatio fecit progressus, vt omnes coætaneos suos multis parasangis superaret. Erat enim puer adhuc, ab omni non modo lasciuia, sed lusu etiam puerili

Sacerdos illi nomẽ imponit amicis, de eo multùm disputãtibus.

Sexõnis traditur literis

puerili alienus: & si quandò pueris eum adesse contingeret, post breuem honestumque ludum, indicto silentio locum aliquem eminentiorem conscendebat, eaque quæ ab egregijs diuini verbi preconibus audierat, summa cum dexteritate proferebat, & graphicè admodùm eruditorum Theologorum gestus, dicta ac sententias non sine audientium ingenti admiratione & stupore exprimebat. Anno ætatis suę duodecimo omnibus humanioris literaturę disciplinis imbutus ad Dialecticæ studium gradum fecit, in quo, biennio admodùm exacto, tantum profecit vt inter omnes facilè primas teneret. Hanc autem eruditionem pari pietate adornabat. Singulis hebdomadis bis quarta nimirùm & sexta feria ieiunabat, Missarum solennijs summa cum animi deuotione intererat, diuini verbi prædicatores doctos pariter & indoctos pia quadam curiositate audiebat. Tanta verò lachrymarum gratia à Dño illi cõcessa erat, vt ab ijs desistere valdè molestum esse videretur. Iam verò quãta cura ac studio pauperes fouerit quis explicare queat? Eos enim in domum paternã receptos lætissima fronte reficiebat, & quibuscunque poterat officijs eos sibi demerebatur, prorsus vt toto quatriduo tertiam substantiæ suæ partem illis, summa parentũ voluntate erogauerit.

Vide pueriles eius actᵃ.

Anno ętatis suæ duodecimo fit dialecticus.

Gratia lachrymarũ.

Benignitas eius in pauperes.

His tot tantisque præclaris adolescentis virtutibus accedebat illud maxima admiratione dignum, quòd anno ætatis suæ secundo & vicesimo inter eos qui Valentiæ philosophiam Theologiamque profitebantur, summus omnium habebatur. Erat ei grande & acutum ingeniũ cum tenaci & indelebili memoria coniunctum, ac continua in studijs perseuerantia: quæ omnia cunctis eum ciuibus Valentinis mirificè gratum reddebant.

Cùm

Cùm die quadam pater eius in adulto iam filio tantam rerum peritiam, tantamque morũ elegantiam attentius cõsideraret, animo fluctuare cœpit, cui potissimùm vitæ generi filium destinare vellet. Accersito igitur ad se Vincentio omne animi sui consilium ei exposuit, liberumque fecit vt vel religiosæ vitæ institutum, vel virginem aliquam nobilitate & pari diuitiarum ac formæ gloria præstantem eligeret, vel postremò vt Romæ aut Parisijs virtute & eruditione suum ac familiæ totius nomẽ sempiternum redderet. Hęc cùm pater dilecto filio proposuisset, eique secũdum voluntatem eius optimè consultum vellet, ità respondisse fertur: Scito, pater optime, à diuitijs, corporis voluptatibus & seculi huius honoribus me alienissimum esse. Omnem amorem, curam & omnia denique vitæ meæ consilia in Iesum Christum sine aliqua hæsitatione defixi, ideoque in sacro Dominicanorũ Ordine illi me totum consecrare constitui. Hoc est quod à te, mi pater, à matre, & omnibus qui mihi chari sunt peto, vt hoc postulatum vestra benedictione dignũ faciatis. Hæc Vincentij verba ita patris matrisque animum perculerũt, vt profusis lachrymis in oscula & amplexus filij ruerent, & magno cum gaudio de optimo sanctioris vitæ instituto ei gratularentur. In his alijsque huiuscemodi sermonibus, maxima illius diei parte consumpta, altera luce, pater cum filio ad fratrum Prædicatorum conuentum sese contulerunt, & Priori cæterisque fratribus aduentûs sui causam exposuerunt. Ea res haud vulgaris eis lætitiæ causam attulit. Considerabant enim ex illius scientia & moribus præstantissimis Ordini vniuerso multum splendoris & gloriæ esse accessurum. Post triduum igitur, die Dominica,

Pater deliberat cui vitæ generi filium destinare velit.

Vincẽtij ad patrem oratio.

Pater cum filio Vincentio Dominicanos adit.

quæ

Induit habitum sacrũ.

quæ fuit Nonis Februarij, annos natum decem octo sacro habitu donarunt.

Et quidem post externa illa nouæ militiæ arma suscepta, prima illi cura fuit, vitã sancti Dominici studiosè legere, eãque intimis animæ medullis imprimere, quò inclytum suum ducem viuis exẽplis imitaretur. Atque vt opportuno tempore Euangelij doctrinam longè lateque diffunderet tam pertinaci studio sacrarum literarum lectioni incubuit vt continuò dignus habitus fuerit, qui Philosophiam publica professione alijs traderet. Quod ille mum tanta facundia & eruditione tres continuos annos expleuit vt non mediocrem ex eo laudem consecutus sit. Deindè Prior cæterique fratres vno animo Barcinonam eum mittere decreuerunt, vt diuinum illud ingenium altissimis omnium artium disciplinis imbutum vbertiores in toto terrarũ orbe fructus quandoque proferret. Barcinona autem Hispaniæ antiquam celebremque Cataloniæ ciuitatem mansus, post octo annorum curriculum fuit, pro singulari sua eruditione à Benedicto Romanorum Pontifice, Theologorum ascriptus collegio, vbi inter studiorum illius tempora annos natus 24 opuscula edidit dialecticis suppositionibus admodum insigne. Indè verò à fratribus & amicis Valentiam reuocatus, publicas ad populum conciones habere cœpit tanto cum fructu vt ex vicinis etiã ciuitatibus multi ad eum confluerent, & sub tam insigni literarum ac morum præceptore proficere gauderent.

Legit studiose vitã S. Dominici.

Profitetur Philosophiam.

Edit librum de Dialecticis suppositionibus.

At verò, vt copiosum toti ciuitati fructum attulerit, tamen varias ibi & dæmonum & hominum pertulit insidias. Nocte quadam precibus matutinis cõsueto more absolutis cùm instanter virtutem perseuerantiæ à Domino postularet, visus est ei diabolus

Valentiæ & dæmones & homines sentit infestos.

abolus in f
se vnum e
colis ment
peritus tan
mittendan
poris mace
senectã mi
eam facito
confide. N
delictum p
auditis Vi
motus fuit
ram dæmo
signo inim
eiulatu ac
Erat Va
litate quà
rente diab
ardenter v
habere po
tur. Itaque
portunis v
grauissima
tate finxit
esse putare
lutarem cõ
tium aduo
celeriter ac
qui aderãt,
fectum cri
adhortari.
flammata,
bat, & tota
pitos ampl

abolus in ſpecie ſenis valdè venerabilis adſtare, qui ſe vnum ex antiquis Patribus eremi quondam incolis mentiebatur, & tanquàm multarũ rerum vſu peritus tantam vitæ auſteritatem in florida ætate omittendam cõſulebat. Quid enim, dicebat, hæc corporis maceratio tibi cõferet, cùm in ea ad vltimam ſenectã minimè perſeuerare potes. Quarè miſſam eam facito: & in ſola Chriſti gratia ac benignitate confide. Nec dubites quin facilè ab eo, ſi in aliquod delictum prolapſus fueris, gratiam cõſequeris. His auditis Vincentius primùm vehemẽti timore commotus fuit: ſed vt ſe ab eo nonnihil collegit & meram dæmonis fraudẽ eſſe deprehendit, facto Crucis ſigno inimicum in fugam cõpulit; qui magno cum eiulatu ac tetro fœtore relicto protinùs euanuit.

Dæmon eĩ apparet.

Erat Valentię mulier quædam tàm generis nobilitate quàm corporis forma præſtans, quæ ſuggerente diabolo, capta eſt amore ipſius Vincentij tam ardenter vt nullam aut animi aut corporis quietem habere poſſet, niſi cupitis eius amplexibus frueretur. Itaque poſt varias inſidias tempore & loco opportunis viro ſancto nequicquàm ſtructas, tandem grauiſſimam corporis ægritudinem mira dexteritate finxit prorsùs vt de ipſius ſalute conclamatum eſſe putaretur. Itaque vt cęleſtes iras maturè per ſalutarem cõfeſſionem auerteret, virum Dei Vincentium aduocant, qui pro ſua in proximum charitate celeriter adueniens & cubiculum ingreſſus, cunctis qui aderãt, de more excluſis, cœpit puellam ad perfectum criminum dolorem veramque pœnitẽtiam adhortari. At illa, quæ tota erat libidinis igne inflammata, aures ſalutaribus monitis occluſas habebat, & tota mẽte verſabat, qua via modoque ad cupitos amplexus peruenire poſſet. Tandẽ poſt multa

Fœmina prouocat S. Vincentium ad libidinem.

verba vltrò citroque habita, cùm occultum ig- vnus illoru
diutius celare non posset, omni formidine pudo- iri iussit, vt
que deposito corporis operimẽta abijciens nud- autem, etsi
se viro sancto exposuit, atque ad fœdam corpor difficilem
cõmixtionem eum solicitauit. Sanctus verò C dans, precil
fessor impudentis fœminæ audaciam admirat- enixè pro
scelus abominabile execratus, multa seuerit est. Vt aut
tam nefario opere eam abducere conatus est; s constricta
perpetuam castitatem Christo Iesu à teneris vo terrimo, Et
se, neque posse facinus tam abominandum in æstuatus; q
riam & contemptum summi Dei patrare obc cessit. Atti
tus est. Quibus dictis magna cum celeritate ex admiration
conspectu se subduxit. At illa tali grauiter indi lo celebrio
ta responso, tanquam altera Putipharis vxor, Sed diab
mores contra virum Dei tollere conata est, ius franger
violenter eam opprimere voluisset. Sed sum posse non d
Dei prouidentia, quæ suorum etiam honori co machinatu
improborum conatus consulere solet, nequaq illi fuerint
passa est virum innocẽtem in criminis alicui quandam m
spicionem venire. Eccè enim vt primùm impu io conduc

Obsidetur à diabolo.

voces edere tentauit, inimicus, qui ei nefandu ptato igitu
morem ingesserat, voces præclusit, & miseris v lam ingress
modis corpus eius diuexare cœpit. Multi it consueto or
qui præ foribus cubiculi, præstolabantur ing minam in
cum apertis indicijs mulierem à dæmone obs in specie mu
viderunt, exorcistas aduocant, & varia vndiq Vincenti, m
media exquirunt, vt eam à diaboli captiuitate sum, tui am
bertatem vindicarent, sed frustrà. Dæmon e is ignem cu
diuinorum verborum virtute fatigatus, nisi ill Quarè nihil
uenerit, dicebat, qui per medias æstuãtis ignis tate fruere
mas illæsus pertransijt, certè huic loco non c uæ fama int
Hæc verba quamuis aliquam recuperandæ sal rũ manare
spem ostenderent, nullus tamen idoneus satis otis blandis
borum illorum interpres inueniri poterat. Tan us pulchrit

vnus illorum, qui forte aderant Vincentium accer-
iri iussit, vt obscuritatem verborũ illustraret. Ipse
autem, etsi nouas diaboli insidias pertimesceret, &
difficilem se præberet, tamen Christo se commen-
dans, precibus eorum parauit, ac misericordiã Dei
enixè pro mulieris salute in ipso itinere precatus
est. Vt autem in locum, vbi misera laqueis diaboli
constricta iacebat, ventum est, dæmon vlulatu te-
terrimo, En adest, inquit, qui in medio ignis non est
æstuatus; quo dicto, muliere semiuiua relicta, dis-
cessit. Attulit hoc cunctis, qui aderant, ingentem
admirationem, ac viri sanctitatem multò in popu-
lo celebriorem reddidit.

Ad præsentiam S. Vincentij fugit dæmon.

Sed diabolus, qui fortem castumque animum e-
ius frangere & libidinis contagione maculare se
posse non desperabat, aliam statim viam modumq;
machinatus est. Suggessit enim nonnullis (religiosi
illi fuerint, an seculares incertum) vt mulierem
quandam meretricem eximia forma prędita m; pre-
tio conductam in cellam eius introducerent. Ca-
ptato igitur opportuno tempore impudica cellu-
lam ingressa viro sancto laqueos tetendit. At ille à
consueto orationis officio ad cellam rediens & fœ-
minam in ea conspiciens, ratus est esse dæmonem
in specie mulieris latentem. Illa verò, Noli, inquit,
Vincenti, me diabolum existimare, fœmina enim
sum, tui amore vehemẽter capta, conceptum amo-
ris ignem cupitis amplexibus extinguere desiderãs.
Quarè nihil dubita, & præsenti corporis mei volu-
tate fruere: Soli sumus, manebitq; tibi sanctitatis
uæ fama integra, neq; vnquàm hæc res ad aures ali-
orũ manare poterit. At Vincẽtius nihil neque com-
otis blandisque sermonibus motus, neque eximia e-
us pulchritudine motus: Abi, inquit, pestifera, &

Meretrix in eius cellam adducitur.

Mulier eum ad libidinẽ inuitat.

vndè venisti, protinùs reuertaris, ne te diuina
dicta cōfestim inuadat, & debitas tanti sceleris
nas repentina morte expetat. Illa his verbis pr
nùs ità immutata est, vt detestabile facinus s
agnouerit, & profusa ingenti lachrymarum vi
niam humi prostrata petierit, atq; deinceps ad
liorem se frugem receperit.

Contempta resipiscit.

Per illud tempus, apud Auionem Galliæ nob
simam ciuitatem Benedictus Tertius decimus
mus Romanæ Ecclesiæ Antistes degebat, qui
multa admodū eruditioni & sanctitati tribu
tùm verò eum sibi à confessionibus elegit ac m
strum palatij Apostolici instituit. Ibi verò q
uis inter summos honores ac mundi fastum q
diè versari cogeretur, tamen eandem vitæ sanc
tem mille periculis expositam egregiè tutatu
adeò vt corruptos etiam plurimorū hominum
res & sceleratam vitam cùm doctrina tum e
plo ad optimas viuendi rationes reuocauerit.
borabat eo tempore ecclesia insigni schisma
borabat: Mortuo enim ipso Clemente apud A
onem, vno omnium Cardinalium consensu, q
ipsa vrbe consistebant, ipse Benedictus ad illu
noris fastigium euectus fuerat: sed aliæ duæ
dinalium partes, alios duos Pontifices sibi eleg
prorsùs vt res ecclesiæ in vltimum discrimen
ctæ fuissent, nisi singulari sua prudentia ac p
Vincentius, fessis & inclinatis pœnè rebus o
iuisset. Nullis vir sanctus laboribus parcebat
disruptum vnionis vinculum resarciret: nunc
liæ, nunc Hispaniæ regiones peragrabat, mo
gismundum Imperatorem, modo Carolum
corum, modò Martinū Aragoniæ reges: sępè
Benedictum adibat: effecitque vt omnes ad g

Fit Confessarius Papæ & magister palatij.

Schisma inter Cardinales de eligēdo Pontifice.

le Concilium Constantiæ, præclara Germaniæ vrbe, conuenirent quò agitata tantis fluctibus Christi nauicula ibidem iactis concordiæ anchoris firmaretur. Concilium Constantiense.

Cùm hæc Auinione & Constantię gererentur, & quadam die Vincentius cum animo suo attentius pertractaret, quid sibi in tantis rerum angustijs faciendũ esset, repentè acerrima febri correptus fuit, prorsùs vt de salute eius conclamatum esse putaretur. Duodecimo verò die, quo adeò grauiter laborabat, visus est ei adesse Christus mirabili claritate coruscans, qui & corporis robur vtcũque restituit, & ingenti lætitia perfusum sui visione mirificè recreauit. Comitabantur beati Patres Dominicus & Franciscus cum innumerabili angelorum multitudine. Deindè post multa his eum verbis allocutus est. Constans esto Vincenti, & istum mentis tuæ angorem missum facito. Ego enim optatam ecclesiæ pacem, & tibi sanitatem restituam. Tu igitur, relicta curia, Euangelij prædicationi insta opportunè importunè, ac populis extremum iudicij diem, opinione citius, affuturum denuncia. Nil te improborum hominum minæ & calumnię, nil aduersariorum insidiæ deterreant: quoniam me duce ac protectore cuncta pericula euades, & vberrimum verborum operumque tuorum fructum felici morte consequeris. Hæc dicens genas beati Vincentij leniter in singularis familiaritatis signum tetigit: moxque adiectis multis, quæ ad instruendum militem suum erant necessaria, Christus ipse disparuit. At Vincentius statim reuocatis viribus, è strato surrexit, rectaque ad Benedictum mentem suam expositurus perrexit. Qui animo egrè admodum affectus, nullum non mouit lapidem, quò eum ab ea mente

Christus ei apparet.

Christus mandat ei officiũ prædicationis.

reuocaret. Atque vt eum apud se detineret, m
honorum cõpedibus vincire tentauit. Primùm
lentinẽsem, deindè Ilerdensem episcopatũ obt
Cumque oblatis huiusmodi dignitatibus min
flecteretur, postremò in sacrũ Cardinalium n
rum, summa Patrum omnium volũtate & gra
tione, assciscere voluit. Sed vir sanctus pari a
magnitudine summũ illum honoris gradum
scendere recusauit. Tùm Pontifex visa tam in
animi altitudine liberãci euangelizãdi cum a
ligandi absoluendique facultate, potestatem fe

Recusat Episcopatus duos & Cardinalatum.

Hisce igitur dignitatum vinculis liberatus
centius Auinione primùm, deindè per vrbes &
las diuini verbi semina spargendo in Catalo
reuersus est. Populus autem eum, non aliter q
vnum ex veteribus Apostolis, sequebatur, atq
credibili quadam auiditate verba excipiens, m
eum obsequijs venerabatur. Stupebant cunc
mirandam viri doctrinam, nec deerant tame
calumnias in eum iacerent, tanquàm nouarũ re
studiosum, præcipuè quòd imminẽtem extre
dicij diem annunciaret. Sed illum nõ calumn
minum, non vitæ austeritas, non maris & itine
pericula remorabantur. Ab anno ætatis suæ
dragesimo ad vltimum vsque vitæ terminum
ni verbi prædicationi (quamuis anteà minim
ipsum neglexerit) incredibili alacritate incu
Regiones varias peragrauit. Cataloniam, re
Valentiæ, Aragoniam & Nauarram quæ sunt
teriore Hispania. Ex Hispania verò vlterior
cepta Gallitia & Portugallia, singulas alias re
giones, vrbes & oppida ac villas circuiuit. Ex
lia, Delphinatum, Prouinciam, Sabaudiam, Pe
am, Burgundiam, Nortmanniam, Biturniam

Admiranda eius prædicatio.

Anno ætatis suæ 40 totũ se cõferet ad prædicandum.

uerniam, Flandriam, Albiam, Octauiam, Picardiã, Vasconiam, Britanniam (vbi & feliciter migrauit, cùm doctrina tum virtute mirificè illustrauit. Italiam quoque & vniuersas regiones vrbesque Pedemontij obiuit, atque multas Lombardiæ terras & ciuitates peragrãs, demùm Genuam venit, vbi vno non admodùm mense cõmoratus est. Præterea omnem illam maritimam circũquaque regionem lustrauit. Decreuerat sic paulatim progrediendo ac docẽdo in Tusciam venire, & singulas Italiæ regiones perãbulare, sed in portu Veneris consistens, fuit ab Hispaniæ rege Ioãne, literis peramanter scriptis reuocatus. Itaque in Hispanias rediens post vberrimum animarum fructum ibidem factum in Gallias profectus est. Quo tempore Hẽricus Angliæ Rex fama mirabilium operũ eius permotus, missis nuncijs & literis, eum ad se allexit: vbi seminato Dei verbo minimè pœnitendos fructus fecit. Indè verò in Scotiam & Hyberniam, aliam Oceani maris insulã discessit, atq; tandem in Gallias reuersus est.

Renocatur in Hispaniam.

Hisce verò discursibus egregia sanctitas cũ magna vitę austeritate coniuncta respondebat. Et quidem somni erat parcissimus. Optimam noctis partem (quinque solùm horis quieti datis) in precibus aut sacrarum lectionibus scripturarum trãsigebat. Mane sacro Missæ officio, cum summa spiritûs attentione peracto, verba salutis ad populũ habebat. Indè oblatos sibi infirmos signo crucis sanabat, atq; vt populorũ ad se cõcurrentium deuotioni satisfaceret, manus osculandas præbebat. Cibo vtebatur admodũ parcè, neque vnquã à primo susceptę religionis die, carnium esum, nisi euidẽs eum necessitas compulisset, admisit. Vinum aqua benè dilutum sumebat, idque semel aut bis & rarò ter, nunquã verò

Eius diurna & nocturna exercitia.

post tertiam vicem bibere visus fuit. Illud prete
pro edomãda carne & in memoria Passionis Ch
sti à prima adolescentia obseruauit, quòd sing
noctibus funiculis quibusdam corpus suum mu
cum lachrymis cędebat. & si fortè per ægritudin
id facere nequiuisset, à fidis socijs suis hoc fieri
lebat, eos per Iesum Christũ obtestans, nè quid
bitarent, piam illam in eum crudelitatem exerc

Et quoniam maxima hominum frequentia
de loco ad locum eũtem sequebatur, multos se
sacerdotes religione ac doctrina præstantes h
bat, quorum officium in excipiendis cõfessioni
vel maximè constitutum erat. Eos autem, qui
agenda pœnitentia eum sequebantur, singulis
bus post Solis occasum longo ordine per vrbes
datis tergis incedere volebat, in quæ flagellis
ter sæuientes, lugubri quodã hymno, quem inter
canebant, & se & alios ad veram cordis contri
nem excitabant. Inter quæ tãtus omnium luctu
oriebatur, tanta contritio, tanta religio, vt plur
locorum incolæ talibus flexi exẽplis in lachry
soluti, virum Dei sanctamque eius societatem
multa terrarũ spatia sequerentur: adeò vt freq
ter sacra illa societas supra numerum decem m
um hominum excreuerit. Quin etiam tanta mu
tudo ad sacras eius conciones confluebat, vt no
rò in locis campestribus octoginta hominum
lia visa fuerint. Ijs, qui studio melioris vitæ
hærebant, paterna sanè cura succurrebat: Ele
synas pro vnius cuiusque necessitate distribui
ebat. quod supererat pauperibus erogabat. Obl
pecunias nunquàm admittebat: verabatque
quicquam, præter ea quæ victui quotidiano ne
saria videbantur, accipere. Quoties rem diuin
fa

Nota de publicè pœnitentiam agentibus.

Miri hominum concursus.

Pecunias nõ vult recipere.

faciebat, ante sacrorum mysteriorum communionem, tantam lachrymarum vim fundebat, vt nemo intuentiũ a luctu lachrymisq; se continere poterat.

Porrò in vitiorum reprehensione vt valdè terribilis ità vicissim suauis admodũ extitit, adeò vt qui fructum sermonum eius vel semel gustasset, semper deindè siccis auidisque faucibus ad eum iterum atque iterum percipiendum properaret. Hinc ex fidelium cœtu, qui perditis flagitiosisque moribus in apertam pestem & sempiternum interitum ruebant, supra centum millia ad studium melioris vitæ reduxisse fertur. Nec mirum sanè. Tanta enim dexteritate peccati fœditatem detegebat, vt multi frequenter fulmine verborum eius exterriti, humi se prosternerent, & fœda animarum suarum vulnera, omni pudore post posito, aperirẽt, eaque cum lachrymis sananda præberent. Cùm verò de futuro iudicio, aut Christi Passione, vel horrendis inferorum supplicijs dissereret, tantus statim fletus audiebatur, vt ipse nequaquã in instituto sermone progredi posset. Iam verò quãto ingenij acumine, contra Iudæorum perfidiam argumẽta vibrauerit, quis pro dignitate explicare poterit. Certè hoc constat, quòd in diuersis vtriusque Hispaniæ vrbibus, supra viginti quinque millia ad Christi sacra perduxerit, eorumque templa in Christi ecclesias conuerterit. Nec multò pauciori numero Saraceni, quorum in Hispania ingens est numerus, ignitis eius eloquijs incitati, sacrilegam Mahometis sectam detestãtes, sacrum baptisma perceperũt. Multa præterea odia inueterata, multas inimicitias capitales sopiuit, & dissidentes indissolubili amoris vinculo cõiunxit. Testis huius rei vnum sit ex multis. Erat inter duas Valentinorũ familias Solenorum videlicet & Centella-

Nota fructũ mirabilem concionum eius.

Supra 250. Iudæorum ad Christũ conuertit.

Hostili odio diffidentes cõciliat.

tellarum tanta discordia & ardẽs inuidiæ flamm
vt variæ cædes fuerint vtrinq; perpetratæ, quæ cu
nulla arte vel industria extingui posset vnus Vi
centius eam cõpressit, animosque hostili odio d
fidentes mutua concordia sociauit. Meretrices,
nones, homicidas, piratas, vsurarios, blasphem
& huiusmodi generis homines in sceleribus pe
tos, millia plùs minùs quadraginta ad flagitiorum
agnitionem, & ad eos pœnitentiæ fructus, quos
prà expressimus, reduxit. Neque mirum hæc c
quam videri debent, præsertim cùm in eo sum
quædam eloquẽtia cum insigni vitæ sanctitate c
tasse videatur; Incredibilis sententiarum grauit
splendor nitorque sermonis animos auditorum
spensis tenebat, signa verò & clarissima mirac
dicta confirmabant. Nec deerat donum linguar
veteribus olim Apostolis concessum. Accedebat
hæc omnia, vox fic à natura formata, vt eam pr
bitu facilè expromeret, & remotissimas æqu
propinquas aures percelleret. Tanta autem in
omnibus cupiditas eum audiendi, vt ijs horis,
bus ad populum verba faciebat, tota ciuitas fo
retur. Opifices ab operibus cessabant. Docto
qui publica liberalium artium studia profite
tur, à lectionibus vacabant. Quid multis? D
pariter & indocti ad conciones eius confluebat
nec sine maximo fructu recedebant. Erat illis
poribus tanta omnium contritio, tanta religio
ta in vestitu honestas, & in victu parcitas, vt
cti tempora priscorum Apostolorum redijsse
marent.

Ingentẽ numerum perditorum hominũ conuertit.

Donum linguarum habuit Vincentius.

Machoma Rex Saracenorum eum ad se accersit.

Machoma rex Granatæ quamuis infidelis
audita fama virtutum eius, missis legatis eum
allexit, data fide, quòd liberè in suo regno O

ſtum prædicare poſſet, non obſtante impia Mahometis lege, quæ ſummum nefas eſſe ſtatuit Chriſti legem ad aures admittere. Et quidem Vincentius ſalutis illius gentis auidus, confeſtim eò aduolauit, & cum incredibili tum regis tum aliorum Saracenorum attentione Chriſtum illis prædicauit. Iamque magnam populi multitudinē Chriſto genuerat, cùm ſatrapæ quidam felicibus adeò ſucceſſibus commoti, ipſi regi regni amiſſionem comminati ſunt, niſi maturè inſignem Chriſti preconem è finibus ſuis eijceret. Ea re compulſus Vincentius ad Chriſti oues reuerſus eſt. Magna erat illius apud omnes Chriſtianos principes, & purpuratos Patres auctoritas, adeò vt in rebus dubijs vnum illum tanquam diuinum oraculum conſulerent. Martinus & Ferdinandus Aragoniæ & Iohānes Hiſpaniæ Reges obuiam illi procedere conſueuerunt, quories illius ad vrbem aduentus nunciabatur. In vrbibus verò tantus ad eum populi concurſus fiebat, vt obiectis ligneis cancellis eum ab importuno concurrentium acceſſu ſecludere deberent.

Summa illius apud Reges & Cardinales auctoritas.

Martinus Quintus Romanorum Pontifex, qui in Conſtantienſi Concilio, vno ſummoque Patrū omnium conſenſu (amotis tribus alijs quorum cauſa Eccleſia graui ſchiſmate laborabat) illo ſummæ dignitatis titulo decoratus fuit, ilicò per Antonium Montanum Theologorū omnium eo tempore facilè principem cōceſſam iam ante illi à Benedicto ligandi docendiq; poteſtatem cōfirmauit, eumque vt tanquā fidelis ſeruus & Chriſti Apoſtolus viriliter ſuo munere, vt cœperat, fungeretur, hortatus eſt. Erat eo tempore in Galliæ regione, quam Delphinatum vocant, gens quædam ferè barbara, & omni ſcelere contaminata, prorsus vt ab obſcœnis eius faci-

Antonius Montanus ſummus Theologus.

Vallis Putæ habitatores barbari & valdè flagitiosi.

facinoribus locus iste Gallorum lingua Vallis Pu
dicebatur, quod Latino sermone Vallis fœta exp
catur. Ad huius gentis ferociam domandam mu
iam ante à Romanis Pontificibus viri pietate pa
ter ac eruditione præstãtes missi fuerant, sed omn
vel malè ab indomita gente mulctati re infecta
dierant, vel ferro trucidati occubuerant. Hęc ant
ens fortissimus Christi miles, cęlestibus armis eq
giè tectus, eò proficiscitur, pone religiosa illa
terua sequente: vt videlicet eorum exemplo
illa faciliùs ad contritionem prouocaretur. N
frustrà. Nam vt primùm eius in terram aduen
innotuit, certatim magna auiditate ad eum con
ere ac paucis pòst diebus, omni ferocitate pos
colla suauissimo Christi iugo subdere non recu
uit, tantisque posteà virtutibus alijs prælucere c
pit, quantis anteà sceleribus fœdata bonis etiam
pijs tenebras effuderat: ea propter vir sanctus c
stituit vt Vallis Pu
vocaretur.

Vincentius gentem ferã & indomitã ad sanitatẽ reducit.

Cùm aliquãdò apud Valentiam Hispanię vrb
ad populum verba fecisset, atque à concione mu
ad eum confluentibus benè precaretur, adfuit i
alios Alphonsus quidam vir cùm alijs virtutib
tum iuris vtriusque sciẽtia admodùm clarus. E
Vincentius intuitus: Gratulor inquit tibi, opti
fili, quòd & patriæ & familiæ tuæ magno fis or
mento futurus. Summam enim inter mortales
gnitatem obtinebis, meque vita functum mag
honore afficies, & præcipua veneratione prose
ris. Tantùm vide vt in virtutum studio perseue
Alphonsus auditis his viri sanctissimi verbis, f
nuè virtutibus accumulandis incubuit: ac pa
pòst annis Valentinus Episcopus, inde Cardina
pos

S. Vincẽtius claret prophetiæ spiritu.

postremò iam grandæuus præter omnem mortalium expectationem Pontifex Romanus creatur, dictus Calixtus 3. Tum verò non immemor, quæ ante annos quinquaginta ipsi prędixisset Vincentius, tertio Pontificatûs sui mense eum Sanctorum catalogo asscripsit.

Cùm Barcinone die quodam Dominico conciònem haberet, & maxima annonæ caritas cum extrema fame ijs in locis esset, vir sanctus diuinitùs permotus subitò populum ad gratiarum actiones Domino persoluendas hortatus est; Nam, inquit, ante Solis occubitum duæ magnæ naues tritico onustæ, in portũ vrbis vestræ appellentur. Ijs verbis quamuis multi è populo insperata lætitia exultarent, viri tamen grauiores, quibus Vincẽtij virtus necdum satis perspecta erat, nõ modò nihil verbis illius tribuebant, sed nõ minimam etiam ex ijs offensionem hauriebant. Quin & Prior & fratres temeritatis eum ac dementiæ arguebant, quòd futilibus eiusmodi sermonibus (vt ipsi dicebant) miserã plebem ad inanem lætitiam prouocasset. At ille cùm placidè responderet, ac in sentẽtia permaneret vera eum dixisse euentus docuit, nauibus ante Solis occasum ad vrbem feliciter appulsis.

Multa insuper clarus prophetię spiritu alijs multò antè prędixit. Tribus fratribus diuersis temporibus ac locis mortis diem ac horam aperuit, & salũtaribus monitis egregiè eorum saluti cõsuluit. Matris quoque & sororis suę obitum longissimo ab ijs interuallo remotus cognouit. Longum nimis foret singula referre: ad miracula veniamus, quę ex multis pauca, maximam cunctis sint admirationem allatura.

In villa, quam Morellam vocant, non multùm distan-

distante à Valentia, vir fuit & genere & virtuti nobilis: cuius vxor multis quidem virtutibus ornata & eximia corporis pulchritudine prædita rat, sed per interualla quasi furore correpta, inge profectò & sibi & suis adferebat periculum, cùm lioqui sibi reddita singulari prudentia & mansu tudine polleret. Huius ad ædes, inuitante man cùm beatus venisset Vincentius, sacra manuum arum impositione eam quàmdiu illic moratus ab omni furoris molestia ità soluit, vt planè li rata putaretur. Die autem quodam, marito cum milia ad Vincentij concionem abeunte, illa cum miliari quadam fœmina remansit, vt redeunti vnà cum Vincentio maritum exquisito edulio ex peret. Intereà alijs absentibus rursus amētia co pitur, & eccè infantem ipsa suum in frustra sec partem ad ignem coquit, partem in cœna refer Maritus autem à concione lætus domum redi ab occurrente perquirit vxore, num in hospitis uentum prandium parasset. Illa respondet par esse omnia. Rursus marito scisciṫāte an pisces co modè cocti essent, imò ait, & cum piscibus egre as etiam carnes coxi. Inter hæc animaduertit ma tus illam solito more furijs agitatam, propri mactasse filium. Tum verò horribilis clamor & ctus exortus omnium aures animosque percula que ad Vincentium etiam peruenit. Ille audito mani facinore protinùs accurrit, extentaque ma clamores & eiulatus compescit, ac dissecta infa membra afferri præcipit. Quibus allatis genua ctit, paucis obsecrat Deum. indè crucis signum cadauer exprimens: Iesus, inquit, Mariæ fili mundi salus & Dominus qui huius infantis ani ex nihilo fecit, eam in hoc corpus restituat ad le dem

Immane factum.

Restituit vitæ infantem in frusta dissectum.

dem & gl
cunctis in
que infan
vitam reu
Valent
ipso ortu
missa pau
lia, inquit
lo & loq
dem, inq
quelæ of
pernicien
tuisses, i
& animæ
& mente
Faciam qu
ac septim
commuta
Quoda
duo homi
pœnè acic
virtutis ad
dæmoniac
poribus cu
Fuit ali
sa dæmoni
cta, quæ h
terrorem i
verbo imp
pescuisset,
quando &
re cœpisse
trem puell
vt per sum

dem & gloriam nominis ſui. Hæc vbi dixit, infans, cunctis inſpectãtibus, protinùs reuixit. Alius quoque infans mortuus illi oblatus precibus illius ad vitam reuocatus eſt.

Valentiæ ſub ſacra concione mulier quædam ab ipſo ortu muta ad illum adducta fuit. Ille intermiſſa paululùm concione ſuſpiciens in cælum, Filia, inquit, quid vis? Reſpondit illa, Panem volo & loquendi facultatem. Tum ille, Panis quidem, inquit, inopia nunquam laborabis, ſed loquelæ officium noli in ſempiternam animæ tuæ perniciem expetere. Nam ſi hactenus loqui potuiſſes, iam dudum tuo ipſius vitio & corporis & animæ mortem incurriſſes. Abi igitur domum & mente Deum laudare ne ceſſes. Reſpondit illa: Faciam quod hortaris, pater: ſtatimque obmutuit, ac ſeptimo deindè anno vitam cum fœlici morte commutauit.

Quodam in hoſpitio quindecim panibus ſupra duo hominum millia vir ſanctus refecit, & vinum pœnè acidum in optimum mutauit; quod genus virtutis admodùm illi familiare fuit. Fertur etiam dæmoniacos ſupra ſexaginta diuerſis locis & temporibus curaſſe.

Fuit aliquandò puella quædam ſæuiſſimo obſeſſa dæmonio, ab octo viris ad beatum virum adducta, quæ horrendis clamoribus & ſæuitia cunctis terrorem incutiebat. Vincentius autem cùm ſolo verbo impotentem dæmonis vim in puella compeſcuiſſet, præcepit illi in Chriſti nomine, vt quando & quam ob cauſam puellam ita exagitare cœpiſſet, ediceret. Tum ille faſſus eſt ſe matrem puellæ ante ſeptennium incitare conatum, vt per ſummum ſcelus marito mortem inferret.

Illam

Illam verò cùm insolitos in ædibus suis strep
dæmonum nequitia excitatos audisset, euigil
seque Crucis signo, Christi & beatæ Mariæ Virg
nomina appellans, munijsse. Tum verò se contr
lam præualere non potuisse, sed puellam Cruc
gnum negligentem inuasisse. His auditis Vin
tius, iussit illum puella illęsa migrare: qui hor
li cum eiulatu ac fœtore teterrimo puella fere
nimi relicta, exijt, quam Vincentius domum r
ctam cibo potuque refici iussit: ac peccatis pe
lutarem cõfessionem elatis hortatus est eam vt
lioris vitæ studio alias dæmonis insidias vigil
ac prudenter declinaret.

Puellã cruce se non signãtem occupat dæmon.

Murciæ in Hispanijs ipsa Dominica Palm
Vincentio verba ad populum faciente, tres equ
domiti impetu in templum facto, ipsam cõcio
in effusam fugam cõpulerunt, cùm vir sanctus
ctos hortatur vt constanti animo gradum sist
& Crucis signo inanem illum terrorem repell
Cumque multi eius hortatu gradum sisterent
sanctus præcepit dęmonibus, qui sub equorum
cie oculos hominum deludebãt, vt protinus
ñe læso, vrbe excederent. Illis autem abeunt
Eccè, inquit, Vincentius dęmones illi sub hor
quorum specie latentes impotẽti dominatu v
hanc occuparunt, nunc verò eliminatijs multo
vitijs nouoque virtutum vestrarum splendo
gati, conati sunt quibusdam perniciem adferr
Christo propitio illorum conatus irriti fuere
tamen sine maleficio abierunt. Est enim inte
fœmina quædam, cuius filia eorum fraude in
ñefariam incidit. His dictis sermonem prose
est. Porrò mulier, auditis eius verbis, domũ
tulit, filiamque obscenis cum quodam adole

Dæmones in forma equorum apparent.

Stuprũ puellæ palam edicit Deo reuelante.

ctibus occupatam inuenit. Id genus flagitij non
emel vir sanctus per spiritum cognouit.

Haud procul Valentia pagus est S. Matthæi. In
o paucis diebus commorante Vincentio, dæmon
ccessit sub habitu & forma admodum venerabilis
eremitæ, vltroque se obtulit ad affectandũ beatum
Vincentium cum alijs. Eum verò tota illa religiosa
aterua humanissimè recepit; cumque mira versu-
ia iam omnium sibi beneuolentiã conciliasset, sen-
im sparsit virulentos quosdam sermones, qui non
nodo sancti viri doctrinã, sed etiam Catholicam
loctrinam læderent. Itaque catenis vinctus in te-
rum carcerem conijcitur, vltimo tanquàm hæreti-
us, ni caneret palinodiam, afficiendus supplicio.
equenti die mittuntur qui explorent, num muta-
it sententiam & nemo inuenitur. Referuntur hæc
d S. Vincentium, qui subridens ait: Nihil vos ist-
ec res habeat solicitos: non enim homo sed Satan
uit, qui fructum, quem multi vestrum ex mea do-
trina perceperunt, corrumpere voluit.

Diabolus se simulat eremitam.

In quodam Cataloniæ pago ipsis ferijs Apostolo-
orũ Petri & Pauli, tam immanis & horrida subitò
empestas orta est, vt omnes se internecione delen-
os existimarent. At vir sanctus peracto Missæ sa-
rificio, aqua benedicta ilicò tempestatem dissipa-
it, & miram aeris serenitatem à Deo impetrauit.
eindè prædixit similem intra annũ tempestatem
xcitandam, & nisi Apostolorum principes pro eo-
im apud cõmunem Dominum peccatis intercess-
ssent, ne germen quidem vnum in agris relictum
isset. Vndecim ab hac prædictione effluxerant
enses cùm horrida tempestas subitò adfuit. Fer-
ir autem sæpissimè ortas tempestates Crucis signo
ompescuisse.

Tempestatẽ arcet aqua sacrata.

In Galliæ oppido Carcasona & alijs circum-
que locis mensibus admodùm sex terræ illie-
ma siccitate laboranti, cùm suis tum populi to-
precibus imbrem adeò copiosum è cælo detr-
vt eundem iterum precibus reprimere necessu-
erit. Alijs insuper stupendis virtutibus ac mir-
lis clarus admodùm fuit, sed nos ea, ne nimia p-
xitate lectorem oneremus, studio prætermittim-
atque ad vltimum eius vitæ actum properamu-

Pluuiam à Deo impetrat.

Igitur post lustratas illas, quas suprà memo-
mus, regiones, eam demùm Gallię partem, qua-
tannia dicitur, ingressus est. Agebat tunc ætat-
num septuagesimum, corpusque eius tum ob-
ctutem, tum ob labores & cibi potusque pa-
niam vitæque seueritatem adeò confectum & e-
nuatum erat, vt absq; adminiculo ægre posse-
bulare. Nec tamen quicquam de labore suo re-
tebat, sed pro salute animarum gnauiter sudi-
Nulli hominũ ordini, nulli ætati vel sexui fru-
doctrinæ & sanctitatis suæ negabat. Neque e-
dumtaxat ætate prouectus, & sublimium rerum-
que disciplinarum capaces erudiebat, sed p-
etiam certis ad se horis euocatos instruebat, co-
eos quemadmodum se cruce signarent, oratio-
Dominicam & angelicam salutationem atq-
dei symbolum enunciarẽt, Deum colerent, p-
ribus & proximis quibusque honorem habere-
debita officia persoluerent. In dandis consili-
diuites pauperibus, nec ignobilibus nobiles-
ponebat, sed erat omnibus charus, omnibus v-
pius, benignus, amabilis, denique & venerabil-
mnibus. Maximè verò orphanorum, pupillo-
ac viduarum se prębuit defensorem, cõsultore-
moderatorẽ, nec solum animos eorũ verbo sa-

Pueros vt institueret.

s doctrinæ instruxit, sed etiã sanctis precibus suis morbos & ęgritudines ab eorũ corporibus depulit. Vxor Iohãnis Britãniæ Ducis Caroli Francorum regis filia, multis annis infœcunda eius precibus & benedictione, amoto sterilitatis malo, multos peperit filios, atque in ijs Petrum eximijs virtutibus illustrẽ, qui posteà clarissimus Dux Britanniæ multum operæ & laboris impendit, vt viri sanctissimi nomen in Diuorum albo describeretur. In Nannensi oppido hominem quẽdam 18 annos lepra miserè vexatũ crucis signo ab ea calamitate liberauit.

Fœcunditatem impetrat coniugi Ducis Britanniæ.

Duobus verò annis in Britãnia minori expletis, cùm iam deuecta penitus ætate, ad felicissimum illud æternitatis iter tendere videretur, admonitus à patribus vt in Hispanias reuerteretur, quò patrium solum, eius potius quàm peregrinum reliquijs potiretur, eorum consilijs non acquieuit: imò cùm importunis eorum precibus permotus iter ingressus esset, diuina virtute Venetias redire compulsus est. Ibi tùm morbo correptus fratribus suis obitûs sui diem indicauit, moxq; minutissimis etiam peccatis per confessionem sacramẽtalem expiatis, intima quadam hilaritate perfusus, animam suo creatori tradidit. Corpus eius fuit à clarissima Britanniæ Ducis coniuge de more ablutum, & in summa arce vrbis Venetiæ conditum. Sicut autem in vita sua etiam post obitum multis admodum miraculis clarus extitit, quæ nos hic attexere nimia prolixitate deterriti non audemus.

Fœliciter migrat in cælum.

VITA S. GVLIELMI ABBATIS ROSchildensis in Dania, ex ea quæ est per eius discipulum conscripta. Obijt anno Domini millesimo ducentesimo secundo, ætatis suæ nonagesimo octauo.

6. Aprilis.

BEatus Gulielmus ex nobili ortus pro[illegible]tus & optimæ indolis puer venerabili viro [illegible]lielmu Abbati S.Germani de Pratis apud Lu[illegible]m nego Parisiorum à parentibus rectè ac piè tradi[illegible]cò se sp instituendus, felici ingenio breui eos in am[illegible]loratus beralibus fecit progressus vt inter egregio[illegible]iorem nioris literaturę magistros celebris haberetur con[illegible] studiorũ successu Abbas mirificè exhilaratu[illegible]nga tra doquidem illi sanguine iunctus erat, nulli[illegible]gò, inq ornandi locum prętermisit, atque ad eccle[illegible]uersi si dignitatem in beatissimorum Petri & Pa[illegible] Porrò Genouefæ ecclesia euexit. Factus itaque [illegible]ct vt eor cus, non solùm munere suo prudenter fung[illegible], vt po sed seuerioris etiam disciplinæ studio alio[illegible] moliti iorem pietatem inuitare cœpit. Ea res cùm [illegible]deren uatos quorundam mores notaret, ingenti[illegible] & pat diæ flammam excitauit, prorsus vt quidan[illegible] perauit ratę salutis homines fraudes in animo ver[illegible]noribu quacunque tandem possent, via eum à suo[illegible] dignus excluderent. Accidi

Dat operã literis.

Fit Canonicus.

Patet inuidię quorundam.

In eam curam & cogitationem cùm om[illegible] conferr tatim incumberent: tum verò vnus, qui be[illegible]m hono arctiori amicitiæ vinculo coniunctus vi[illegible] Genoue subdola fraude instructus accessit, & per [illegible]ductus pietatis speciem sese insinuans, cœpit C[illegible]ter Pon vitam detestari, propositum petendi mo[illegible]o quæda indicare, ac tandem petere vt sese tam sa[illegible] alios i positi socium præbere velit. Gulielmus, [illegible]lebat, i sanctioris vitæ desiderio flagrabat, auidè[illegible]n affect nem arripuit, seseque nihil prius in vo[illegible]itate pe respondit quàm vno & indissolubili amo[illegible] solentia lo Deo coniungi. Interim multa & crebr[illegible]sq; omn de contemptu mundi miscentes colloqui[illegible]it. Sed r nasteriũ pariter se contulerunt. Ibi tum h[illegible]os eoru

Fraudulẽta cuiusdã machinatio.

tus & totus ex fraude ac mendacio compositus, Gulielmum ad constātiam hortatur, sibi enim quæ-m negocia restare expedienda, quibus peractis, cò se spondet rediturum. At Gulielmus fraudem loratus ait, meritò illum, qui esset ætate maior, iorem etiam debere in suscepto proposito decla-re constantiam. Ille autem frustrà seniti videns nga trahens ab imo pectore suspiria. Differamus gò, inquit, in aliud tempus, sicq; pariter domum uersi sunt.

Porrò his insidijs inimicorum elusis tantùm ab-vt eorum in virum sanctum inuidentia quieue-, vt potiùs nouas semper insidias ac fraudes vari-moliti fuerint, quibus eum à suo consortio ex-uderent, sed Gulielmus diuino protectus adiuto-& patientiæ clypeo munitus facilè aduersarios perauit, atque etiam propter eximiam virtutem noribus auctus, Præposituræ cuiusdam functio-dignus habitus est.

Fit Præpositus.

Accidit deindè vt Eugenius Pontifex in Gallias conferret: cumque Lutetias venisset, & multo m honore à Ludouico rege exceptus ad ecclesiam Genouefæ, vt sacra ibidem perageret mysteria, ductus fuisset, orta est (incertum qua de causa) ter Pontificis & Canonicorum ministros conten-quædam, adeò vt ad manus res deueniret, & in-alios ipse Ludouicus rex, dùm illos compescere lebat, indignis modis tractatus & verberibus eti-affectus sit. Vndè non immeritò tanta rei indi-itate permotus Pōtifex improborum hominum solentiam acriter castigandam suscepit, canoni-sq; omnibus beneficijs ecclesiasticis priuare vo-it. Sed ne ea res grauiores motus excitaret & ani-os eorum (erant enim omnes vel egregiè nobiles

Eugenius II Romanorū Pontifex venit Lutetiā.

Ludouicus Rex à ministris verberatur.

vel eruditione singulari admodum præstan
improbum aliquod facinus tentandum im
præsentes quidem bonis illis ad vitã frui pe
sed Canonicorum S. Augustini institutũ, quo
præcipua quadam sanctitatis opinione flore
eam ecclesiam introduxit, voluitque vt Prio
congregationis, quem Odonem appellaban
maximarum virtutum splendore illustris, d
titulo decoratus S. Genouefæ præsideret, ad
ei Canonicis duodecim, probis & bonæ exi
onis viris.

Abbas constituitur in ecclesia S. Genouefæ.

His ita constitutis Abbas Odo Gulielmu
accersit, comiterque acceptum post alios a
vltro citroq; sermones habitos, cœpit eum a
di contemptum adhortari, proponere miu
pturis diuinis, quæ possent acres illi stimu
monere. Neque surdo sanè cecinit cantilenã
Gulielmus enim qui iam à teneris Christi
flagrabat, cùm multa de mundi vanitate, de
amicitia huius seculi, Odonem disserente
inter ipsa verba tanta ab oculis lachryma
repentè decidit, vt cùm responsum dare vel
crebris singultibus interclusa non poterat. I
rò ad pedes eius collapsus, se suaque om
Deo, tum illi commendans Gulielmus, p
honoribus nuncium remisit, nudusque de
huius naufragio ad tutissimum religionis
euasit: acceptoque deindè regulari habitu,
quibus anteà fulgebat, sericis vestibus, pau
ri pauperibus lætus seruiuit.

Abbas Odo S. Gulielmũ ad mundi cõtemptum hortatur.

S. Gulielmus fit Canonicus regularis.

Anno à nato Saluatore 1161 cùm regnum
obtineret VValdemarus, Canuti regis & m
filius, vir multis sapientiæ & fortitudinis
insignis; Absalon omnibus virtutibus min

rnatus Roschildensi præsidebat ecclesiæ; in cuius ioecesi Canonicorum erat cœnobium, in insula, uam Eschyl vocāt, loci quidem amœnitate iucun- um, sed propter pietatis studium penitùs in eo ex- inctum triste sanè & horridum. Cùm autem anti- tes Absalon vnicum esset ijs in locis Christianę re- igionis ornamentum, totis viribus eam in rem in- ubuit, vt fluxos fratrum illorum mores antiqua isciplinæ seueritate restringeret: & pristinum pi- atis splendorem restitueret. Hinc cùm ei inter va- a consilia quæ nocte dieque mente pertractabat, Vilhelmi (qui cum Parisijs literis operā dederat) mentem veniret; misit continuò in Gallias Saxo- em Præpositum Roschildēsem, virum honestum, ui ab S. Genouefæ collegio petat D. Gulielmum m alijs tribus fratribus in Daniam mitti. Abbas dita petitione æqua & bona, vt collapsis rebus bueniret, benignè annuit: ac Gulielmum ad præ- tum locū cum alijs tribus destinauit. Fuit à VVal- maro rege & antistite Absalone cum non medio- gaudio & honore exceptus, & in Abbatis sede llocatus: sed tot tantisq; procellis agitatus, vt alij es, qui socij itineris fuerāt, rerum asperitate victi Gallias remeauerint: quos & ipse sæpiùs sequi luit, sequutusq; fuisset, ni cęlestia gratia cōfirma- s aduersos casus & maleuolorum insulēs inuicto imo perferre didicisset. Tot enim tantasque tar- eus hostis cùm per se, tum per satellites suos, ma inationes aduersus Christi seruum exhibebat, vt am constātissimum quemque facilè deijcere po- issent. Sed vir sanctus solo pietatis & innocentię peo munitus, assiduis bonorum operum labori- s, ità maligno occurrebat, vt semper victoriā re- rtaret, hostemque in effusam fugam cōpelleret.

Absalon Episcopus in Dania insignis.

Is est Saxo Grāmaticus insignis Danorū historiographus.

S. Gulielm. mittitur in Daniam.

Fit Abbas.

Virtutes S. Gulielmi.

Erat enim sanctæ religionis cultor indefe
Ordinis sui, sacræque institutionis conseruator
mirabilis, vitiorum rigidus profligator, virtu
mator egregius, honestatis & sanctimoniæ te
diligẽs inuestigator & doctor. Consolabatur e
pauperes & peregrinos benignissimè curabat,
nijs & precibus, multisque gemitibus, pro alio
salute Christi clementiam implorabat; morbo
tiam & languores corporum mira virtute fug
omnibusque ad se venientibus, certissimum, in
uis calamitate auxilium ostendebat.

Et quidem postquàm annos quadraginta
tempestates innumerabiles insigni constantia
summa opinione sanctitatis coniuncta, inge
lud dignitatis onus administrasset, anno C
1202 ætatis verò suæ nonagesimo octauo fel
vitam hanc cum sempiterna beatitudine co
tauit, atque copiosum laborum suorum à Do
fructum recepit, sicuti præclaris visionibus m
stè quibusdam innotuit. Fuit autem post o
multis admodùm clarus miraculis, adeò vt
ex parte ingens hominum concursus ad sacra
quias fieret, quò admirabilẽ Dei bonitatem
ctorum suorum gloria contemplarentur. De
aci purgabantur, paralytici reddebãtur inco
cæci videbant, claudi gradiebantur, audieba
di, muti loquebantur; contracti, genibusque
reptantes erigebantur, mortui & penè exan
ipso mortis aditu ad lucem reuocabantur. I
hic sanè multa valde admiranda cõmemora
vel audiuimus vel vidimus in paracleto, vb
eius corpus conditum est: sed ipsa multum
id fiat, dehortatur.

Moritur vir sanctus.

Miracula ad sepulchrum eius.

VITA ET MARTYR. S. CALLIOPII.

ex ijs quæ sunt per Simeonem Metaphrasten.

CAlliopius omni diuinarum literarũ cognitione imbutus, matre Theoclia, fœmina cunctis virtutibus & Christianæ pietatis studio inprimis clara natus, Pergæ Pamphiliæ patriciam administrabat dignitatem, cùm odio idololatriæ ductus, matrisque oratione impulsus Pompeiopolim Ciliciæ se contulit. Vbi cùm Præfectus Maximus insanos ludos, choreas, & conuiuia celebraret, Calliopius ab alijs ad eandem impietatem inuitatus constanter ac præcisè flagitiosis eorum actibus communicare renuit, & liberè Christi se cultorem esse professus est.

7. Aprilis. Mater S. Calliopij.

Constanter se Christianum profitetur.

Quę cùm ad aures Prefecti delata essent, ille iracundia inflammatus Calliopium ad se pertrahi iussit, & extrema quæque illi minatus est, ni relicto Christo, annuã cum reliquis, deorum celebritatẽ perageret. At Calliopius spretis minis, & supplicijs contemptis, vnum, verum & ęternũ Deum confessus, deos omnes inanes, ligna putrida, & sensùs expertia esse dixit. Præfectus admirans tantam in adolescente constãtiam de genere, ac dignitate eius quæsiuit. Qui cùm se claris natalibus ortum ac patricia dignitate præditum responderet: Per deos, inquit, Præfectus, si decreuisti ab hoc mentis tuæ errore recedere vnicam tibi filiam meam vxorem dabo. Cui Calliopius, Filia tua tibi sit, tu verò ea quæ tibi videtur, in me supplicia exerce, ego enim Christianus sum.

Prefectus eũ ad se duci iubet.

Præfectus ei vnicam suã offert filiã.

Ad hæc Maximus acriori furore cõmotus, Quid, inquit, putásne istiusmodi sermonibus futurum, vt ab ira præcipiti, te vnico celerique supplicio necandum curem? Falleris. Neque enim faciam, sed

corpus tuum omni cruciatuum genere confectum voracibus flammis obijciam. Imò, respondit Calliopius, hoc est quod tota auiditate concupisco: Quanto enim grauioribus me tormẽtis exercueris, tanto splendidiorem mihi coronam cõtexes. Tum Maximus furijs in eum inuectus, plumbatis ossa omnia confringi iussit. Quod genus supplicij Christi martyr non modò inuicto animo, sed summa etiã cum gaudio perferre visus est, dum inter ipsa tormenta Christo gratias ageret, quòd dignus esset habitus pro eius nomine supplicia pati. Maximus autem acriores interea minas iactabat, atque vrgebat, vt maturè dijs immolando ab ea suppliciorum atrocitate se eriperet. At Calliopius: Tormẽta tua, inquit, ô tyranne, non sentio, sed veræ dulcedinis suauitatem à Christo nobis promissæ degusto. Tu mihi dulcem patriam, tu matrem, tu diuitias ob oculos ponis: at ego hæc omnia negligo, maloque Christi Cruci affigi, quàm caducis mundi huius delicijs frui.

Plumbatis verberatur.

Gratias agit Deo inter tormenta.

Maximus hæc audiens, quàm est, inquit, ercorum Crudis neruis ventrem eius cædite, rotæque alligatum flammis exurite. Fuit continuò rotæ alligatus cumque cruciatu illo acerbissimè augeretur, exclamauit: Christe Iesu, præstò sis seruo tuo, vt sempiterna nominis tui gloria celebretur, videãtque mala esse cõfusionem his qui spem suam in te collocarunt. Vix verba compleuerat, cùm mox Dei Angelus flammam discussit, rotamque planè immobilem reddidit. Iam copioso sanguine totã terram conspersérat, cùm iussu Præfecti, populo vrgente & iudicium illud iniquum esse clamante, vinculis constrictus in carcerem missus est: vt ibi omni solatio destitutus vitam cum morte permutaret.

Immaniter cruciatur.

Diuinitùs adiuuatur.

Iacitur in carcerem.

His auditis, mater condito testamento ducentos quinquaginta seruos libertate peculioq; donauit, & maximaque auri & argenti vim pauperibus relicta, possessiones Ecclesiæ largita est. Tum celeriter in Ciciliam ad filium contendens, carcerem ingressa, procidit ad pedes eius, & absterso, magna cũ reuerẽtia, vulnerum cruore beatam se exclamauit, quòd filij sui corpus tot tantisque vulneribus concisum & planè dilaniatum cerneret. Totam deindè noctem illã ad pedes eius prostrata, in diuinis laudibus exegit. Media verò nocte vox quædam cum cælesti lumine auribus eorum insonuit: Vos estis Sancti Dei, vos egregij Christi Confessores euersoresque idolorum, qui omnibus corporis voluptatibus maximisque huius mundi honoribus Christi Crucem prætulistis.

Mater eius omnes possessiões pauperibus & Ecclesia largitur.

Gratulatur sibi de filij perpessione.

Mane facto Præfectus egregium sanctissimumq; athletã per Demetrium Centurionem adduci iussit. Adfuit protinùs martyr, & cùm vultu tum verbis ad omnia supplicia & mortem, pro Christi gloria oppetendam se paratum esse ostendit. Tùm Præfectus sententiam tulit, vt quinta Sabbatorum Paschæ in crucem ageretur. Mater verò audita mortis sententia, cõfestim quinque nummos ministris numerauit, vt eum contraria ratione, quàm Christus Dominus crucifixus fuit, affigerent. Quinto igitur Sabbatorum pronus in caput crucifixus est, & die Parasceues animam egit. Nec defuit martyri in vltimo spiritu diuinum solatium. Vox enim cælitùs demissa audita est: Veni ciuis Christi, & [illegible] sanctorum angelorum. Mater verò sanctissimi filij corpus complexa, in ipso complexu spiritum tradidit. Quorum corpora à fratribus debito cum honore in loco sacro sepulta sunt.

Sententia mortis in Calliopiũ.

Admiranda matris constãtia & pietas.

Crucifigitur Calliopius, & mater in complexu filij suauiter excedit è vita.

MAR-

MARTYRIVM S. BADEMI ARCHIMANDRITÆ. ex Simeone Metaphraste.

8. Aprilis.

QVo tempore quadraginta illi sancti martyres gloriosum pro Christi nomine certamen subierunt, Bademus vnà cum septē suis quibusdā discipulis Saporij regis iussu in vincula coniectus fuit. Erat autem Bademus oriundus ex vrbe Betlapat, parētibus inprimis valdè diuitibus. Cùm verò contemptis diuitijs, spretaque corporis voluptate, in sempiternæ voluptatis studium tota mente duceretur, monasterium extra vrbem ædificauit & iugi diuinarum rerum meditatione ad eximium & rarum quoddam sanctitatis decus perueuit.

Bademi patria.

Extruit monasterium.

Cumque ex eo loco propter Christianæ pietatis studium in carcerem protractus fuisset, menses aliquodū quatuor cum septem discipulis grauia multa insigni patientiæ documēto pertulit. Erat autem eo tempore princeps vrbis Ariæ Nersan dictus vna cum discipulis similiter propter Christi nomen constrictus, sed is partim inani mortis formidine victus, partim terrenarum rerum cupiditate inflāmatus, penitus defecerat, & ad Satanæ castra cōfugerat. Qui audito Rex incredibili gaudio affectus, Bademum suis conspectibus in atrio palatij præsentari iussit, vt eum vel minis vel promissis eandē in pestem impelleret. Sed cùm Bademum, animo in Christi more egregiè firmato, minas pariter ac blandimenta repellere cerneret, Nersan vinculis iam absolutum mandauit, si vellet amplissimis eius potiri facultatibus, stricto gladio eum inuaderet, ac crudeli extermecione deleret. Nersan cùm tota auiditate futuris illis bonis inhiaret, cupiditate cæcus ensem arripit: sed vt sublata manu in sacrum illud pectus figere tentauit protinùs ingenti quodam tremore eos

Trahitur cū suis discipulis in carcerem.

Nersan princeps vrbis Ariæ deficit à Christo.

Nersan iubetur interficere Bademum.

correptus, lapidis instar, immotus permansit.

At Christi martyr pio oculorũ obtutu eum configẽs: O Nersan, inquit, vsquequò tua malitia progreditur? Non satis tibi est Christum Saluatorem negasse, nisi in illius etiam seruos mente crudeli ac truculẽta manu inueharis? Væ tibi, vę tibi, infœlix. Quid facies, aut quò fugies in terribili illo Dei iudicio, vbi nullus euadendi locus relictus erit? Ille verò his sermonibus nihil permotus, impia mente in proposito scelere perseuerabat, ac stricto ense mortem viro sancto inferre nitebatur: sed tremula manus, nec semel quidem opportunam plagam infligere potuit. At beatus Bademus multis impotentis gladij ictibus concisus, sanctũ Deo spiritum tradidit: Nersan verò, qui cæca mente ad diuitias aspirabat, ijs non modo non potitus est, sed debitas etiam, diuersis oppressus malis ac tandem ense malè perditos, pœnas luit. Septem autem eius discipuli, quatuor annis carceris squalore vexati, tandẽ morte Saborij regis in libertatem restituti sunt.

Bademi obiurgat Nersan.

Bademi reddit spiritũ.

Vltio diuina in Nersan.

VITA S. MARIAE AEGYPTIACAE. ex ea quam Sophronius Episcopus Hierosolymitanus scriptam reliquit. Claruit autem hac Maria temporibus Iustini Senioris Imperatoris, circa annum Domini quingentesimum atque vigesimum.

9. Aprilis.

ZOsimas qui fuit monachorum vnus insigni vitæ sanctitate præditus, cùm maioris desiderio perfectionis ex pia cõsuetudine, prima sacri quadragesimalis die, vltra Iordanẽ in horrida & inculta deserti loca exiuisset, vt anachoretarum aliquem sanctitate conspicuum inueniret, à quo verba salutis haurire posset, vidit fortè inambulas & totus cælestium rerum meditationi intentus,

Zozimas monachus insignis.

tus, vmbram quasi humani corporis apparentem concitoque gradu ad partem Occidētis properantem. Qua visione primùm non mediocriter exterritus, postquàm se à repentino timore collegisset, & oculorum lumen clariùs in apparentis speciem defixisset, cognouit esse mulierem ardētissimis Solis ardoribus planè exustam. Vndè admiratione pariter gaudio perfusus, celeri cursu eam insecutus clamare cœpit, vt gradum sisteret, & quænam esset ediceret. Illa verò celeriùs gradum in interiorem solitudinem inferēs Zosimam venientem fugiebat. Zosimas autem sublato cum lachrymis clamore, Serue Dei, inquit, quid me decrepitum fugis peccatorem, siste gradum, & aliquam misero consolationem impertire. Hæc cùm Zosimas multis cum lachrymis & suspirijs peteret, ità vt stridor gemitu um concaua conuallium magno reboatu repleret, illa talem prompsit de pectore vocem: Abba Zosima, ignosce tuum tam pertinaciter conspectum fugienti. Mulier enim sum, omni corporeo tegumento destituta, quarè si desiderato aspectu frui cupis, proijce mihi vestimentum quo fœmineo pudore consulam.

Zosimas in deserto videns Mariā eam insequitur.

Maria Zosimæ post se clamāti respondet.

Zosimas hęc audiens totus tremere cœpit. Quid enim? Cùm nunquam ab illa visus esset, nomen tamen edidit diuinę cuiusdam intelligentiæ radijs illustrata. Fecit igitur summa cū festinatione quod iussus fuerat, suoque se vestitu spolians terga versus proiecit ei. Illa autem nuda, inquantum potuit tergens, præcinxit se, & conuersa ad Zosimam, ait: Quid tantum voluisti Abba tolerare laborem, & mulierculam peccatricem videres? At Zosimas humi prostratus benedictionem postulabat. Illa contrà pari humilitate obnitens, Abba Zosima, inquit,

Zosimas Mariæ vestimentum suum proijcit.

tibi competit benedicere. Tu enim presbyterij honore suffultus, plurimis iam annis sancto assistis altari, & donis diuinitatis, Christi secreta rimaris. Hæc verba Zosimam magnum in timorem maiusque certamen adduxerunt, prorsùs vt totus sudore perfusus vix intercluso habitu fari posset. Tandem tremens senex: O, inquit, mater spiritualis corporeæ molis vinculis soluta, manifestè in te Christi gratia elucet, quæ puritate mentis micantia cæli sydera vincis, benedic, inquam, & orationis tuæ participem me facito. Tum illa importunis sanctissimi senis precibus victa, dixit: Benedictus Deus qui sempiternam animarum salutem operatur; Zosima respondente Amen: vterque de terra surrexit. Mulier autem: Homo Dei, inquit, dic quæso quæ mens te ad me peccatricem direxit? tamen quandoquidem diuinus te spiritus ad nos adduxit, vt aliquod vili huic corpusculo ministerium exhibeas, expone quæso nobis, quis status sit mundi, quomodò Christi in terris sponsa Ecclesia pascitur? Ad hæc Zosimas: Mater, tuis orationibus sanctis pacem stabilem Deus largitus est: sed quæso te vt cùm pro vniuerso mundo, tum pro me peccatore Deum preceris, ne tanti itineris mei labor & solitudinis via sine fructu pereat.

Maria diuinitùs docta nouit eum esse presbyter.

Zosimas petit orationes Mariæ.

Illa autem respondit: Te quidem sacerdotij honore prælatum pro omnibus orare oportet, sed ne obedientiæ virtutem negligere videar faciam quod iubes. Hæc dicens ad Orientem conuersa est, sublatisq; in cælum, cum eximia pietatis significatione, oculis manibusque, leni labiorum motu in silentio orare cœpit, Zosimas verò tremēs defixo in terram

vultu orationis attẽtionem feruoremq́ue obstu
scebat: nam quemadmodum cum iuramento D
teste narrabat, cùm eam in orationis constãtia p
seuerantem animaduerteret, vidit eam quasi c
tum vnum è terra eleuatam, corporeamq́ue in a
molem hærentem. Hoc viso ingenti pauore co
ptus, animo fluctuare cœpit, nè fortè oculorum
cies fraude alicuius spiritûs deluderetur. Cum
huiusmodi cogitationes præualerent, mulier
uersa ad Zozimam, prostratum erexit, & men
ab anxijs cogitatibus hoc modo liberauit: A
quid te cogitationes perturbant quasi spiritu
ficta orationis specie te deludens. Certus esto
catricem me mulierculam esse, attamen sacro
cto baptismatis lauacro tinctam. Fauilla sum
nis eadem qua tu carnis fragilitate circundata
dicens signo Crucis frõtem & labia pectusq́ue
niuit, & ait: Zosima Abba, de aduersario Ec
eiusq́ue insidijs liberet nos Deus: nam inuidia
magnum quoddam detrimẽtum minatur. H
diens senex rursùs se humi strauit, & apprehẽ
dibus eius cum lachrymis, ait: Obsecro te san
ma fœminarum per cõmunem Dominum I
Christum, pro quo certamen hoc suscepisti,
ne nobis quænam sis, & vndè vel quando & q
mùm occasione vastam hanc solitudinẽ ingre

Hæc eo dicente & cum lachrymis obtestan
leuans eum mulier, sic exorsa est. Verè tanta
Abba, tanta inquam scelerum meorum fœdi
eam aures tuæ nequaquàm sustinere poterun
meo enim vt ad primam eorum narrationem
pedes conijcies, & horrorem repentina fuga
nabis. Verum tamen vt immensas diuinæ bo
opes mecum cognoscas, non dubitabo cum p

Mariæ corpus præ feruore spiritûs sursùm tollitur.

Exponit Maria Zozimæ anteactam vitã.

tiam no
ad eius g
verbis p
Ego, f
etatis me
orum er
empto,
uuentut
dibiliter
t quô fa
iuales q
precium
ate dece
xerim. C
uta, me
di quoda
tiorum
b sancta
mittebat,
ne libid
nam im
oris rob
lexibus
nantes (h
um petu
olentes a
ne miser
anctissim
umo? O
s mare il
nodò ter
am non a
ersit, qu
eque eni

etiam nominis ignominia, omnia, quæ vel maximè ad eius gloriam amplificandam pertinent, nudis verbis prædicare.

Ego, frater Zosima, ex AEgypto oriunda, anno ætatis meæ duodecimo spretis parentibus & pio illorum erga me affectu, per summam iniuriam, conempto, in Alexandriam abij, ibidemque primum uuentutis meę florem, tota libidinis facibus incredibiliter incensa, omnibus exposui, tanta insania, ut quò facilius insatiabili ardori satisfacerem, & uales quamplurimos allicerem, oblatum etiam recium respuerim, & vitam in extrema mendicitate decem & septem, & eo ampliùs annos tradukerim. Cùm in his sordibus, miserè admodùm polluta, mente pariter & corpore sepulta iacerem, vi- di quodam tempore ingẽtem Lybiorum & AEgyptiorum multitudinem ad mare confluentem, quæ b sanctæ Crucis exaltationẽ Hierosolymam trãsmittebat. Hic ego, vt quamplurimos in fœda passi- ne libidinis meæ cooperatores inuenirẽ, per summam impudentiam decem iuuenibus egregio corporis robore me adiunxi, atque vt pro libitu, amplexibus meis fruerentur, rogabam, quinimò repugnantes (horresco referens) impudentissima verbo- rum petulantia ad nefarios actus solicitabam, & olentes ad peccãdum miseros compellebam. Heu me miseram quomodò his tam fœdis sermonibus sanctissimas aures tuas, ô pater, contaminare præsumo? O immẽsam Dei bonitatem, quomodò me- s mare illud sustinuit iniquitatum luxurias, quomodò terra tanto peccatorum pondere prægrauam non absorbuit, & in infernum viuentem demersit, quæ tàm multas in laqueum induxi animas? Neque enim reliquas impuritates meas singulatim

Maria ex Ægypto oriunda.

Exaltatio S. Crucis.

exponere audeo, cùm non contenta iuuenibus
cum in mari & itinere luxuriantibus, alios mul
peregrinos & ciues ad sceleris mei communio
pertraxerim. Iam verò cùm celebritas S. Cr
summa omnium festiuitate ageretur, & alij ma
studio pietatis operibus incumberent, ego ip
cupiditatis meæ furijs agitata, omnes vias mod
perquirebam, vt animos Christi amore imbuto
pestiferum mei amorem pertraherem, eoque
os in sempiternam pestem & exitium detrude
Eccè autē primo diluculo cùm omnes certatim
credibili deuotionis studio ad ecclesiam curre
ego, vt impudens oculorum desiderium expl
nequaquam abfui, sed hominū multitudini m
gradum in domum Dei inferre conata sum. S
hora illa adfuit, qua lignum istud, in quo hu
generis Redemptor pro nobis mactari sustinu
altaretur, ego quamuis maiori virium conten
anniterer (dictu mirum) semper repulsam, d
quadam virtute passa sum. Cumque tertiò in
quartò introitum tentassem, corpusque alion
pressione conquassatum præ nimia lassitudi
subsisteret, desperatione fracta recessi, & in a
sum quendam angulum me recipiens, cum
pertractare cœpi, quarè sola ego viuificæ C
aspectu prohiberer. Hæc sedulò cogitantem
nus proculdubio spiritus inuasit & scelerum
scientia ita cōcussit, vt largissimo imbre lac
rum genas pectusque perfunderem, neque vl
do horrēdam peccati faciem diutiùs sustiner
sem. Bone Iesu, quid tunc facerem cum mil
ipsi exosa inuisam lucem abrumpere desider
Flens eiulansque latebras perquirebam, nec
hoc, quod tam multis sempiternæ perditioni

Non admittitur intra templū diuinitùs repulsa.

sio fuera
stiæ circu
nunc in
minimæ
penè desp
pulcherr
in sublim
mente &
Iam Virgi
oculis ob
& per fili
me miser
& laquijs
placatum
rare indig
hi ad viu
virtute fac
Hæc eg
liqua pro
vt noua qu
nerim, eur
nim comp
sanctissim
quo incred
& omnia r
audio in e
ne crebro
maginem
enibus, ac
na peccato
ti, tu barat
ię excitast
peruisti. I
me oculi

sio fuerat, aspicerem. Bone Iesu, quæ me tunc angustiæ circundederant. Flectebam oculos nunc hanc nunc in illam partē, si fortè alicubi spes aliqua vel minimæ consolationis appareret: & eccè cùm iam penè desperationis barathro absorpta essem, video pulcherrimā sanctissimæ Dei genetricis imaginem in sublimiori quodam loco erectam: ad quam tota mente & corpore cōuersa supplicem me abieci, illam Virginem inquam sanctissimam, cuius effigies oculis obiecta in spem veniæ me prouocabat, orans & per filium, quem vtero gestauerat, obtestans, nè me miseram & dæmonum fraudibus circumuētam & laquijs illius constrictam despiceret, sed filium placatum redderet, cuius ego misericordiam exorare indigna essem. Insuper instabam vt aditū mihi ad viuificæ Crucis lignum aperiret, atquè eius virtute facinora mea expiari sineret.

Implorat suffragia beatissimæ Virginis Marię.

Hæc ego dum multis cum lachrymis orarem, aliqua protinùs menti tranquillitas reddita est, ita vt noua quadam concepta fiducia introitum tentauerim, eumque tunc facilem habuerim. Impetu enim comprimentis turbæ sublatas inueni me ante sanctissimum illud Crucis lignum constitutam, è quo incredibilem suauitatis odorem percipiebam, & omnia redemptionis nostræ mysteria, miro cum gaudio in eo contemplabar. Peracta autem non sine crebro singultu oratione, rursùs me ad Virginis imaginem recepi, eiq; tantum bonū nixa in terram genibus, acceptum retuli. Tu, dicebam, ô fidelissima peccatorum aduocata, preces meas non repulisti, tu barathro desperationis absorptā ad spem veniē excitasti, tu denique aditum mihi ad filiū tuum peruisti. Et nunc, ô Virgo sanctissima, iterū respice me oculis misericordiæ tuæ, & certissimā viam

Admittitur in templum post implo-ratum Virgi-nis auxiliū.

Iterum implorat patrocinium Virginis.

ostende, qua sine errore ad portum salutis peru-
re queam. Hæc aliaque in eandem sententiam o
vox protinùs reddita fuit: Si Iordanem transi
illic optatissima pace frueris. Hac voce statim
citato cœpi dirigere gressus quò nesciebam, & p
mùm templo egredienti vir quidam pius eleem
synam trium nummorum obtulit, quibus tres
nutos mihi panes comparaui, rectaq; ad Iorda
contendi. Moxque pedibus & facie in ipso flu
lotis facta sum diuinorum mysteriorum partic
in S. Præcursoris oratorio: deinde modico pan
haustu aquæ perexiguo corporis viribus vtcum
refectis transmisso Iordane vastam hanc erem
ingressa sum, in qua annis septē admodùm & q
draginta habito, præstolans in silentio & spe
tare Domini mei Iesu Christi, qui saluos facit
tritos corde.

Percipit Eucharistiam.

47 annis degit in solitudine.

Hæc audiens Zosimas, gaudio pariter & tim
affectus: Sed obsecro te, inquit, tanta solitudo
taque vitæ austeritas nullos tibi certaminum
res peperit? Hic Maria grauissima ab imo pe
rursùs trahens suspiria, respondit: Abba Zo
hæc tua vox ingentem mihi formidinē affert
si velim, quę sustinui, pericula ad memoriam
care, timeo ne non me nouo certamine aggre
tur, vel certè acerbissimos dolorū aculeos ad
tem reducant. Sed tuis tamen confisa suffragi
grauabor ea exponere, tuoq; desiderio facere
Annos decem & septem continuos in hoc de
cum feris & indomitis cogitationum bestijs
assiduum cum prauis cupiditatibus bellum ge
Nunc mihi præteritorum ciborum affluen
mentem veniebat, & condimentorum varie
vini suauitas. Nunc nefanda dæmonum cam

Grauissimæ tēationum in festationes.

auribus quodãmodò resonabant. Nunc verò vastæ solitudinis tædium vincebat, & vltima aliquandò ferendorum laborum desperatione fractam assueta amicorum contubernia repetere compellebat. Reluctabar tamen pro viribus, & Iesum meũ Cruci confixum & innumerabilibus plagis sauciũ mentis oculis contemplabar. Rigabam assiduo lachrymarũ imbre genas, & manibus pectus vulnerabam. Memini me solo affixã diem frequenter cum nocte in precibus exegisse, sed insidiabantur mihi fornicationum mearum cogitationes, tanta importunitate vt instar ignis omnia populantis, cordis viscera deuastarent, & ad perniciosa desideria vel nolentem impellerent. Ego tameu de pristino aduocatæ meæ auxilio egregiè confisa, in precibus ac lachrymis persistebam, donec tandem post tempestatem tranquillitas rediret, & insperato sæpè gaudio me perfunderet. Has luctas, hæc certamina, annos decem & septem sustinui, vitam interim solis herbarum radicibus sustentãs. Vestimenta autem, quibus Iordanẽ transgressa sum, putredine consumpta nudam me reliquerunt, & omnibus aëris iniurijs expositam destituerunt. Neque tamen diuina bonitas ea calamitate passa est me consumi, sed ab omnibus & animæ & corporis periculis eripuit, prorsùs vt quoties pericula diuina gratia transacta ad memoriam reuoco, incredibili & cælesti planè gaudio perfundor, & indubitata spe futurorũ bonorum mirificè confirmor. Iam verò cibus potusq; ac vestimentum non aliud mihi est quàm verbum Domini: quoniam non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.

Mira victus parsimonia.

Zosimas cùm eam diuinarum scripturarum testimonia proferentem audiret, Legebásne, inquit,

psalmos vel alios scripturæ libros? At illa: Ne
hominem alium pręter te, neque bestiam vllam
aliud omninò animal vidi, à primo die solitudi
meę. Literas verò didici nunquam, neque alium
gentem vel psallentem audiui: sed verbũ Dei
per viuens omnem hominem docet scientiam. S
tibi, ô Zosima, vitam meam, eccè peccatricem,
immensam Domini bonitatem & gratiam, quæ
ex ipsis mortis & inferni faucibus eripuit, & in
co spatioso constituit, ac lætitia demùm circum
dit, vt canteret illi gloria mea. Domine Deus
in æternũ confitebor tibi. Dùm hoc modo finem
cendi Maria faceret, Zosimas pręgaudio lachry
fundens genua in terrâm fixit, & Deum in cu
his mirabilibus benedixit. Illa autem ad Zosim
Vade, inquit, in pace ad monasterium, & ve
sanctissimi illius diei, quam tota recolit Eccle
memoriam vltimæ illius cœnæ, in qua Christu
crosanctum corpus & sanguinem suum exil
stri solatium instituit, ad me reuertere; vt e
mysteria de manu tua percipiam, quia hucusq
eo die, quo ijs in oratorio Præcursoris me ite
meum muniui, particeps fieri non merui. Vade
tur & Iohanni Abbati edicito, vt sibi suoque
attendat, curet summa diligentia ac studio, vt
lapsa nonnihil pietatis fundamenta restauret.
dicens vultum conuertit, & cursu admodùm
ci in interiorem solitudinem festinauit.

Nouit monasterij secreta.

Maria velociter redit ad solitudinem.

Zosimas autem audiens eam spiritu prop
abdita reuelare, noua admiratione perculsus
se prostrauit, & pedum eius vestigia summa
reuerẽtia exosculatus est: ac gratijs, de more,
sto persolutis monasterium repetiuit, neque
mortalium res admirandas aperuit, sed suspi

Zosimas redit ad monasterium.

quotidiè
uissimo sa
quiò. Vbi
nissent, ve
ciosis corp
danem ab
cum multi
stissimas n
suo agitare
teret, vt al
te, illa sup
que (miru
autem stup
pendente,
minicam c
expleto ill
miranda p
His per
lenticula e
eum quide
anni tempo
virtute Ior
dinem pro
que magn
tur: atque
dam, vt iu
qualem spe
ocum, qu
natus, ven
manibus p
um. Tunc
citatem sua
um imbre
huc circur

quotidiè ad anni vertentis cursum, vt iterum suauissimo sanctissimæ illius fœminę frueretur colloquio. Vbi autem sacra ieiuniorum tempora aduenissent, vespere Dominicæ cœnæ sumptis secũ preciosis corporis & sanguinis Dñi mysterijs, ad Iordanem abiens, sanctæ illius aduentum aliquamdiu cum multis lachrymis præstolatus est. Cumque tristissimas necteret moras cœpit varia cum animo suo agitare consilia quomodo Iordanem transmitteret, vt allata ei mysteria traderet. Hęc eo cogitante, illa superueniẽs signo Crucis aquas munijt, easque (mirum dictu) siccis plantis inambulauit. Illo autem stupente & tantum miraculum attẽtius perpendente, Maria petiuit, vt fidei Symbolum & Dominicam orationem recitaret. Quod ille fecit, eoq; expleto illa pacis osculũ obtulit, & viuifica, cũ admiranda pietatis significatione mysteria percepit.

Maria iterũ ad Iordanẽ venit, & crucis edito signo super aquas ambulat.

Percipit sacra mysteria.

His peractis tria grana ex allata per Zosimam lenticula extremis digitis proprio ori intulit, & eum quidem à se demisit cum mandato vt redeunte anni tempore remearet: illa verò eadem qua priùs virtute Iordanem transiuit, & ad intimam solitudinem properauit. Zosimas autem flens eiulansque magno cum animi dolore ab illa auellebatur: atque transacto eiusdem anni cursu iterum illam, vt iussus fuerat rediens, inuisit: sed talem, qualem sperabat, minimè inuenit. Cùm enim ad locum, qui in torrentis similitudine fuerat designatus, venisset, conspexit procul corpus exanime manibus pẽdibusque ad Orientem ritè compositum. Tunc pius senex lachrymis totus infusus oritatem suam deplorare, largissimoque lachrymarum imbre sanctæ pedes lauare cœpit: deindè huc illuc circumspiciens consilia agitare, quomodò

Maria iterũ abit in interiorem solitudinem.

Zosimas inuenit eius corpus exanime.

corpus terræ redderet. Et quidem inuento ibi
quodam ligno sepulcrum fodere tentauit, sed
nio & longa itineris fatigatione exhaustus
num laborauit, prorsus vt sudoribus madefa
& nimia lassitudine oppressus, vocem suam
lugubri eiulatu attolleret, supplexque à Do
peteret vt opem nequicquam laboranti adf
His autem in angustijs pariter & oratione co
tutus vidit respiciens ingentis formæ leonem
pori astantem, plantasque mirabili obsequio
bentem. Et primò quidem eo viso non medio
exterritus toto corpore contremuit, moxque
que se Crucis signo confirmans animum à rep
no pauore collegit, ac blandis motibus feroci
manis feræ leniens, quandoquidem, inquit, à D
missum esse non dubito, vt huius Dei famul
pus terræ mandetur, exple opus officij, iuss
corpus sepeli. Vix hæc effatus erat cùm leo te
vngulis fodere, foueãque corpusculo aptam
ponere, ac sanctam illam in cælis tùm trium
tem manifestè honorare cœpit. Senex verò e
ctaculo mirificè exhilaratus præ gaudio lach
non cõtinebat, ac tandem corpusculum cum
nis & orationibus astante, leone terræ man
Deinde recedunt pariter, leo quidem in inte
solitudinis mansuetissimę ouis instar: Zosim
rò benedicens & glorificans Deum, cœnobio
tijs, fratribusque stupenda Dei magnalia na
ac tandem centenarius, soluta mortalitatis co
ge, ad Dominum migrauit: gratia Domini
Iesu Christi, cui cum Patre & Spiritu sancto
est & gloria in omni seculorum æternitate. A

Zosimas vndique se crucis signo munit.

Leo fodit Mariæ sepulcrum suis vngui bus.

Zosimas Centenarius moritur.

MARTYRIVM SS. TERENTII, APHRICANI, & sociorum. ex Metaphraste. Horum reliquias scribit Theodorus Lector trāslatas esse Constantinopolim X Kal Octob Theodosio Minore imperante.

DEcius Romanorum Imperator idolorū studio cupiens omnes in sempiterni exitij barathrum pertrahere nouo in vniuersis suo imperio subiectis prouincijs, edicto proposuit, vt omnes Christianæ disciplinæ studiosi vltimo supplicio plecterētur. Erat in Aphrica præfectus Fortunatianus homo execrabili in Christianum nomē odio incēsus, qui statim pro tribunali verba ad populum faciens horrendas minas in eos iactauit, qui deorum cultu repudiato, Christo adhærere pergerent: adeò vt multi suppliciorū atrocitate per minas proposita exterriti per summum scelus à Christi religione deficerēt, atque ad dæmonum cultum vana præsentis vitæ dulcedine irretiti, accederent. Hæc res cùm alios non paucos vehementer affligeret, tum verò viros quadraginta pietate præ cæteris insignes tam acri dolore affecit, vt mutuis se cohortationibus ad certamen contra tyrannum suscipiendum, & mortem pro Christi gloria fortiter oppetendam inflammarent. Quid enim (dicebant) hominem mortalem timeamus, qui corpus quidem varijs supplicijs excarnificare ac morti tradere potest, animam verò quæ in his supplicijs etiam exultat, ne quidem attingere. Agite igitur cōmilitones & tyranni rabiem non pertimescamus, sed rerum omnium Dominum, qui simul cum corpore animā sempiternis potest deputare supplicijs, timeamus & ea, qua par est, reuerentia ac honore prosequamur.

10. Aprilis.

Decius Imperator.

Multi deficiunt à Christo.

Quadraginta Christiani valdè insignes.

Horum pietas cùm tanta virtute coniuncta cùm ad aures Fortunatiani permanasset, statim eos sua conspectui offerri iussit: qui intrepidi vultum illius irati iudicis subeuntes Christi virtutē constanter prædicarunt. Fortunatianus autem, quandoquidem, inquit, video vos viros ætate & rara quadam sapientia præstantes mirari satis nequeo, quòd hominem à Iudæis tanquam maleficum in crucem actum tanta superstitione colatis, & in pestem spontè ruatis? Ad hæc Terentius: Tu si Crucifixi illius virtutem probè perspectam haberes, non dubitaquin protinùs relictis idolorum erroribus, illum pari nobiscum pietate ac veneratione exciperes, libensque pro illius gloria mortem etiam oppeteres. Prefectus his verbis insigni se contumelia affectum ratus dixit: Immolate, vel certè mēbra vestra horrendis concisa supplicijs Vulcano deuoranda tradam. Quid, inquit Terentius, tu nos existimas minis superari posse? Nos strenui & constantes Christi cultores, neque minas neque suppliciorum acerbitatem quicquàm pertimescimus.

Quadraginta martyres sistūtur Præfecto.

Terētius respondet Præfecto.

Tyrannus hac tanta contumelia irritatus, iussit eos, detractis vestibus, in idolorum templum trahi, & Herculi auro & argento mirificè culto sacrificare. At Terentius cùm stoliditatem Præfecti agueret, deosq; inanes ac nulla virtute præditos esse diceret, fuit continuò cum alijs, compedibus vinctus carceribus mancipatus. Beatus autem Zenon Alexander & Theodorus cum reliquis inuicta virtute numero sex & triginta athletis, neruis & asperis virgis cæsi, diu multūque pro Christi gloria decertarunt, tanta constantia ac fortitudine, vt effusi in terram visceribus læti nihilominùs ac alacres confessione persisterent, & omnes qui spectaculo inte-

Martyres trahuntur ad fanum Herculis.

Tradūtur in carcerem.

Dirè flagellātur Terentij socij.

intererant penè in ſtuporem pertraherent. Neque tamen rabies & furor tyranni quieuit, ſed iuſſit ſale & aceto terga eorum perfricata aduri. At martyres cum alto prius ſilentio immobiles perſtitiſſent, tunc oculis manibusque cum inſigni pietate ad cælum ſublatis, Deum in opem atque auxilium aduocarunt, & multiplicatis precibus tantorũ ſupplicíorum acerbitatem ſuperarunt. Præfectus verò ira magis magisque ſæuiens, iuſſit eos ſuſpenſos dilacerari. Et quidem cùm in hoc ſupplicio conſtituti, ſanguinis riui vbertim ex eorum corporibus defluerent, non tamen cruciatuum atrocitate victi animos demiſerunt: ſed noua potius virtute confirmati contra vim & potentiam ſcelerati tyranni, diuinum auxilium implorarunt, & Chriſti ſe Cruce in frontibus ſignantes flatu oris ſui idola (quę vt ijs ſacrificarent, allata erant) in pulverem redegerunt. Cumque Præfectus anteà nimio mentis furore agitatus eorum pœnis intoleranda quadam verborum contumelia inſultaſſet, tunc illi viciſſim ad Præfectum: Cernis, inquiunt, deos tuos? Vbi eſt robur ipſorum? Potuerúntne ſibi ipſis opitulari? Nec multò pòſt templum ipſum horrendo cum fragore corruit. Tùm verò tyrannus pudore pariter ac furore repletus, iuſſit omnes celeriter capitis ſupplicio affici: quod illi incredibili gaudio & lætitia perfuſi, flexis in terram genibus, oblatisque certatim ceruicibus exceperunt.

Aduruntur.

Inuocãt Deum in ſupplicijs.

Dilacerãtur immaniter.

Idola in pulueretem redigunt.

Inſultant Præfecto.

Decollãtur martyres.

His tam fœlici agone conſummatis rursùm Terentius, Aphricanus, Maximus, & Pompeius in certamen vocati ſunt: qui ex vinculis & carcere nouam viſi ſunt adferre virtutem: adeò vt ipſum tyrannum ad ſupplicia inferenda prouocare non dubitauerint. Nos, dicebant, neque deos tuos colimus

Terentius cum alijs adducitur in certamen.

& tor-

Martyrum fortitudo admirãda.

& tormenta tua negligimus. Proindè adhibe cr
ciatus, nos Christi benignitate & gratia nixi vict
riam obtinebimus. His auditis, iussit eos grauis
mo catenarum pondere onustos in custodiam a
duci, & corpora eorum ferreis subiecta tribulis
rè configi, ac cibo potuque destitutos fame nec
Verùm cùm iam nullum eis solatium relictum e
videbatur, subitò, noctis medio, lux ingẽs refu

In carcere ab Angelo confirmantur.

adfuitque Dei Angelus, qui humi stratos tetigit,
tenasque dissoluit, & mensam optimè instruct
apposuit, dixitque vt cibo illo quem Christus
serat exhausta ieiunio membra reficerẽt. Sancti
tem ingẽti lętitia perfusi, collaudato Christo, co
ederunt: custodes verò splendore perspecto stu
facti rem totam præfecto nunciarunt. Qui aud
mirabilibus in furorem rabiemque conuersus

Vngulis lacerantur.

stridiè vngulis eos lacerari iussit, sed cùm illi,
Christi nomine constanter inuocato, vngulas
temnerent, rursus carcere inclusit, & immane
ras, aspides & viperas adduxit, vt earũ laniatu
deliter interirẽt. Sed feræ pedibus Sanctorum p

Nihil lædun tur à feris & serpentibus

stratæ, summa cum mansuetudine honorem ip
ferre visę sunt. Angelus enim Domini feris ob
bat, & vim omnem à Sanctis propulsabat. Quo
dito Præfectus magis excandescens suis mand
vt incantationibus feras aduocarent, sopitaque
rum rabie, iterum abducerent. Sed factum est,
perto ostio, impetu quodam eruerent, & ob
quosque occiderent, ac grãdem in populo strag
ederent. Tùm Pręfectus incredibili furore con
tus capitis eos damnauit. Nec mora. Sancti
hymnis & canticis ad certaminis locum prope

Flectuntur capite.

tes, ceruices suas gladijs subiecerunt, & glor
morte de mortis sempiternæ & hostis imperio
ump

ampharunt. Corpora eorum fuêre à viris religione & pietate eximijs, duobus ab vrbe passuum millibus sepulta.

VITA S. MACARII PATRIARCHAE Antiocheni. ex ea quæ est apud Surium optima fide. Migrauit è vita anno Domini duodecimo supra millesimum.

GEmma regalis, Armeniæ decus, parẽtum gloria beatus puer Macarius, nobilissimo apud Armenos stẽmate ortus, patrem habuit Michaelem, matrem verò Mariam, antiquissima quidem nobilitate insignes, sed quibus nõ minus splendoris & ornamẽti ab optimis moribus nati ex ipsis filij accesserit. Editus autem est in lucem ea tempestate qua Macarius maior magnæ sanctitatis vir, Antiochenam administrabat cathedram; qui cùm huius Macarij, de quo nobis sermo texitur, esset cõsanguineus, eum de sacro fonte suscepit, suumque illi nomen imponens, filij loco eum apud se nutriendum atque instituendum retinuit, vt ipse tunc grandæuus senioque fractus in hoc aliqua ratione instaurari atque renouari posset. Neque eum spes fefellit. Traditus quippe Macarius puer artium liberalium studijs, suo profectu, voto antistitis sui tam abundè respondit, vt facilè disciplinas omnes liberales, quibus Græcia Armeniaque pollebant, consecutus sit. Erat enim mente vigili, atque segnitie pigritiaque prorsùs profligata horas præcipuè matutinas accuratè collocabat.

10. Aprilis.

Patria S. Macarij & parentes.

Progressus in literis.

Cumque iam adoleuisset, solito studiosiùs visus est se componere ad imitationem beati Antistitis, animo cælestia meditari, mundi illecebras fugere, æterna appetere, studiumque omne quod anteà in

literis

literis posuerat, in religionis actibus conferre, vi
gi rumores pro nihilo putare, totumque se divi
cultui mancipare.

His nepotis sui profectibus Antistes mirificè e
hilaratus, toto cœpit pectore in id incumbere,
eum posset habere successorem. Itaque non desi
eum & Clero & proceribus, & plebi denique v
uersæ a pietate, sapientia, & inculpatis mori
commẽdare, omnesque assiduò adhortari vt nu
tum atque eruditũ à se Macarium pastorem eligi
& Cathedræ Antiochenæ præficiãt. Neque verò
vacuum cecidit adhortatio, sed statim ab obitu
nerandi senis, vnanimi omnium consensu fuit
illud honoris fastigium euectus, & iuuenis sapi
tia tamen & moribus permaturus, in beati se
throno collocatus. Non illum mutauit tantus
nor, sed incredibili mansuetudine & humili
omnium sibi animos deuinxit, & comitate c
mirabili tamen grauitate coniuncta optimè c
stitutam disciplinam conseruauit. Porrò diffi
tos mores cùm verbo tùm exemplo ita profliga
vt sermo eius sale conditus populo nunquam
esset gratissimus.

Fit Patriarcha Antiochenus.

Erat rerum omnium præter labentium cont
ptor egregius, & corporis domitor admodum
nuus. Victus erat illi non qui voluptati, sed e
me tantum corporis necessitati satisfaceret. Mo
& delicatas vestes, quibus quandoque vsus fue
asperrimis camelorum pilis permutauit, vilem
se tunicam induit. Lectuli mollitiem vehemen
aspernatus, balneis vix vnquam vsus est: sed la
simis lachymarum vndis frequenter se lauit,
totas noctes pro peccatis & salute totius mun
precibus exigebat. Neque debuit sanè illud fe
um

Victus eius & vestitus.

Gratia lachrymarũ.

um quo defluentem lachrymarum imbrem abstergebat, virtutis expers esse, quod tot lachrymis fuerat infusum. Fuit in beati viri domo Theodorus quidam leprosus (nam tales ei & familiares & non mediocri curæ erant) qui cùm præ cæteris & lepræ morbo & inopia premeretur, tale de ratione recuperandæ sanitatis secum consilium cœpit. Abijt ille tacitus ad ecclesiam, in qua vir sanctus orare consueuerat, & sudarium eius lepræ suæ admouit. Non tulit illa vim sudarij, sed probatæ fidei perhibens testimonium, cessit pulsa meritis lachrymarum. Tum verò ille ceu nouus homo audet astare viro Dei, Deoque & illi gratias agere.

Leprosi eiusdem familiares.

Leprosus curatur eius sudario.

Cernere licebat in sancti Pontificis domo, quasi nitentes quasdam gemmas, pauperes Christi, varijsque oppressos morbis, cæcos, surdos, claudos, quos quotidiè eò properantes, vt ab eo stipem acciperent, vir pius duplici beneficio prosequebatur. Quicunque enim ab eius sanctis manibus accipiebant cibum vel potum, ilicò reualescebāt: & quotquot obtinere poterant aquam, qua manus suas abluissent, integram reportabant sospitatem. Non radiabant in domo eius gemmæ & margaritæ nitentes, sed versabantur ex cęcis videntes, & ex claudis ambulantes, è famelicis satiati panibus. Non anteibant illum scutati & sericati, sed inopes & miseri eius benignitate recreati. Illis enim omnia sua distribuit, prorsùs vt nihil ei reliquum esset præter Pōtificiam dignitatem, quam quoque transtulit in Eleutherium venerabilis memoriæ virum, sola episcopali benedictione sibi retenta.

Eius studium erga pauperes.

Pauperibus omnia largitur.

Abdicat se Pontificatu.

Cumq; hoc modo terrenis omnibus nudatus esset, inter cæteros pauperes ipse quoq; pauper Christi effectus, exit è finibus patriæ suæ, & parentibus

ac cognatis frustrà reluctantibus, sequitur Christ
Et quidem ante omnia non inuitus, ipsam quoq
pro redemptore subiturus mortem si res posce
videretur, terram promissionis petijt, vt omnia
strae redemptionis mysteria contemplaretur. I
vltrò in exilium sponte susceptum, vt expedi
posset proficisci in patriam cælestem. Delectab
cum loca sacrosancta, in quibus generis humanu
demptio orta fuerat, sed multò magis delecta
cum Iudæis de illorum perfidia verba miscere
cum Saracenis congredi, si quem illorum posse
errore reuocare. Sed illi pro salutaribus mo
minas & verbera intentabant, supplicijsque a
atrociter afficiebant, vt toto corpore laniatus
ossa apparerent: non tamen quicquam de sa
prædicationis studio remisit. Auellitur indè
cijs, duciturque in medium impiæ multitud
nolensque illis cedere, in custodiam mittitur,
crucis instar, cuius gloriam prædicabat, in terr
tenditur, clauis configitur, sed terra clauos r
ente, vinculis astringitur, saxum ignitum nudo
pectori imponitur, custodibusque adhibitis,
relinquitur. Ille carceris tenebris mirificè lætu
spe cælestium præmiorũ animatus: nec deest C
stus militi suo, sed atram ergastuli noctem ca
lumen illustrat, humi iacentem diuina erigit
ratio, pœnisque absolutũ angelica fouet cõsol

Adit terrã sanctam.

Verberatur ab infidelibus.

Mittitur in carcerem.

Dirè torquetur.

Procedit ille deindè ex carcere in publicum
pent Iudæi, mirantur Saraceni, & tum illum
sese mutuo respectantes, tanta rei nouitate sta
toniti. Iubẽt acciri carceris custodes, à quibus
audiuit lucem cælitus emissam, visitationem
licam & absolutionem diuinam, cõpunguntur
de & tandem veritati assentientes verbi Dei

ſtrum venerantur, vſque adeò vt ad genua eius ad-
uoluti ſcelerum ſuorum in illum cõmiſſorum ve-
niam petierint, reiectoque errore, ad Chriſtum læ-
ti tranſierint.

Eius hoſtes conuertuntur.

Hæc cùm per regionem illam diuulgatus, homi-
num ſermo longè lateque ſpargeret, accurrũt mul-
ti, vt ſalutarem doctrinam ex nouo doctore hauri-
rent. Offerunt autem ei Eutychianum quendam in-
ter Saracenos inprimis nobilem, ab anno ætatis e-
ius nono, vt ipſi quidem aſſerebant, ad ſenectutem
vſque ſurdum pariter & mutum. Ex huius curatio-
ne volebant, doctrinæ eius capere experimentum.
Erant etiam eius dexterę manus digiti arefacti. Ita-
que rogabãt pro illo ſanctum virum, ille porrò ro-
gabat Deum, nec paſſus eſt repulſam. Audit Sara-
cenus ſeipſum abſolutè loquentem, arida manus
ſuum facit officium, idemque ipſe cum multis alijs
ſalutari expiatus lauacro Dominũ benedicit. Hoc
miraculum ingens protinùs Euangelio in terris il-
lis oſtium aperuit.

Eutychian ſurdus & mutus per Sanctum curatur.

Intereà parentum & amicorum affectus diutiùs
anti viri abſentiam ferre non potuit: mittunt igi-
ur nuncios qui eum vel nolentem retraherent. Sed
ecce dum illi violentas in eum manus mittere co-
antur, alij virtute diuina cæcitate percuſſi, alij im-
notis in aëre brachijs hærentes, cœpto deſiſtere
ompelluntur; ac tandem in fugam verſi beatũ vi-
um relinquere coguntur. Pœnitet eos interim illa-
æ viro ſancto iniuriæ, magnoque cum eiulatu ſe ſi-
i reſtitui petunt. Ille verò iniurię immemor, apud
hriſtum pro illis intercedit, atque protẽſo, quem
anu geſtabat, ſcipione & caliginem oculorum di-
ulit, & rigida brachia reſtituit: iuſſitque abeun-
s renunciare ſuis vt ad cęleſtis patriæ gaudia pro-

Vim ei inferunt parentum nuncij, ſed excæcantur.

perantem lugere ac reuocare desinant. Repen-
illi mox Armeniam, Macarius verò ad Occidem
miraculis coruscans pergere cœpit.

Fortè autem inter eos qui sanctam petebam
uitatem cæcum vnum obuiã habuit, cuius cala
tate ad misericordiam prouocatus lachryma
dit, hortatusque est omnes, vt communibus pe
bus pro salute miseri apud Dominũ intercede
Tum Episcopus admota, quam gestabat, cruce
lis cæco lumen restituit, summoque exultante
dio à se dimisit. Peruenit deindè vir sanctus
socijs ad locum quendam nimia siccitate labo
tem, prorsùs vt in magnum omnes periculum
ducti viderentur. Ille autem de Christi miser
dia confisus, scipione crucis signum terræ impr
& protinùs profluentem aquæ vim scaturire fe

Cæcum cruce illuminat.

A quam crucis signo elicit e terra.

Post multa terrarum emensa itinera tande
Bauariam peruenit, vbi ab Adelberto summ
gnitatis viro, hospitio recept° miracula renom
Vxor eius Aua nomine diuturno morbo fatig
extrema tendebat; iamque omnis spes vitæ a
erat, cùm vir sanctus ad solitas recurrens pre
quam benedicit, crucemque intingens tres
guttulas in laborãtis os instillat, ac protinùs a
mortis aditu ad vitam retrahit.

Venit in Bauariam.

Nota vim Crucis & aquę sacratę.

Indè Moguntiam perlatus obuiàm habuit
quendã, ab imminenti mortis periculo fuga
ripientem. Pallebat miser, morti, quam fug
tebatur, non multùm dissimilis. Insequebam
nim hostes, certissimam illi necem allaturi.
tem vt ad beatum Macarium peruenit, ad pe
ius corruit, petens vt præsens periculum à ce
bus suis auertat. Aduolant hostes, ipsi quoque
to viro necem intentantes, si scelerati patroci

Venit Moguntiam.

ſuſcipere auſus ſit. Ille verò armis, quibus pugnare ſolebat, probè munitus inter reum & tela hoſtilia ſtat imperterritus; obijcit illis furentibus ſcutum inexpugnabile, crucem illam ſuam, in cunctis actionibus ſuis familiare ſibi perfugium. Vidiſſes illic pium ſanè ſpectaculum: hoſtes arma vibrare, iuſtum precibus & meritis pugnare, ac tandem gloriosa victoria potiri. Hoſtes enim, etſi ſancti episcopi verba non intelligerent, eximio tamen ſplendore, qui ex vultu eius relucebat, commoti atque ad miſericordiam flexi ex equis deſilierunt, eiusque non modò veſtigia amplexantur, ſed ipſum quoq; reum, cuius paulò antè ſanguinē ſitiebant, ad oſculum admittere non recuſarunt. Crucem opponit telis hoſtium.

Poſt aliquot dies Moguntia digreſſus Coloniam acceſſit, Sanctorum cultura nobilem, vbi à quodam Tizone viro rerum opulētia nulli ſecundo & morū honeſtate clariſſimo honorificè non minus quàm officiosè hoſpitio exceptus eſt. Sed is idē cùm multo iam tempore regio morbo laboraſſet, nihil ſibi habere videbatur: quādiu corporis ſalute carebat. Nec poterat vlla medicorum induſtria opem aliquam polliceri, prorsùs vt in tanta opum affluentia nihil eo viueret calamitoſius. Sed Macarius ſuo aduentu inſperatam ſalutem attulit, cibosque benedictione ſua conſecratos obtulit, quibus proſtratam & penitus extinctam appetendi vim excitauit, & breui integræ ſaluti reſtituit. Hinc verò vir ſanctus digreſſus loca omnia Sanctorū meritis inſignita luſtrauit, tandēque Machliniam delatus eſt, vbi etiam incendio obuia quæque deuaſtante, crucis ſigno extincto, ſanctitatis ſuæ virtutem oſtendit. Coloniam ingreditur. Adit Machliniam.

Poſt hæc vir Dei Malbodium proficiſcitur, quod eſt ſacrarum virginum monaſterium ſanctiſſimæ Venit Malbodium.

Aldegundis virginis reliquijs celebre: ibi à Dum
do comiter susceptus, voluit sibi venæ sectione
quid de sanguine detrahi. Eum sanguinem hos
in vasculum excipiens, vni è seruis summo stu
asseruandum tradidit. At nequam ille seruus
dia stimulante, sacrum cruorem in latrinam
dit: sed mox diuina vindicta lepra percussus
quitatis suæ præmium recepit. Porrò beatus Pa
archa Malbodio Cameracum abiens, paucis ad
dum diebus ibi commoratus quantæ sanctitatis
set, diuinitùs innotuit. Nam quodam die, Sol
occasum declinante, sanctissimę virginis basili
intrauit, suo more ibidem in diuinis laudibus
noctaturus: sed eum custos templi non sine in
eiecit, bileque percitus ostium obserauit. At
sanctus nihil ea iniuria commotus ante fores
siæ in precibus se prostrauit: & eccè ostium b
cæ diuinitùs patefactum viri sanctitatem dec
uit: non tamẽ Sanctus ingredi voluit, nè infir
hominem magis perturbaret. Sed custos cùm a
cturnas preces fores resecaturus aduenisset, ex
patentes, & peregrinum humi prostratum in
set, timore penè exanimatus est. Mane autem
res omnibus innotuisset, hospes exclusus cœp
beri clarissimus: sed ille ab humana laude p
mùm abhorrens, Tornacum statim se contul
exortam ciuium inter ciues funestam seditio
precibus & crucis suæ, quam gerebat, trophæ
cto, non sine miraculo, compescuit.

Iam multo tempore beatus Patriarcha no
uos longinquę peregrinationis labores exhau
quibus cùm tandem Dominus finem imponer
let, Gandauum peruenit, vbi in monasterio ab
bate Eremboldo peramanter receptus est: cui

Vltio diuina in seruũ malignum.

It Cameracum.

Tornacum se confert.

Venit Gandauum, & in Abbatia S.

gregia ben
imia pern
exigere sta
uensis diti
que vllum
ficijs vacu
latum esse
tia curam
incommod
morbos fu
auxilium
Inter ha
petendi Ar
bus ab ea n
in viam, v
correptus
restrem m
Sæuiebat t
diem imma
um multit
essent, qui
omnis hum
no homini
ad Dei imp
eccè dum i
ant, Deus q
ed vnum e
s postremù
æuientis m
i quidem a
us gratia, n
t præter se
cubiturur
Tertius i

gregia beneuolentia & fratrum etiam charitate eximia permotus, apud illos reliquum vitæ cursum exigere statuit. Crebrò visitabat ecclesias Gandauensis ditionis, precibus nocte dieque vacabat, neque vllum tempus à conferendis in populum beneficijs vacuum ducebat. Quicquid ei à fidelibus oblatum esset, mox in pauperes, quorum ille ab infantia curam gesserat, conferebat. Permultos à varijs incommodis liberabat. Manuum suarum contactu morbos fugabat, & cuiuis in calamitate opem & auxilium mira benignitate ferebat.

Bauonis amanter accipitur.

Benignitas in pauperes.

Inter hæc dulcis patriæ recordatio desideriũ repetendi Armeniam ei ingessit, adeo vt nullis precibus ab ea mente reuocari posset. Sed accidit cùm se in viam, vno comitatus socio, dedisset, vt morbo correptus redire cogeretur, & dum ille patriã terrestrem meditatur, Deus illi cælestem præparat. Sæuiebat tum temporis inaudita quædam ad illum diem immanissimæ pestis rabies, adeò vt morientium multitudo superstites vinceret, vixque reliqui essent, qui humandis corporibus sufficerent. Iamq; omnis humani auxilij spes ablata erat, cùm triduano hominibus pariter ac iumentis indicto ieiunio ad Dei implorandam opem omnes confugiunt: & dum illi hac religione Deum placare instituunt, Deus quidem misericordiam suam nõ differt, sed vnum ex omnibus eligit, in quem sæuissima lues postremùm irrueret. Is fuit beatus Macarius, qui sæuientis morbi contagione factus, primò loquendi quidem amisit facultatem, sed prophetica donatus gratia, nutibus & quibus poterat signis, prædixit præter se & alios duos neminẽ deinceps ea peste occubiturum: quod posteà rei euentus approbauit.

Dum vult redire in patriam diuinitùs impeditur.

Immanissima pestis in Flandria.

S. Macarius peste inficitur.

Tertius iam indicti ieiunij instabat dies, cùm

paruulis & vitulis etiam materna negarentur
ra, & modis omnibus propè vis regno cælorum
ferebatur. Vbique luctus, vbique clamor audi
tur, & plurima mortis imago: pecudes quoq
iumenta intolerabiles ad vacua præsepia ede
mugitus. Flectitur interim benignus Deus &
ritatem lenitate temperat. Porrò Patriarcha M
rius recuperata voce post solennem supplicat
post preces & lachrymas, pro peccatis fusas,
quidem ad ædes proprias dimisit: ipse verò
fratribus ad cœnobium abijt, ingressusque cu
lis in refectorium charitate potiùs quàm nece
te adductus hilarem se omnibus exhibuit, atq
institutum mutarent ieiunium voluit. Cumq
appositis pauxillum gustasset, vltimum vale
episcopali benedictione fratribus impendit,
demùm ad lectulum redijt. Ibi expansis ma
oculisque insita pietate ad Deum erectis int
gelorum multitudinem, qui tecta pium asta
horrorem incutiebant, spiritum feliciter e
uit: impletaque est prophetia eius, ipso po
ex ea peste occumbente.

S. Macarius moritur.

Corpus eius cùm non vulgari deuotione fu
te altare S. Pauli, quem locum ipse sepultur
designauerat, conditum: atque sub Sigero Ab
qui quartus fuit ab Eremboldo, eleuatum, &
grum omninò repertum. Huic eleuationi int
re Rex Gallorũ Philippus, Comes Balduinus
proceribus suis & Adela coniuge filioque B
no Hannoniæ Comite. Balduinus quoque N
mensis & Lietbertus Cameracensis Episcopi.
tis verò miraculis etiam post obitũ claruit vi
ctus, quæ nos breuitatis causa præterimus.

MAR

MARTYRIVM S. ANTIPAE PERGAMI

Asiæ Episcopi, quem S Iohannes in Apocalypsi sua testem fidelem appellat. ex Simeone Metaphraste.

DOmitianus qui Apostolorum tempore Romanum obtinuit Imperium, cùm stultissimo idolorum suorum cultu ebrius, Christianorum quoque sanguinem sitiret, tunc sanè præcipua quædam martyrum pro Christi Saluatoris fide vbique decertantium, virtus apparuit. Tunc & Ecclesiæ fideique basis & Christianæ veritatis fundamentum, atque æternæ diuinitatis vnigeniti præco Iohannes præstantissimus in Patmum insulam relegatus est. Vbi dùm magnum martyrum cœtum, ijs quę de septem Ecclesijs scripsit, confirmaret, Antipas testis meus fidelis, inquit, qui occisus fuit apud vos, vbi satanas habitat. E quibus sanè verbis intelligi potest, quibus essent moribus præditi homines illi, qui Pergamum incolebant, vbi erat satanæ domicilium. Ibi nec naturæ lex seruabatur, nec iudicia vlla fiebant. Tantum quisque sibi iuris vindicabat, quantum viribus & robore valebat: sibiq; satis iusti videbantur & fortes ac boni, qui Christianum aliquem detulissent.

II. Aprilis.

Domitian' Imperator.

S. Iohannes Euangelista in Patmum relegatur.

Cùm igitur res Christianorum magno in discrimine versaretur, Antipas vir strenuus & constans nõ modò non formidabat, sed sæpius, neglectis tormentorum minis, in publicum prodibat, & tãquàm Sol quidam tenebricosos idololatrię errores sincerę fidei splẽdore discutiebat, adeò vt dæmones, qui mira religionis superstitione in ea vrbe colebãtur, fugarent recederent, eiusq; conspectũ vehementer formidarent. Hinc frequenter suis sacrificiis in somnis apparebant, asserentes se nec sacrificiorũ esse participes, nec nidorẽ suscipere, propterea, q̃ à Christia-

Antipæ egregia fortitudo.

Dæmones eius cõspectum formidant.

norum principe Antipa fugarentur. Quare in
gnata multitudo impetu in Antipam facto, e
ad locum sacrificiorum pertraxit. Ibi Præfec
tú nè es, inquit, Antipas ille, qui neque Imperat
decretis obtemperas, aliosque in eandem rebell
nem adhortaris, & insuper sacrificia ipsa iti
turbas, vt dij omnes, in quorum tutela atque pa
cinio ciuitas delitescit, indignabundi recesser
suoque nudatam præsidio ciuitatem reliquer
Satis tibi sit ad hunc vsque diem Christianæ su
stitioni vacasse. Resipisce tãdem & legibus no
pare, deosque tutelares humili obsequio rev
Quod si facere recusas ex Romanorum legum
scripto meritis supplicijs afficieris.

Captiuus ducitur à multitudine ad Præfectum.

Ad hæc Antipas vultu animoq; planè intre
respondit: Vnum hoc scito me Christianum e
legibus omni ratione vacuis omninò parere n
Et quoniam quæstionibus tuis respondẽdum e
faciam libenter. Si enim dij, quos adoratis, &
totius orbis dominos asseritis, sic ab homine
tali in fugam verti se dicunt, vt vestrum auxil
opemque implorare cogãtur, cùm illi vindice
tiùs vestri esse debeãt, facilè potestis errorem
scere. Quomodo enim, qui seipsos vlcisci no
sunt, gentem vniuersam in periculo cõstituta
berabunt? Quare æquum est vt relicta patria
stitione, Christo credas, qui de cælis ad nos de
dit vt hominum genus à miserrima dæmonum
uitute in libertatem vindicaret: quique viv
& mortuorum iudex constitutus, in fine se
rum digna vnicuique factis suis præmia rett

Antipæ ad Præfectum responsio.

Ad hæc Præfectus: Vos antiquissima deorum
ligione neglecta nouis quibusdam legibus &
tutis recenter inuentis obtẽperare vultis: Nos

Impius Præfectus argumentatur à religionis antiquitate.

cùm non ignoremus vetera recentibus esse prestantiora, & quæ temporis lōginquitate sunt confirmata nouis esse laudabiliora, nullo modo patimur, religionem à maioribus per manus traditam violari, & insana quadam hominis cuiusdā in crucem acti, doctrina peruerti ac nefariè conculcari. Cui Antipas: Si, inquit, vetustissima quæque sunt obseruanda, cur non & Cain fratricidij inuentorem imitamini? Cur non eos vobis proponitis imitādos, qui cælum conscendere conati sunt, aut qui se cum proprijs sororibus commiscere non sunt veriti? vndè diluuium genus eorū deleuit, qui piam ac rectam viuendi semitam ingredi neglexerūt. Quamobrem si vos istos propter antiquitatem & eorum flagitia imitari volueritis, non per aquam ampliùs, sed per ignem æternum & vermem, qui nūquam moritur, consumemini, nisi resipueritis.

Genes. 4.

Genes. 6.

Diluit argumētum hoc Antipas.

Hæc atque alia virum sanctum loquentem corripiunt nefarij, & ad templum Dianæ, vbi statua bouis ænei copioso igne erat succensa, pertrahunt, inque eum beatū martyrem conijciunt. At ille cum se Christi signo munijsset, in eiusmodi cruciatu cōstitutus multiplicatis precibus atrox supplicium fortiter sustinuit, factoque precandi fine, tanquam graui somno captus, spiritum reddidit, & gloriosa martyrij corona redimitus in cælum euolauit.

Rapitur ad supplicium S. Antipas.

Reddit spiritum.

Tunc viri pietate & religione eximij, collectas magno studio reliquias in hoc loco Pergami collocarunt, vbi sanctus multis admodùm coruscans miraculis Christi nomen in Sanctis suis gloriosum illustre reddit.

VITA S. ISAAC SERVI DEI. EX I

quæ est per Gregorium Papam lib. 3. Dialog. cap.
Illustris eius memoria viget adhuc Spoleti, vbi
ruit sanctitate.

11. Aprilis.

Gregoria fugit nuptias, & fit sanctimonialis.

PRioribus Gotthorum temporibus fuit in
Spoletanam vrbem vir vitæ venerabilis Isa
nomine, quem inter alios optimè nouit fa
virgo Gregoria, quæ dum adolescentiæ suæ tem
re, constitutis iam nuptijs, in ecclesiam confu
set, fuit ab eodem viro sancto contra vim defe
& ad eum quem desiderabat habitũ, Domino p
tegente, perducta.

S. Isaac prolixæ preces.

Hic itaque Isaac cùm primùm de Syriæ parti
ad Spoletanam vrbem venisset, ingressus eccles
petijt à custodibus, vt sibi liberam quouis temp
orandi in ecclesia facultatem cõcederent. Qua
petrata, mox in oratione prostratus tres admod
dies cum duabus noctibus in precibus mira cõ
tia perseuerauit. Cumque hoc è custodibus
superbiæ spiritu inflatus cerneret, cœpit virũ
ctum inepta verborũ petulantia simulatorem
pellare, & verbo rustico impostorem clamare,
bisque insuper verbera iungens, per summam
riam è templo inflicta alapa eiecit. Sed hunc re
tè vltor spiritus inuasit, & ad viri Dei vestigia
uit, ac per os illius clamare cœpit, Isaac me e
Isaac me eijcit. Vir quippè peregrinus de no
incognitus, per immundum spiritum, qui se ab
eijci posse clamauit, omnibus innotuit. Mox a
super vexati corpus vir Dei incubuit, & mal
spiritus qui eum inuaserat abscessit. Quo mir
lo protinùs per vrbem diuulgato, ingens vtr
sexûs multitudo accurrere cœpit, certatimque

S. Isaac eijcitur ex templo.

Obsidetur à maligno qui eum eiecerat.

Liberatur per Isaac.

suis in domibus rapere conabatur. Alij ad construendum monasterium prædia, alij pecunias, alij subsidia quæque poterant, offerre viro Dei suppliciter volebant. Sed seruus Dei oblata admittere præcisè recusauit, vrbemque egressus, in deserto vile potiùs domicilium elegit. Cuius exemplo prouocati non pauci, ardenti æternæ vitæ desiderio accensi, relictis omnibus se eius in disciplinam tradiderunt. Cumque discipulorum numerus excreuisset, illi crebrò monere non destiterunt, vt oblatas in vsum monasterij possessiones acciperet: ille verò contrà, sollicitus paupertatis suæ custos, in sententia perseuerabat: Monachum qui in terra possessiones quærit monachum non esse. Et sanè sic metuebat paupertatis suæ securitatem perdere, sicut auari diuites solent perituras diuitias custodire.

Vide priscorum hominum feruorem ad extruenda monasteria.

Summũ studium paupertatis in Isaac.

Ibi itaque prophetiæ spiritu magnisque miraculis, cunctis longè lateque habitantibus vita eius inclaruit. Nam die quadam ad vesperum futurorum præscius, præcepit discipulis vt in horto monasterij ferramenta certo numero iacerent, quas nos vsitato nomine Vangas vocamus. Nocte verò eadem cùm ad diuinas cum fratribus laudes euigilasset: ite, inquit, & operarijs nostris pulmentum coquite, vt primo manè paratum sit. Facto autem mane hortum cum fratribus ingressus tot in eo laborantes operarios inuenit, quot vangas iactari præceperat. Ingressi quippè fures fuerant, sed mutata per spiritum mente, apprehensis, quas inuenerant, vangis, cuncta horti illius spatia, quæ inculta fuerant, coluerunt. Ad quos vir Domini ingressus, ait: Gaudete fratres, multùm laborastis, iam quiescite, & statim alimentis, quæ detulerat,

Fures deprehẽsos vt tractauerit.

eos post tanti laboris fatigationem refecit, refeci-
que ait: Nolite malum facere, quoties de horto
quid vultis, ad horti aditum venite, tranquille p
tite, cum benedictione percipite, & à furti prau
te cessate. Quos deinde collectis oleribus à se o
stos dimisit. Actumque est, vt qui ad hortum noc
ri venerant, cum laboris sui præmio & reple
eo & innocui redirent.

Alio quoque tempore peregrini quidam pa
obsiti ac seminudi ad eum accesserunt, humilite
liquod nuditatis suæ tegumentum postulantes
vir Dei qui fraudem intelligebat vocatum ad
discipulis vnum in syluam ad cauam quandam
borem misit, vt recondita ibidem vestimenta a
deferret. Quæ abiens ille vt missus fuerat, inue
& latenter magistro detulit. Quæ vir Dei susc
ens, peregrinis nudis atque petentibus ostendi
præbuit. At illi hæc intuentes magno pudore
sternati sunt: & qui fraudulenter vestimenta
rebant aliena, confusi receperunt sua.

Facinus improbum per spiritum intelligit.

Alio item tempore, quidam se eius oratio
commendans, sportas duas alimentis plenas
puerum ei transmisit, quarum vnam fraudul
puer surripuit, & in itinere abscondit: alteram
rò ad hominem Dei detulit, & petitionē illius
se ei per xenium commēdauerat, enarrauit. Q
vir Domini benignè suscipiens, eundem pu
admonuit, vt relictam in itinere sportam no
cautus tangere presumeret: quia in eam serpe
gressus esset. Quibus verbis puer valdè com
exultauit quidem quod mortem euasisset, se
stis propter verecundiam abscessit: reuersus
sportam à serpente eam, quemadmodùm vi
ctus prædixerat, occupatam inuenit.

Item aliud.

Sed hic Sanctus cum tot tantisq; virtutibus, contemptu rerum transeuntium, prophetiæ spiritu, orationis intentione incomparabiliter esset præditus; vnum tamen erat quod reprehensione aliqua dignum putabatur: quia nonnunquàm tanta ei lætitia inerat, vt illis tot virtutibus, nisi sciretur esse plenus, nullo modo crederetur. Sed magna est hæc omnipotentis Dei dispensatio: & plerumque contingit, vt quibus maiora bona præstat, quædam minora non tribuat: vt semper eorum animus habeat, vndè se ipse reprehendat: quatenùs dum appetunt perfici esse nec possunt: & laborāt in hoc quod non acceperunt, nec tamen elaborando prevalent, in his quæ accepta habent, se minimè extollant: sed discant, quia ex seipsis maiora bona non habent, qui in semetipsis vincere parua vitia atque extrema nō possunt. Fit itaque vt miro modo vna eademque mens, & virtute polleat & ex infirmitate lacescat: quatenùs & ex parte constructa sit, & ex parte conspiciat se esse destructam: vt per bonum quod quærit & habere nō valet, illud seruet humiliter, quod habet. Sic ergò & in vnaquaque anima agitur, vt in humilitatis custodiam aliquādo ad lucra maxima ex minimo damno seruetur.

Cur in sanctis viris interdùm parua quædam vitia inhæreant.

VITA S. GVTHLACI ANACHORETAE & Confessoris. ex ea quæ est apud Surium. Hanc vitam scripsêre viri sancti, Gulielmus Rameseij Anglus Benedictinus, item Felix Crolandiensis Benedictinus. Floruit hic Sanctus circa annum salutis septingentesimum & sextum.

IN diebus Ethelredi regis Merciorū, nobilis quidā nomine Penvvaldus regali progenie ortus, ex vxore sua Tecta sanctum progenuit Guthlacum

11. Aprilis.

Parentes S. Guthlaci.

cum ſeruum Dei eximium, puerũ facie admodũ de-
cora, gratũ adeò & acceptũ omnibus, vt etiam ſo-
aſpectu animos hominũ ad gratiam & fauorẽ il-
cõciliaret. Ante verò quã in lucem ederetur, fuit o-
leſti prognoſtico deſignatus. Nam cũ eius genit-
cũ partûs doloribus conflictaretur, manus rubri-
toris cælitus miſſa, ad oſtium domus ineffabili fi-
gore coruſcare eſt viſa: vndè ingẽs hominũ mult-
tudo ad inauditæ viſionis prodigiũ accurrens, m-
gnũ diuinę diſpẽſationis myſteriũ expectabat. Q-
que ſtupore magno ſecundũ varios animorum m-
tus, opinionib⁹ ambiguis fluctuaret, vna obſtem-
de domo egrediẽs, infantẽ iã natũ eſſe ꝓclama-
qui maximã apud oẽs expectationẽ ſui cõcitab-

Viſio admiranda dum naſcitur.

Intereà cùm annum quartum & vigeſimum a-
giſſet, & ſui generis inimicos inualuiſſe cõſpice-
cœpit ad militarem gloriã animo magno aſpi-
decoratusque cingulo militari, in hoſtiles pop-
immaniter ſæuire, vrbes oppugnare, caſtella
uertere, & obuia quæq; hoſtilia demoliri; ita t-
vt inter armorũ crudelitatẽ ſuis ipſe Chriſtu-
ſericors eſſet, & tertiã prædæ partẽ illis refund-
Tandem diuino inſtinctu, prudẽter admodũ m-
& horrendos regũ & magnorum principum e-
ad memoriã reuocans, tota mẽte ad Chriſti m-
aſpirare cœpit; abiectiſq; armis, Rependonia-
monaſticis ſe diſciplinis mãcipauit: vbi cũ al-
diu ſtrenuè Chriſto militaſſet, ad maiorẽ perf-
onis gradũ aſpirans, impetrata à fratribus ve-
vaſtã quandam inſulã, ob eremi mõſtra & lar-
dæmonũ formas inhabitalẽ, quã Croulande a-
lant, die S. Apoſtolo Bartholomęo ſacro, cũ de-
iuuenibus abijt: vbi ædificato modico tugu-
ſolo pane & aqua lutulenta vitam cõtra varias
mo-

Dat ſe militiæ in iuuentute.

Monaſteriũ petit poſthabita malitia.

Inſulã horridã ingreditur victurus ſolitarius.

monum insidias cum præclaro certamine instituit.

Et quidē humani generis aduersarius, qui nullo nō tempore perniciem ei moliebatur, die quodam tam vehemēti tentationis procella eum concussit, vt planè in desperationis barathrū deuolutus, desertū reliquisset, pristinasq; vitæ delicias repetijsset; ni præsentia S. Apostoli, quem sibi patronū elegerat, cōfirmatus fuisset. Is enim cùm Christi militem planè prostratū cerneret, visibili specie adfuit, eiusq; animū, varijs scripturę locis in mediū prolatis, ita roborauit, vt resumptis protinùs viribus ad intermissum certamē rediret, ac hostē in fugā conuerteret; prorsus vt deinceps desperationis spiritus nunquā eum aggressus fuerit. Nec tamē ea propter, oēm victoriæ spem maligni abiecêre, sed transfigurantes se in Angelos lucis callidè insidias struxêre: vt quod viribus non poterāt, dolo obtinerēt. Persuadebant vt hebdomadarū inedia carnē subiugaret, summumq; perfectionis gradū hac via ascenderet. Proponebant Moysi & Eliæ ieiuniū, & aspera, sanctorū Patrū qui in Sceti cōuersati fuerant, certamina, quibus eum inferiorē esse turpe dicebant. Et certè hac ratione facilè in fraudē & certum exitiū vir sanctus pulsus fuisset, nisi inuocato ardētiùs Christi nomine, maturè hostium versutiā intellexisset.

In tentationibus cōfirmatur per S. Apostolum Bartholomæum.

Fallax dæmonū consilium.

Cùm autē neque hæc fraus succederet, paucis deindè elapsis diebus, noctis intempestæ silētio irruit in eū, vi magna, infinita dæmonū caterua, raptumque è cellula in paludes cœnosas demergūt: ac inde denuò extractum per loca aspera & inextricabiles veprium densitates absportant, vrgentque verberibus ac tormētis, vt insulam deserat, ni horrendum mortis suppliciū expectare mallet. Sed cū neque cruciamētis neq; minis vir sanctus moueretur,

Infestatio dæmonum.

caco-

cacodæmones cum horrendo stridore, arreptum
inferorum fauces perducunt. Tum Guthlacus
tiens gehennæ fœtorem, & æstuantes ignis sulph
rei globos, omnia quæ passus fuerat, comparati
illius angustiæ, leuia putabat. Videbat enim no
ne dolore & gemitu, inter sulphureos ignium
pores, inter fauillarum voragines, inauditos ho
num cruciatus, in quos se eum detrusuros mi
bantur. Hæc dum fierent subitò adfuit admira
splendore coruscans Bartholomæus, qui mi
dæmonum voces comprimens mandauit, vt si
liqua corporis molestia ad habitationis locũ
reducerent.

Videt cruciatus inferorum.

Iterũ ei apparet S. Apostolus.

Videntes igitur maligni quòd virum Dei
possent tentatione subuertere, Clericum quen
Bertelinum nomine, (qui sub B. Guthlaci insti
one diuinis mancipatus obsequijs Deo milit
tanto prauæ cupiditatis ardore inflammarum
magistri sui perimendi cogitationem suscep
quô ipse sibi res atque domicilium eius quasi
ditario quodam iure per summum scelus ven
ret. At pius Christi seruus splendore celestis g
mirificè illustratus, cùm Bertelini scelus mi
eum lateret, illi ad se accersito consilium scel
iniquitatis plenum detexuit, monuitque vt à
mentis furore maturè resipisceret. Ille aute
prehensum se sentiens, statim viri pedibus cu
chrymis se prostrauit, veniam petijt & obti
qui posteà beato Guthlaco fidelis admodum
& ad extremum vitæ spiritum cum illo perm
sepulturæ eum tradere meruit.

Videt Bertelini cõtra se machinationes.

Alias quoque dæmonum insidias in vasta
remo est perpessus, sed is longo bellandi vsu
stior factus, eas omninò nihili faciebat. Nocte

dam cum vigilijs & precibus attẽtus insisteret, rursus innumerabilis dæmonũ multitudo adfuit, quæ assumptis brutorum animantium formis, minas & tortores intentabat: sed vir sanctus solo Crucis signo omnes in effusam fugam compulit. Porrò hirundines & cæteræ eremi aues, feræ quoque sylue-stres, & stagni pisces, incredibili mansuetudine ad eum accedebant, scapulisque eius insidentes, quodam gratulationis applausu sancti viri humanitatem prædicabant.

Aliæ dæmonum vexationes & præstigiæ.

Feræ & volucres ad eũ accedunt.

In Orientalium Anglorum finibus iuuenis quidam sæuo obsessus dæmonio tanto furore agitabatur, vt cùm sua ipsius membra dentibus vnguibusq; laniaret, tùm tres homines, qui eum vinculis contringere nitebantur, interfecerit. Hic cùm ad varia sanctorum loca deductus nullum mali sui remediũ inueniret, tandem à B. Guthlaco triduo in ieiunio & precibus perseuerante, fuit liberatus, sanusque & incolumis parentibus restitutus. Claruit quoque vir sanctus insigni spiritu prophetiæ, adeo vt absentium dicta factaque, non secus ac si præsens esset, cognosceret.

Dæmoniacus valdè sæuus curatur.

Porrò quidam antistes Hedda nomine, cùm multa eaque admiranda de eius vitæ ratione ac sanctitate audiuisset, eum ad sacerdotij gradum promouit, effecitque vt Guthlacus, quod à primo conuersionis suæ initio nunquam facere voluit, inuitus & compulsus cum ipso in mensa discumberet. Per id tempus virgo quædam Edburga filia regis Adulphi cumbeum ei sarcophagum cum linteo, haud exigui precij, transmisit: orans atque obsecrans vt eo, in sepultura sua, vti dignaretur, sibique indicaret, quem nam in ea solitudine esset habiturus successorem. At vir sanctus ægrè tandem admisso munere respon-

Fit sacerdos.

Prædicit quem sit habiturus successorem.

respondit: Successorem illum etiamnũ ethnicum esse, breui tamen baptizatum iri. quod quidem factum est. Quidam enim Cissa nomine, post eius ex hac vita decessum, ad Christi nomen adiunctus eius meruit locum occupare.

Hoc autem ad consolationem eorum qui ad pro sua salute certamina suscipiunt, & Christi more omnibus mundi voluptatibus renunciant, lentio prætereundum non est, quòd vir sanctus vasta illa eremo angelica meruit manè semper vesperi visitatione consolari, per quam susceptos bores & tentationes non modo releuabantur, absentia etiam & arcana cælestia cognoscebat.

Angelus ei quotidie locutus est in eremo degenti.

Appropinquante verò die obitûs Bertelinus se vocauit, cui postquam multa eaque præclara lutis dogmata dedisset, inter circumfusam ang rum turbam oculis manibusque cum insita p ad cælum sublatis, tertio Idus Aprilis obdorm in Domino. Commiserat vir sanctus corpusc pulturam sorori suæ Pegæ, cui hoc per Bertel in mandatis dederat, vt quæ ad funeris curam ctarent, decenter perageret. Illa igitur audit tris sui obitu, ad insulam venit, sentitq; tota bitationem supra omnem fragrantiam incom bili odoris suauitate repletã: humatoque S. laco in eius oratorio ad propria remeauit.

Migrat ad Dominum.

Sepelitur à sorore sua.

Vixit autem Sanctus in illa eremo annis que cim, cùm anteà ab anno ætatis suę vicesimo q annos admodùm octo in vanitate ac ferocita duxisset. Porrò eximia eius sanctitas vt in vi tis magnisque clara miraculis coruscauit, ita in defuncto corpore illustris permansit. Na pso ab obitu eius animi circulo, cùm soror religiosis viris sacrũ corpus magnifico mo

to honorare vellet, fuit integrum planè & incorruptum, dormienti quam mortuo similius, inuẽtum. Vestes quoque omnes, quibus fuerat inuolutum, prorsùs inuiolatæ pristino candore nitebant. Locus autem ipse innumeris miraculis celebris, fuit Ethelbaldi regis beneficio (cui Guthlacus post mortem apparuisse fertur) nouæ ecclesiæ fabrica decoratus, & multis ædificijs atque ornamentis (ad consolationem eorum qui Guthlaci vestigijs insistentes Christo eo in loco militare cupiebant) auctus ac illustratus.

Corpus ei post obitũ integrum inuentum.

VITA ET MARTYRIVM S. SABAE

Gotthi. ex ea quæ est per Ecclesiam Gotthiæ conscripta, habeturq; apud Metaphrasten. Passus est anno Domini trecentesimo septuagesimo secundo.

12. Aprilis.

SAnctus Sabas martyr Christi eximius, in Gotthia oriundus, vitam in medio generationis prauæ atque peruersæ ita ab omni contagione peccati illibatam duxit, vt instar clarissimæ stellæ in mundo fulgeret. Neque enim semel sed sæpè, ante quàm pro fide martyrio coronaretur, re ipsa seipsum veræ pietatis acerrimum defensorem ostendit. Cùm enim Gotthiæ principes & magistratus Christianæ fidei cultores ad nefaria sacra, quæ dijs eorum immolata erant, edenda cogerent; & Gentiles quidam consilium inijssent, vt pro immolatis, quæ immolata non erant, Christianis suis propinquis proponerent; quo ab imminenti mortis periculo eos eriperent; Sabas non solùm ipse vetitos cibos comedere recusauit, sed in medium prosiliens voce libera & constãti protestatus est omnibus, qui carnibus illis comederent, veros syncerosque Christianos non esse. Hac de causa, qui fraudẽ mo-

Genus Sabæ.

Syncerita S. viri.

liebantur, eum ex illo vico repulerunt: sed post tamen, cessante nonnihil persecutione, reuocarunt.

Cæterum cùm rursùs noua persecutionis procella intonaret, & quidam ex eiusdem vici gentilibus victimas dæmonibus offerentes, iureiurando firmare vellent, neminem in vico suo Christianum de imbutum esse; Sabas magna cum fiducia ita in confessum illorum prodiens. Nemo, inquit, me iuret, ego enim Christianus sum. Denique stante persecutione præfati Gentiles, celatis propinquis suis, vnicum se tantùm Christianum in eo habere affirmarunt. Hic erat beatus Sabas de ius dignitate & diuitijs, quibus siccis faucibus abat, Præfectus, cùm multa studiosè admodùm cunctatus esset, eumque propter Christi amor omnibus nudatum bonis sponte sua intellexit contempsit eum vir iniquus: atque hoc modo ctum liberum abire permisit.

Eximia S. viri constantia.

Contemnitur à iudice propter paupertatem.

Post autē cùm persecutionis furor quotidie gis magisque inualesceret, Sabas ad Sansalam gni pietate ac religione presbyterum se contu cum eo diem illum, qui ingenti Christianorum titia in memoriam Christi à mortuis suscitati tur, celebraret. Cæterum tertia post celebratam nocte, eccè ex impiorum decreto Atharidus Rhotesti reguli filius, cum magna latronum manu sti reguli filius, cum magna latronum manu gum irruit, & sacerdotem è lectulo vinctum cit: Sabam verò planè nudum per densos spi aculeos raptat, & fustibus ac flagellis crude mactat. Sed hæc hostium crudelitas non modo iusti constantiam non fregit, sed fidem po patientiam mirificè exercuit.

Sanctus dies Pasche.

Atharidus Rhotesti reguli filius Sabam crudeliter tractat.

Mane enim facto Christi martyr in pœnis tans, fuit ab omni supplicij atrocitate illæsus

uentus: adeò vt suis ipse tortoribus insultaret, & ineffabilem Christi sui bonitatem ac potẽtiam prẹdicaret. Tùm verò carnifices cùm nullum omninò crudelitatis suæ vestigium in carne eius extare cernerent, sublatum axem vi magna humeris eius imposuerunt, ac manus pedesque extremis axis partibus alligarunt, multisque iniurijs oneratum non priùs nouis nouisque supplicijs fatigare destiterũt, quàm nimia lassitudine oppressi in somnum laberentur. Illis autẽ alto sopore depressis, mulier quædam ad ministeria domûs suę euigilans eum soluit: ille verò solutus nequaquàm fuga salutem quæsiuit, sed eodem in loco intrepidus permanens adiutrices manus piæ mulieri in opere suo tulit: & lætus ac gaudens nouas pro Christi nomine contumelias ac supplicia expectabat.

Immaniter torquetur.

Eius cõstantia eximia.

Primo igitur diluculo crudelis Atharidus, re cognita vinctum manibus ad præcelsam domûs trabem suspendi iussit, cibosque idolis immolatos obtulit: quos vir sanctus respuens, Quis, inquit, hæc nobis mittere præsumit? Impuri & profani sunt isti perditionis cibi, quemadmodum & ipse Atharidus à quo missi sunt. Hæc aliaque illo loquente, vnus è seruis Atharidi ira inflãmatus, vas quoddam in sancti viri pectus tanto cum impetu coniecit, vt omnes crederent statim eum interiturum. Verum ille pietatis studio vulneris dolorem superans nullum omninò vel gemitus vel doloris signũ edidit.

Dolorẽ præ ardore pietatis nõ sentit.

Quibus cognitis Atharidus iussit eum aquis suffocatũ, dimisso Sansala presbytero, interfici. Tum verò iniquitatis ministri Saban ad fluuium qui Mufeus dicitur, pertraxerũt. Ipse verò incredibili gaudio exultans Deum collaudabat atque ad martyrij palmã festinabat. Ministri autẽ cùm ad fluminis ri-

pam ventum esset, perspecta sanctissimi viri in
centia liberum eum dimittere voluerunt, sed
ne diutius præclara certaminis sui corona frau
retur, ipsos hortari & vrgere cœpit, vt impe
perficerent. Eccè enim, dicebat, video qui me
ctant, vt præparatam à Deo iustitiæ coronam
ti imponant. Hęc dicentem & magnis vocibus
laudantem in flumen proiecerũt, aquisque suffo
runt. Adeptus est vir sanctus præclaram hanc
tyrij palmam ætatis suæ trigesimo octauo, po
Idus Aprilis, Valentiniano & Valente Imperat
bus, Consulatum gerentibus Modesto & Arint

Suffocatur aquis S. martyr.

Post hæc sacrũ corpus ab homicidis ex aqu
tractum feris & volucribus cæli obiectum fuit
illæ sceleratorum hominum impietatem dam
tes tacita quadam reuerentia illud prosecuta
donec clarissimus Dux Iossarinus fide & in
plenus, missis viris fide dignis, è loco barbaro
tissimas reliquias in Romaniam transtulit, a
indè gloriosum fidei fructum preciosissimum
triæ suæ munus in Cappadociam transmisit.

Dux Iossarinus reliquias eius cum honore excipit.

MARTYRIVM SS. IVSTINI PHI
sophi, Charitonis & sociorum, qui Romæ pa
ex ijs quæ partim apud Ioachimum Perionium
tim apud Metaphrasten. Surius habet Iustinum
die, & 3. Id Iunij. Vndè sibi incertum esse d
sit vnus idemq; se in contrariam partem pro
rem esse ostendit. Sed Baronius vnum & e
esse declarat, omnemq; difficultatem ex auct
S. Epiphanij tollit. Vixit autem anno Domini
simo quinquagesimo: Antonini Pij duodecimo
quo & passus est Consulibus Orfito & Prisca.

IVstinus in vrbe Palestinæ, cui nomen Neapolis Flania fuit, Prisco Bacchio patre natus, vir fuit maximarum artium disciplinis instructus, & in dicēdi artificio admirabilis. Postquàm enim humanarum artium studia superasset, voluit philosophorum omnium inter se disciplinas conferre, vt eam quæ veritati maximè consentanea esset, eligeret: eique se totum addiceret. Primo igitur cùm Stoico cuidam se erudiendum tradisset, eumque ne extremis quidem labijs, vt dici solet, Dei scientiam gustasse cerneret, eo protinùs relicto, ad Peripateticum quendam hominem, acuto sanè ingenio contulit. Sed is cùm omnem scientiam turpi nimis lucro & cupiditate pecuniæ metiretur, eum similiter auersatus, ne Philosophi quidem nomine dignum reputauit.

13 Aprilis.

Eius patria & parens.

Studet Philosophiæ Stoicæ.

Peripateticæ.

Stoicorum atque Peripateticorum his de causis repudiatis contēptisque disciplinis, accessit ad Pythagorium quendam clarissimū hominem, magna sapientiæ cognitione præditum: habitoque cum illo sermone, Pythagoreus ex illo quærere cœpit, num Musicæ, Astrologiæque, & Geometriæ operā dedisset. Cumque Iustinus se eas disciplinas ignorare professus esset, eum Pythagoricus ille dimisit, cùm illas & laudaret multis, & necessarias esse diceret. Quod Iustinus acerbè admodum, vt par erat, ferens, animo in varias cogitationes distractus, tandem visum est ei Platonicos adire: quòd & illi tum in magno erant nomine & gloria, & paulò antè assiduam habuisset cum homine Platonicorū decrepito doctissimo familiaritatem, ex cuius vsu ac consuetudine haud contemnendos fructus se percepisse recordabatur. Is autem vehementer illum rerum corporis expertium intelligentia excitabat,

Pythagoricæ.

Platonicæ.

Scopus disciplinæ Platonicæ.

formarumque, quas illi ideas vocant, cognitio
mum illi erigebat, sic vt ad breue tempus & sap
tem fore se, & Deum statim visurum esse sep
ret. Hic enim Platonicæ philosophiæ propo
est finis. Cũm ità animo constitutus, tandem
quandò magna tranquillitate ac ocio abundare
tuisset, hominumque viam declinare, se in lo
mari vicinum ac propinquũ recepit. Ibi hom
quendam nec opinato offendit, qui illum disp
do eò tandem adduxit, vt contemptis philos
omnibus, prophetarum libros legere vellet. I
illa eorum fuit de animorũ immortalitate, d
norum præmijs malorũque supplicijs dispu
in qua minutis interrogationibus siue ratio
ac similitudinibus à Iustino obtinuit, vt ver
quam à Philosophis visum esse fateretur.

Segregat se ab hominibus.

Philosophi antiqui à vero alieni.

Itaque cùm Iustinus viro illi ex prophetar
raculis luculenta oratione differenti assent
cœpit multò diligentius viam omnem mod
inquirere quo statim sine vllo errore ad sum
lius boni notitiam perueniret. Tum vir ille h
eum ad preces votaque Deo omnipotenti
termissione nuncupanda, vtpotè sine cuius h
ac munere singulari, nemo ad veram sapient
ditum inuenire possit. Quæ cùm dixisset, a
prætereà multa Iustino inculcasset, abijt nec
posteà visus est.

Vera sapientia sine diuino munere obtineri nõ potest.

Tùm verò illo eius sermone Iustinus rep
animo suo ignem excitari sensit tãtum, eum
tum prophetarum virorũque illorum, quos
stus charos haberet, desiderium teneret, sec
statueret hanc vnam philosophiam tutam
lem toto conatu amplecti. Nec multò pòst fa
vitaliqúe aqua expiatus Christo nomẽ dedi

Iustinus delectatur lectione prophetarum.

Baptizatur.

rimumque deindè pro Christianę religionis defensione certamen suscepit, vt ab ea defendenda nec minis, nec supplicijs vllis nec ipsa denique morte deterreri abducique potuerit. Hoc declarant eius libri, quorum in alijs Iudęos atque gentes, id est, disciplinæ nostræ hostes sententijs refellit atque coarguit: in alijs Christianos eorumque religionem apud Antoninum Pium Imperatorem, eiusque liberos Verum atque Lucium & Senatum Romanum defendit magna dicendi & libertate & copia. Nec verò in hoc tam reprehendendi defendíve studium sequebatur, quàm illos ab ingrata Deo vita & disciplina ad gratam deducēdi voluntatem: quorum superiùs illud ità perfecit, vt non alius pleniùs & apriùs perfecisse videatur: posteriùs autem num suos exitus in multis aut nonnullis habuerit, id est, num aliquos ad Christi religionem deduxerit, incertum. Hoc quidem vnum certè ex ipsius scriptis constat, Tryphonem Iudæum, post eum sermonem, quem cùm illo aduersus Iudęos habuit, maxima ex illo percepta voluptate, ità animo constitutum discessisse, vt se ac sodales, si sæpiùs vnà disputare liceret, maiorē vtilitatem fructumq; percepturos fateretur. Hoc etiā verisimile est, Antoninū Pium, eiusdem orationibus, quas pro nostris dixit & scripsit, adductū, scripsisse ad Asianos epistolā pro Christianis qua petebat, ne Christiani propter religiōis fideiq; professionē pœnas luerēt: sed tantū vt cæteri propter maleficij si q̄ cōmisissent crimē punirētur.

Certamen eius pro fide.

Apologias scripsit ad Antoninū Imperatorem.

Tryphō Iudæus magnā ex Iustini disputatione voluptatem percipit.

Scripsit autem vir sanctus libros multos insigni eruditione refertos, vsusque est dicendi genere vehementi quod ad Philosophorum quàm oratorum stylum propiùs accedit. Cùm autem in omne genus hominum qui à nostra & vita & disciplina abhor-

Multa scripsit Iustin.

rent, acerbũ se præstaret, tum in Philosophos m
ximè, quòd illi suo exẽplo ac doctrina alios inco
traria confirmarent, & nostris etiam, quantum
ipsis esset, à fidei synceritate abducerent. In ijs Cr
scentem quendã & vita & disciplina Cynicum
legisse videtur, in quem acerbitatis suę aculeos m
ximè emitteret. Nam & sæpè cum eo de rebus
cretisque religionis nostrę disputauit, & impera
eum apud Antoninum Pium publicè argueren
dubitauit. Quod cùm veterem Crescentis inu
am, qua Iustini æmulus flagrabat, vehementer
geret; tum ex eo die nũquam eius animus antèq
quiescere potuit, quàm eius sanguine & morte
satiaretur.

Iustinus sæpè cum Crescente quodam disputauit.

Vndè vel ab ipso Crescente vel ab aliquo
nefariæ superstitionis propugnatore comprehe
tandem Iustinus, ad Romanę vrbis Pręsidem Ru
cum cum alijs insigni pietate viris & fœminis
ductus est. Quibus ante tribunal constitutis, Pra
Iustino dixit: Age esto dijs ipsis obediens & Im
ratorijs edictis. Cui Iustinus, Nemo, inquit, vo
reprehendi aut condemnari poterit, qui Saluat
nostri Iesu Christi præceptis obedierit. Tùm Ru
cus Pręfectus: In cuiusnam eruditionis ac disci
narum genere versaris. Cui Iustinus: Omnium
sciplinarum genus discere conatus sum, omne
eruditionem expertus, postremò veræ Christia
rum disciplinæ adhæsi, quamuis illa nõ placea
qui falsæ opinionis errore ducuntur. Tum Rusti
dixit: Illánè, miserrime, eruditione delectaris
ximè, inquit Iustinus, quoniam recto cum dog
te Christianos ipsos sequor. At Præfectus: Qu
nam est istud dogma? Respondit Iustinus: Rec
dogma, quod Christiani homines cum pietate

Iustinus cõprehẽsus ad Rusticũ Pręsidẽ ductus.

uamus, hoc est, vt vnum Deum existimemus factorem atque creatorem omnium, & Dominum nostrum Iesum Christũ Dei filium confiteamur, olim à Prophetis prænunciatum, qui & humani generis iudex vẽturus est, salutis preco, & magister, ijs qui ab illo benè didicerint. Ego quidem, vt homo imbecillis sum, & longè minor quam vt de infinita illius Deitate aliquid magnum dicere possim: Prophetarum munus hoc esse fateor. Illi enim huius ipsius, quem Dei filium esse dixi, in orbem terrarũ aduentũ multis anteà sæculis diuinitùs prædixerũt.

Quæsiuit Præfectus, quem in locum Christiani conuenirent. Cui respõdit Iustinus eò vnumquemque conuenire quò vellet ac posset. An, inquit, existimas omnes nos in eundem locum conuenire solitos? Minimè res ità se habet, quoniam Christianorum Deus loco non circumscribitur: sed cùm inuisibilis sit, cælum & terram implet, atque vbique à fidelibus adoratur & collaudatur. Tunc Prefectus: Age, inquit, dicas quem in locum cõueniatis, & discipulos tuos congreges. Respondit Iustinus: Ego propè domum Martini cuiusdam ad balneum, cognomento Timeotinum, hactenùs mansi. Veni autem in vrbem Romam secundò, neque alium quenquam locum, nisi quem dixi cognosco. Ac si quis ad me venire voluit, libens cum illo veritatis doctrinam communicaui: Ergò, inquit Rusticus, Christianus es tu? At Iustinus: Maximè, Christianus ego sum.

Tunc Præfectus eo relicto, ad Charitonem conuersus: An, inquit, & tu Christianus es? cui Chariton: Christianus ego sum, Deo ipso adiuuãte. Quęsiuit Rusticus à Charitina muliere, num & ipsa Christi fidem sequeretur. Cui respõdit illa, se quoque, Chariton martyr. Charitina.

que, Deo dante, Christianam esse. Tunc Rusticus
Euelpistus. Euelpistum: Tu verò quisnam es? Qui respond
Seruus quidem Cæsaris, sed à Christo liberatus
natus, & illius beneficio atque gratia eiusdem
cuius & isti sunt quos vides, particeps factus.
Hierax. hæc Præfectus quæsiuit ab Hierace, num &
Christianus esset. Cui Hierax: Certè Christi
& ego sum: eundem enim Deum colo atque
An, inquit Præfectus, Christianos vos fecit
nus? Ego, inquit Hierax, & fui & ero Christi
Pæon. Stans autem & Pæon dixit: Ego quoque sum
stianus. Et quisnam, inquit Præfectus, te de
Respondit ille: A parentibus bonam hanc con
onem ego accepi. Post hunc Euelpistus dixit:
go Iustini quidem sermones magna cum volu
audiebam, sed à parentibus tamen & ipse Chr
nus esse didici. Tùm Præfectus: Et vbinam p
tes tui sunt? In Cappadocia, inquit Euelp
Quæsiuit Præfectus & ab Hierace vbinam ge
essent eius parentes. Cui respondit Hierax:
Pater noster Christus est, & mater fides, qua
sum credimus: terreni verò parentes mei
sunt. Cæterùm ego ab Iconio Phryciæ abs
Liberianus. huc veni. Quæsiuit Præfectus à Liberiano,
nam & ipse diceret: num Christianus esset,
in deos impius? Cui Liberianus voce libera
stanti: Et ego, inquit, Christianus sum: colo
& adoro solum verum Deum.

Præses iterũ conuertitur ad oppugnãdum Iustinum.

Tunc Præfectus rursus ad caput omnium
num conuersus: Audi, inquit, tu qui eloquẽ
de excellis, & veram te disciplinam tenere
ris: Si à capite ad calcem per totum corpus
lis cæsus fueris, nunquid illius supplicij pra
in cælo te percepturum existimas? Cui Iu

spero, imò nihil de Christi bonitate dubito, quin percepturus sum, quod ij omnes qui cum fide & pietate Deo deseruiunt, eiusque gratiam ad extremum vitæ spiritum illibatam conseruant. Tum Rusticus: Veniamus, inquit, ad id quod propositum est, & nos vrget. Conuenite simul, & vno eodemque animo dijs sacrificate. Ad hæc Iustinus: Nemo, inquit, qui rectè sentiat, pietatem deserit, vt in errorem atque impietatem labatur. Rusticus ad hæc dixit: Nisi iussis nostris sine mora parere voluerit, diris sine vlla misericordia supplicijs afficiemini. Iustinus autem: Maximè nos in votis habemus, propter Dominum nostrum Iesum Christum cruciatus perpeti ac saluari: hoc enim nobis salutem & fiduciam conciliabit ante eiusdem Domini & Saluatoris nostri terribile illud tribunal, cui totus mundus diuino iussu assistet. Idem & reliqui omnes martyres dixerunt, hoc addentes: Fac citò, quod vis: nos enim Christiani sumus: & idolis nõ sacrificamus.

Iustinus præclarè respõdet Rustico.

Hæc audiens Prefectus animo haud parum commoto sententiam protulit: Vt flagellis cæsi ad capitalem, secundum leges, pœnam abducerentur. Itaque sancti martyres Deum collaudantes ad consuetum producti locum, post verbera securi percussi sunt: & in Saluatoris confessione martyrium consummârunt. Post hæc quidam fideles clam eorum corpora sustulerunt, & in loco idoneo illa condiderunt, cooperãte gratia Domini nostri Iesu Christi: cui gloria in secula seculorum. Amen.

Sententia mortis in martyres.

Feriuntur securi.

MARTYRIVM SS. ET GLORIOSORVM Christi Martyrum Carpi, Papyli & sociorum. ex ijs quæ sunt per Metaphrasten.

Beati

13. Aprilis.

Patria Carpi & Papyli.

BEati & gloriosi Christi martyres Carpus Papylus, pijs admodum in ciuitate Pergamena orti parentibus, à primis annis puritatis tæ dediti, post multos in studio pietatis fortiter antlatos labores, ad tantam tamque insignem perfectionem peruenerunt, vt angelis quàm similiter in carne adhuc degentes, omne carnale cõmercium respuisse viderentur. Hinc omnium iudicio populi præfectura habiti, ad pietatis mysteria annuncianda electi sunt: Carpus quidem ad Pontificatum, Papylus verò ad gradũ diaconatùs, quibus in muneribus tãto cum virtutum omniũ splendore versati sunt, vt quotidiè haud exiguam in lium turbam ad credentium numerum adiungerent amplissimosq; vbique pietatis fructus ederent. autem cùm non sine magno animorum motu possent, aduersarius bonorum omnium consuetus inuidiæ stimulis concitatus, præcipuos quosdam pietatis suæ fautores excitauit, qui viros sanctissimos apud Decium Imperatorem deferrẽt quod gentem multitudinem à deorum cultu ad pietatem Christianorum sectandas traducerent.

Carpus fit Episcopus, & Papylus Diaconus.

Accusantur apud Deciũ.

Ille autem hac re grauissimè affectus, confestim Valerium quẽdam assessorem in Asiam dimisit, instituta cum Sanctis quæstione, acerrimum de supplicium sumeret. Nec mora. Valerius accepta hac potestate quàm celerrimè profectus primùm omnes loci illius habitatores suo exemplo ad ceria sacra inuitauit: sacrificare verò recusantibus horrenda nimis supplicia proposuit. Et quidem dicto promulgato omnes metu suppliciorũ incredibili alacritate conuenerunt, solis hisce martyribus exceptis, qui à cætera multitudine vnde loco semoti vota precesque summo æternoq;

Valerius persecutor Christianorum.

Multi sacrificant dijs.

uuncupabant. Quo viso Valerius, ad furorem prouocatus, protinùs suis eos conspectibus sisti iussit, ac animo sanè elato tãtæ audaciæ causam quæsiuit, quòd cæteris promptè ad deorum sacrificia confluentibus, illi spreto Imperatoris edicto, parere recusarent. Ad hęc sancti martyres omni metu & humana claritate superiores responderunt: Se nunquam satis tantam mentis cęcitatem admirari posse, neque tam ingrati animi crimen admissuros, vt vnum cæli terræque conditorem, quem, teste Esaia, bos & asinus stolidissima animantia cognouerunt, inanibus quibusdam simulachris postponant: atq; adeo lignis lapidibusque in cõtemptum summi illius Domini thura offerant. Hæc cùm dicerent subitò exortus, cum horribili fragore, terræmotus simulacra peruertit; ac planè in puluerem redegit.

Martyres pręclarè Valerio respõdent.

Terręmotus

Hæc manifesta Dei potentia quamuis cęteros ferè omnes ingenti pauore consterneret, fixam tamen stabileque suis radicibus Valerij malitiam nè tantillùm quidem concutere potuit: imò ad maiorem mentis insaniam prouocauit. Et certè nequaquàm furori, qui eum vehemẽter exagitabat, percepisset, nisi ingenita sanctissimis viris animi nobilitas, quæ ex vultu oculisque tanquàm splendor quidam elucebat, quandam illi reuerentiam incussisset. Vt tamen aliqua vindicta furorem suum mitigaret, iussit eos, omni indumento spoliatos, ferreis vinculis collo iniectis, per medium forum circumagi; quô illorum ignominia suo, vt putabat, honori consuleret. Sed cùm ea nuditas nullam non modò ignominiam, sed maiorem etiam gloriam martyribus deferret, iudex mutata protinùs ratione blãdis verbis & promissionibus in fraudem eos impellere agressus est. Cùm insignem illam, dicebat, animi vestri li-

Nudi circũagũtur sancti martyres.

Iudex eis blanditur.

ſtri libertatem vultusque & morum moderatio magiſtro, ſec
ô viri, conſidero, incredibili ſanè dolore mentis omnes penſi
crucior, quòd falſa religionis opinione ſeducti, Hęc aliaq
peſtem ac perniciem veſtram cæca mente rumorátione, mu
Quarè vos hortor & cõſulo vt maturè ab hac mansuetudine charitate
tis inſania reſipiſcatis, & veram deorũ noſtrorum mansuetud
religionem cum ſempiterna nominis veſtri gloriatem cùm
amplexemini. Nam noſtra hæc religio ſi veram ſanctorum fa
eſt, quomodò ea in hodiernum vſque diem nõ prodidit: ipſos v
nos ſolos, ſed apud ipſos etiam barbaros, ac vltimatos Sardas
terræ nationes colitur ſtabilisq; permanet: proho cùm tota
vt per eam imperia fundata ſint, & reges ac principes laudibus
pes ciuitates euerterint, propitioque deorum humano deſt
mine aduerſarios omnes in poteſtatem redegerunt, humanum laberent
Illa verò Chriſtianorũ, de homine quodam incrucreabant, a
cem acto, opinio admodùm recens eſt neque debant. Poſ
in pretio, prorsùs vt eius cultores cõmunibus dubiam vict
peratorum armis oppugnentur, & tanquàm hu tis conſolati
ni generis peſtis quædam è terris profligentur. res eos an

His auditis, martyres oculis cum inſita pie rompeiores
ad cęlum ſublatis, Chriſto ſe ſignaculo munien eptus, omiſ
deindè vultu eximiam grauitatem compoſit martyrum m
ſponderunt: Si veſtram illam impietatem reli nuictum ille
nis, ſolo antiquitatis nomine ſectandam ac ho abat, miſeri
dignam iudicatis, conſequens eſt vt nihil apo Iuſſit igit
maiori in pretio eſſe debeat quàm vitia & ſce extenſum, cr
immania, quæ ab ipſo humani generis parent cædi, donec l
tium ſumpſerũt, ſed deſipitis planè. Non enim diuellerentu
ſiderandum eſt, quo quælibet religio tempore lique rigaret
ſit, ſed an veritati conſentanea optimè cum ratio oris expers
ipſa conueniat. Neque enim fruſtrà mentem e ac patient
Deus largitus eſt, ſed vult vt ratione, qua nihi is exultaret
diuinius, verum à falſo diſcernamus, & nõ er eret. Corpu
pore vel peſſima conſuetudine omnium erro ndum trad

Muniunt ſe crucis ſigno & egregiè re ſpondent.

magistro, sed ex veritate quæ ratione nititur, res omnes pensiculemus.

Hec aliaque martyribus dicentibus & luculenta ratione, multa de eximia Christi in humanum genus charitate disserentibus, Valerius statim deposita mansuetudine ad ingenium redijt: animique feritatem cùm voce tum oculis aperuit. Et quidem sanctorum facultates accusatoribus diripiendas tradidit: ipsos verò equis quibusdam agrestibus alligatos Sardas agi iussit. Hoc in supplicio sanè acerbo cùm totam diem transegissent, noctem in diuinis laudibus expenderunt. Cumque omni solatio humano destituti, fessa quandoque lumina in somnum laberentur, adfuêre protinus angeli qui fessos recreabant, atq; ad instans certamen alacriores reddebant. Postridiè verò Valerius cùm sibi minimè dubiam victoriam promitteret, accessit; sed cælestis consolationis ignarus præter opinionem fortiores eos animisque ad quæuis supplicia ferenda promptiores offendit. Tum verò nouo furore commotus, omissis fortissimis athletis, Agathodorum martyrum ministrum aggreditur, vt eius supplicio nutantem illorum robur frangeret, & impia, vt spe-rabat, misericordia de pietatis gradu deijceret.

Valerius martyrum facultates diripiendas tradit

Angeli eos confirmant.

Iussit igitur Agathodorum ante oculos eorum extensum, crudis boum neruis crudeliter tamdiù cædi, donec laniato corpore musculi à compagibus diuellerentur, & copiosi sanguinis riui terram vndique rigarent. Martyr autem tanquàm omnis doloris expers crebros flagellorum ictus tanta virtute ac patientia tolerabat, vt in ipsis etiam tormentis exultaret quoad impollutum Deo spiritum redderet. Corpus fuit continuo feris & alitibus deuorandum traditum, sed ab ijs intactum fuit ab alijs

Agathodorus cruciatur.

Reddit spiritum.

pietate & religione præstantibus in spelunca
dam honorificè sepultum.

Post hæc Præses nouis instructus insidijs ma
res est aggressus; sed frustrà: nam sancti qui su
cia & mortē corporis huius in desiderio habe
non dubitabant vltrò etiam ipsum tyrānum a
tamen prouocare, quô citiùs optata martyrij
na potirentur. Ille verò tantam in martyribu
stantiam admirans Pergamū, profecturus iu
pernices equos paribus sequi passibus, vt cur
bore fatigati vel morte repentina extinguer
vel aliquid de tanta animi magnitudine di
rent. Sed cùm vna eademque post tot tantos
bores martyribus maneret fortitudo, Valer
excandescens magicis eos artibus imbutos
mauit: statimque S. Carpum virgis spineis ta
maniter cædi iussit, vt laceræ carnes in aera
sæ miserandum omnibus spectaculum exhib
Nec his satiatus tyrannus lampades lateribu
beri ac semiustas carnes sale perfricari iussit
dele sanè spectaculum quod astātem quide
titudinem ad lachrymas prouocabat, ma
verò incredibili voluptate perfundebat ac in
sti gratia mirificè confortabat.

Martyrum alacritas.

S. Carpus dicè cruciatur.

Valerius autem tanta virtute victus, illo
cerem rursùs transmisso, Papylum sisti cur
stupore quasi ex præcedenti adhuc spectac
pressus, defixo in eum oculorum obtutu q
qua patria quibusque ortus parentibus esset
in arte vel scientia excelleret. Cui martyr
inquit, ingenuis natus parentibus: Scientia
illam profiteor quæ in artificio medendi ve
neque modò corporum ægritudines, sed pe
etiam animæ morbos Dei potentia ac virtu

Papylus sistitur.

sola nititur, fugare potest. Meritò, inquit Præses, artis illius scientia dijs nostris asscribenda est, vtpotè qui Galeno & Hippocrati absolutam eius cognitionem tradiderunt. Papylus autem Galenus quidem & Hippocrates si aliquam quandoque ægris sanitatem medendi artificio contulerunt, certè non eam sine præsentia Christi gratia præstiterunt. Quod si verbis meis fidem adhibere recusas, agè, fac vt intelligant omnes, deos tuos ei, qui propter te sedet altero, vt vides, oculo orbato visum restituere posse, & tunc tibi palmam religionis tribuam.

Valerius hac martyris protestatione compulsus præcipuos deorum cultores & sacrificos euocauit, iussitque vt inuocato deorum numine virturem eorum manifestare non differant. Nec mora adhibitę preces & sacrificia. Sudatum est die integro in proditiandis dæmonibus, sed nullo operæ precio: imò res ridicula & plena dedecoris insignem eorũ stultitiam plurimis manifestam fecit. Nam Christi seruus, postquàm eos oleum & operam perdere ostendisset, sublatis ad cælum oculis, vno Christi nomine fidenter inuocato, Crucis signum oculo impressit, statimque salutiferæ manûs suæ contactu lumen non modò corporis, sed animæ etiam illi dedit: prorsùs vt circumfusa multitudo tam præclaro miraculo stupefacta simul cum eo ad veritatis agnitionem libenter accerserit, repudiatoque vanium deorum cultu, se totum Christo consecrauerit. Neque tamen potuit tanta lux mentem Valerij mortifero planè somno sepultam excitare, immò maioribus suffusus tenebris exclamauit, nouis supplicijs tantum beneficium remunerent,

Frustrà inuocãtur falsi dij.

Crucis signo cæcum illuminat.

Papylus flagellatur.

Nec mora sublatum in crucem martyrem fla-
lis crudelissimè cædunt, mactantque. sed marty-
grauiora desiderans, inuidia vicissim tyrãnum
ciabat, adeò vt animi quodam mœrore tabe-
tem planè superasse videretur. Ille tamen furo-
brius alia atque alia cruciamenta excogitaba-
nunc quidem ignem lateribus subijciebat, nun-
rò lapidibus martyrem appetebat, donec in-
dis supplicijs fatigatus cum insigni nominis s-
decore pedem referre cogeretur. Tunc rursus a-
lica visitatione recreatis martyres integram co-
ris sanitatem cum maiore insuper decore à De-
ceperunt.

Iterum diuinitùs sanantur martyres.

Paucis deindè interiectis diebus rursùs è ca-
tribunali suo martyres præsentari iussit, qui p-
pto alacrique animo aduolantes tarditatem
probrabant & segnitiem, quòd extremo eos s-
cio non afficeret. Hæc cùm vltrò inferrent Pr-
rabiem conuersus per murices in terram dis-
nuda eorum corpora trahi iussit: sed mox p-
ti Deo virtute dissipatis muricibus martyre-
conseruati sunt.

Immaniter cruciantur.

Post hęc cùm nihil superesset quo mẽtis s-
delitati satisfaceret, feris eos obiecit, vt vn-
mento in frusta discerpti intolerabilem ani-
dolorem hoc supplicio sanarent. Erat vrsa c-
uo leone in theatrum immissa, qui auidis f-
prædam aliquam expectabant: sed mox in-
sis sanctis belluana feritate posita, ad specie-
des, qui pacem annunciauerant, procidere-
tisque nutibus sceleratam Valerij mẽtem co-
narunt. Impius autem hoc viso præter op-
spectaculo, nimio furore tabescens ingen-
noua statim malitia armatus, sanctorum pe-

Obijciuntur feris.

Aliud genus cruciatus.

reis crepidis, longis fibulis confixis, calceari iussit, calciatosque cursibus agitari vt hoc saltem certamine victi tyranno supplices fierent. Sed hæ quoq; machinationes, vt priores omnes, in nihilum reciderunt. Indè in lacum viua calce refertum missi, sed diuina virtute à calcis ardore conseruati sunt.

Postremò cùm iam planè emotæ mētis esset impius, accensa fornace ferrea, iussit vtrumque cum Agathonica Papyli sorore in medio illius voracibus obijci flammis; sed eæ quoq; diuina virtute restinctæ magnum ijs refrigerium attulerunt. Indè igitur educti rursus carceribus mandati sunt: donec iudex in omni certamine victus ægrè tādem capitis in eos sentētiam tulit. Tum verò martyres ingentes lætitiæ voces edentes, & hymnis ac canticis Christum celebrantes ad locum vltimi certaminis properarunt; à quibus Agathonica nullo modo se auelli passa, vt laborum & certaminū, ita etiam coronarum particeps fieri meruit. Ante verò quàm sacratissimas ceruices gladijs subijcerent, ardentes pro occisoribus preces fundebant, vt Christus Iesus eos ab errore liberaret, per quos ad diu desideratā gloriam pertingere mererentur. Cumque hoc modo & illis & omnibus circumstantibus Christi gratiam precati essent, incredibili gaudio perfusi fœlici certamine cursum confecerunt; & martyrij corona redimiti in cęlos auolarūt tertiodecimo mensis Octobris.

Agathonica soror Papyli.

Plectuntur capite martyres.

VITA S. MARTII ABBATIS. EX EA *quæ est per D. Gregorium Turonen. Episc. de vita Patrum cap 14.*

BEatissimus hic Martius Aruernæ vrbis Abbas, eiusdem territorij incola, à pueritia mirè fuit 13 Aprilis.

Eximia pietas eius à puero.

pietatis studio deditus; adeò vt pullulantes et mortalium actionum cogitationes in ipso dim tionis exordio gladio Spiritus sancti succide neque quicquam omninò, quod animæ puritat nævo aliquo aspergere posset, admitteret. Era poris domitor egregius, pauperum patronus mius, vigiliarum patientissimus & assiduo or nis studio intẽtus. Cumque ad legitimę ætatis fectionem venisset, haud procul ab vrbe secess accepto sarculo, in mẽte lapideo cellulas sibi pere cœpit, vt ab omni profanorũ hominum gressu remotus in angusto habitaculo arctior ris vinculo per cęlestium rerum contemplatio Deo coniungeretur.

Cellam sibi in mõte saxeo condit.

In hac ergò rupe cauata, cœpit cum adm sanè vitæ austeritate tota mente Deo seruire ctum ei durissima præbebat petra, nec prius se sculum ad requiem componebat quàm fessa labore membra humi laberentur & sic breui somno viribus vtcunq; refectis ad intermissum opus redibat. De victu nihil solicitus, quod torum hominũ benignitas suppeditabat, hoc magna gratiarum actione recipiebat. Interea minus qui in Sanctis suis glorificatur cœpit fa sui meritum loci illius incolis declarare. Na mones de obsessis corporibus in nomine Iesu sti verbo fugabat, morbi contagiones Crucis culo reprimebat, febribus infuso benedicti o quore medebatur, multaque alia beneficia po tribuebat.

Vitæ eius austeritas.

Miracula eius.

His alijsque fama sancti viri per omnia lo lebrior facta, non paucos ad eius disciplinam gregauit, adeò vt locus monachorum multit & virtutum omnium amœnitate insignis m

Monachos colligit.

floreret, gratissimumque pietatis odorem longè lateque spiraret. Erat hortus diuersis oleribus, arboribusque consitus, in quo vir sanctus, susurrantibus auræ sibilo folijs, animum frequenter pia meditatione pascebat. Hunc imprudens quidam, iniqua cupiditate inflammatus, furtiuo ascensu ingressus, omnis generis fructibus per fraudem collectis onustus rursus cùm egredi vellet, nequaquā potuit. Diuino enim iudicio detentus & onere conscientiæ oppressus exitum nullo modo inuenire poterat. Hoc vir sanctus per spiritum comperto quid fecit? An furem illum compedibus vinctum in carcerem misit? Immò Præpositum misit qui miserum illum dura peccati seruitute oppressum liberaret, ac blādis pijsque monitis instructum, rebusque illis quæ per fraudem collegerat donatis onustum dimitteret. Hoc enim vir sanctus vel maximè spectabat vt cùm corporum, tum animorū morbos lenibus inprimis medicamentis sanaret. Niuardus quidam diuturna febre detentus postea à frequentiore aquę haustu hydrope intumuit: quę infirmitas cùm omnem sanitatis spem protinùs illi præcidisset, curauit se vehiculi beneficio ad sanctum deferri, qui in oratione pro illo prostratus, blandissimo manûs suæ contactu sanum eum & incolumem restituit: nec hunc modò sed alios quoque alijs atque alijs languoribus oppressos mira facilitate sanitati restituit.

Fur diuinitus punitur.

Māsuetudo animi & benignitas S. Martij.

Sanatur hydropicus.

Ipse autem ætate nonagenarius bono desudans certamine, ad sempiternam iustitię coronam commigrauit, cuius tumulus multis miraculorum virtutibus illustris clariùs eximiam viri sanctitatem loquitur.

Obit vir Dei.

MARTYRIVM S. HERMENIGILDI

lij Regis VVisigotthorum. per D. Gregorium Pa[illegible] lib. 3. dialog. cap. 31. Martyrio coronatus est [illegible] Domini 584. vt docet Baronius, quamuis alij [illegible] atque aliter sentiant.

13. Aprilis.

Hermenigildum cõuertit Leander Episcopus.

SIcut multorum qui ab Hispaniarum pa[illegible] veniunt relatione cognouimus nuper Her[illegible] nigildus rex, Liuigildi regis VVisigoth[illegible] filius ab Arriana hæresi ad fidem Catholicam [illegible] reuerendiss. Leandro Hispalitano episcopo p[illegible] cante, conuersus est. Quẽ pater Arrianus vt a[illegible] dem hæresim rediret, & præmijs suadere, & [illegible] terrere conatus est. Cumque ille constantissi[illegible] sponderet, nũquam se veram fidem posse reli[illegible] re quam semel agnouisset, iratus pater eum [illegible] uit regno rebusq; expoliauit omnibus. Cumq[illegible]

Mittitur à patre in carcerem.

sic virtutem mẽtis illius emollire valuisset, [illegible] illum custodia concludens, collum manusq[illegible] us ferro ligauit. Cœpit itaq; idem Hermeni[illegible] rex iuuenis regnum despicere, & forti desider[illegible] leste quærens in cilicijs vinculatus iacens o[illegible] tenti Deo ad confortãdum se preces effunde[illegible] toque sublimiùs gloriam transeuntis mundi [illegible] cere, quãto & religatus nouerat nil fuisse, q[illegible] tuerit auferri.

Superueniente autem Paschalis festiuita[illegible] intempestæ noctis silẽtio ad eum perfidus p[illegible] rianum episcopum misit, vt ex eius manu sa[illegible] consecrationis cõmunionem perciperet, ac [illegible] hoc ad patris gratiã redire mereretur. Sed [illegible] deditus, Arriano episcopo venienti exprob[illegible]

Communionem Arriana respuit.

debuit, eiusque à se perfidiam dignis increp[illegible] bus repulit: quia etsi exteriùs iacebat ligatus [illegible]

ſe tamen in magno mentis culmine ſtabat ſecurus. Ad ſe itaque reuerſo epiſcopo Arrianus pater infremuit, ſtatimque ſuos apparitores miſit, qui conſtantiſſimum Confeſſorem Dei illic, vbi iacebat, occiderent: quod & factum eſt. Nam mox vt ingreſſi ſunt, ſecurim, cerebro eius inſigentes, vitam corporis abſtulerunt: hocque in eo valuerunt perimere, quod ipſum quoque, qui peremptus eſt, in ſe conſtiterat deſpexiſſe. Sed pro oſtendenda vera eius gloria, ſuperna quoque non defuêre miracula. Nam cœpit in nocturno ſilentio, pſalmodiæ cantus ad corpus eiuſdem regis & martyris audiri: atque adeò veraciter regis quia & martyris.

Perimitur in carcere.

Miracula fiunt.

Quidam etiam ferunt, quòd illic nocturno tempore accenſæ lampades apparebāt: vndè & factum eſt, quatenùs corpus illius, vt videlicet martyris, iure à cunctis fidelibus venerari debuiſſet. Pater verò perfidus & paricida commotus pœnitentia hoc feciſſe ſe doluit, nec tamen vſque ad obtinēdam ſalutem. Nam quia vera eſſet Catholica fides, agnouit: ſed gentis ſuæ timore perterritus, ad hanc peruenire non meruit. Qui oborta ægritudine ad extrema perductus eſt, & Leandro Epiſcopo, quem priùs vehementer afflixerat *Richardum regem filium ſuum, quem in ſua hæreſi reliquerat, cōmendare curauit, vt in ipſo quoque talia faceret, qualia & in fratre ſuis adhortationibus feciſſet. Qua commendatione expleta defunctus eſt.

*Reccharedum.

Poſt cuius mortem Richardus rex non patrem perfidum, ſed fratrem martyrem ſequens, ab Arrianæ hæreſeos prauitate cōuerſus eſt. Totam quoque VViſigothorum gentem ita ad veram perduxit fidem, vt nullum in ſuo regno militare permitteret, qui regni Dei hoſtis exiſtere per hæreticam prauitatem

Recchared. Rex ex Arriano fit Catholicus.

tatem nõ timeret. Nec mirum quòd veræ fidei pr
dicator factus est, qui frater est martyris: cuius h
quoque merita adiuuant, vt ad omnipotentis D
gremium tam multos reducat. Qua in re consi
randum nobis est, quia totum hoc agi nequaqu
posset, si Hermenigildus rex pro veritate mort
non fuisset. Nam sicut scriptũ est, Nisi granum f
menti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum
lum manet: si autem mortuum fuerit, multum f
ctum affert. Hoc fieri videmus in membris, q
factum scimus in capite. In VVisigotthorum e
nim gente, vnus mortuus est, vt multi viuerent
dum vnum granum fideliter cecidit, ad obti
dam fidem animarum seges multa surrexit.

VITA S. LYDVVINAE VIRGINIS

nè admiranda. ex ea quæ est per F. Ioannem Br mannum Franciscanum. Obijt virgo sanctissima no salutis millesimo quadringentesimo tricesimo tio, 18 Kalendas Maij.

14. Aprilis. Lydvvinæ patria & parentes.

FVit in Comitatu Hollãdiæ, oppido Schei Petrus quidam Ioannis filius, qui non tam uitibus quàm honestis & religiosos adm ortus natalibus, vxorem habebat Petronillam, minam cùm alijs virtutibus tum pietatis inp studio insignẽ; ex qua, præter proles masculas o puellam vnicam suscepit cùm alijs multis & a & corporis dotibus, tum verò eximia forma a chritudine præditam; cui per regenerationis crum Lydvvinæ nomen impositũ fuit. Hæc ab cunabulis, varijs exercita corporis doloribu cruciatibus, ad perfectionis ac totius quoddã ctitatis culmen à Dño prouecta est. Sic enim di prouidentia statuisse videtur, vt neminem a

gnem sanctitatis gloriam nisi per magnos labores & ardua certamina peruenire velit. Cùm virgo septimum ætatis annum attigisset, cœpit, puellarum consortio posthabito, mentē pariter & corpus Deo consecrare; prorsus vt ditissimorū etiam hominum coniugia, qui eam propter formæ integritatē & raram prudentiam, vxorem expetebant, cōstanter repulerit: atq; in castitatis proposito perseuerauerit. Cumque nō deessent qui importunis postulationibus & ingenti auri pondere eam expugnare tentabant; illa contrà, ne preciosum virginitatis suę thesaurum amitteret, pugnabat, eamq; gemebūdis precibus, inter varia certamina, corporis deformitatē à Dño impetrauit, vt à cunctis, qui eam anteà incredibili amore prosequuti fuerant, & casto virginitatis proposito insidias struxerant, tunc aspernarentur: ac contemptu quouis dignam iudicarent.

Recusat nuptias etiam diuitū proceorum.

Impetrat à Dño deformitatē corporis vt à procis liberaretur.

Annos igitur nata plùs minùs quindecim, accidit vt hyberno quodam tempore, cùm flumina glacie concreta iucundissimam inambulandi in ea facultatem hominibus præberent, à sodalibus virginibus inuitata, quāuis ægrè admodum, animi causā se sociam adiungeret. Ibi verò cùm puellas sursùm deorsùm, vt moris est apud Batauos, cursitātes spectaret, contigit, vt puellarum vna rapido cursu incitata, casu in eam impingeret, ipsam in glaciem prosterneret, tam miserabili lapsu, vt costa vna corporis frangeretur. Tum illicò iocus omnis in lachrymas conuersus, clamores sanè multorum cum miserabili eiulatu excitauit; & quam iucundis animis eò adduxerant puellæ, eam suis humeris cognati, desperata planè corporis salute, domum reportare coguntur. Fuit continuò ægra valdè ad doloris sui lectulū delata, è quo, Domino sic volente,

Horrendo casu grauissimè læditur

nun-

nunquam incolumis surrexit. Medici & chirur-
præstantissimi quique vndeque accersebantur, d
dolor virginis omnem eorum artem ac industri
vincebat, adeò vt exiguis parẽtum facultatibus
sumptis, omnis salutis spes præcisa esset. Omni
go medicorum solatio destituta virgo, sola spe
pus diuinæ nitens huc atque illuc sine vlla se re
versabat; prorsus vt omnis ei locus angustus e
nimiaque doloris vis animum propè absorbe
Videre erat certè non sine lachrymis, misellã
lescentulam membrorũ omnium officio orbat
genibus manibusque monstri cuiusdam insta
mi reptãtem: & nunc trunco, nunc scabello pe
mûs angulos se promouentem. Fastidiosus sto
chus salubres cibos ac potus respuens, sæpè ex
tibus tepidam, quandoque è canalibus putente
quam expetens hauriebat. Stomacho vacuo au
guus aut penè nullus ei somnus erat. Vnicum
latium, per singulas noctes lachrymis rigare
suum, & cum percusso Iob ab omnibus dere
Deo gratias agere. Qua verò spiritûs amaritu
quantis corporis cruciamentis, quãta vtriusque
minis deiectione tres primos annos exegerit
Deo notum est, & quibus hoc ei placuit reuela
Erat ei dirissimum apostema, quod noxium
morem per omnia corporis membra diffunde
adeò vt marcidis intestinis, vermes horridis
inaudito quodã modo, è profundo corpore e
gerent: corrosisque visceribus tribus in loci
trem eius dirumperent. Ne autem vitalia me
suo more exederent, malagmate quodam ex
fruméti, melle optimo & pinguedine caponis
fecto, & ad foramina illa apposito, eliciebat
Ad hanc autem calamitatem accedebat hoc

Nulla arte potest curari.

Miserãdum in modum perpetuo cruciatur.

Nota de vermibus.

quòd à diuitibus cogeretur eiusmodi emẽdicare alimoniam, qua sæuissimi vermes nonnihil compescerentur. Erat tum Scheidami vir prædiues qui opiparum instructurus conuiuium, præter alia animantia, capones etiam benè pingues sibi comparauerat. Hunc Lydvvina ægestate compulsa rogare cœpit, vt aliquid sibi de caponum pinguedine impartiri vellet. Negat ille homo ab omni planè humanitate alienus, aitq; capones suos macie affectos. Tum illa: quandoquidem nulla te calamitatis meæ misericordia capit, oro Deũ vt catus deuoret quod mihi miserrimę dare recusas. Et eccè aduentat lautissimi, vt putabatur, conuiuij dies, parantur capones, extrahitur adeps, conduntur omnia in prõptuario, crastino manè, quod accuratiùs asseruatũ credebatur, totum cernitur tanquàm à bestijs laceratũ.

Vltio diuina in hominẽ inhumanum.

Membra omnia, dempto capite & brachio sinistro, tanta erant debilitate deiecta, vt ea mouere nõ posset. Ignis, quem sacrum vocant, dexterum brachium ad ipsa vsque ossa depastus erat. Scapula putredine absumpta fascijsque colligata vix corpori adhærebat. Caput dolorũ aculeis & malleolis compungebatur, frontem fissura longa, lata atque flexuosa deformabat. Mentum quoque ad labrum vsque fissura diuisum, & concreto sanguine tumidum oris officium impediebat. Oculus alter penitùs cæcatus, alter lumen naturale sine sanguinis effusione nouoque cruciatu ferre non poterat. Dentium dolor eam insaniam propè adigebat. Guttur non raro angina, alijque morbi anonymi infestabant, vt nonnunquàm nè corpus quidem Dominicum deglutire posset. Tantus manabat ab ore sanguis, naribus, auribus, & oculis vt horrorem afferret ad spectantibus, & pijs lachrymarum riuulos exprimeret.

Nullũ membrum virgo mouere potest.

Vome-

Vomitus mirabiles.

Vomebat sæpissimè tanta copia aquam rubram, plerunque capacitatem vasis, quod à duobus hominibus portaretur, excederet. Curiosis autem admirãtibus, vndè tantus in ipsa nihil alimoniæ sumente existeret humor, respondebat: Dicite, viri sapientes, vndè vitis tantus liquor, quæ hyeme prorsus arida videtur. Pulmonis quoque & hepatis particulas reijciebat, vbera ineffabilibus pustulis & [illegible]nie interdum fluentibus, torquebantur. Calculi columbini oui instar tanta vi eam exagitabat, omni sensu frequenter destituta iaceret. Magnæ testinorũ pars è corpore diù ante oculos eius pendula eminebat. Nulla est febris quam non assidue infestissimam patiebatur. Et nè singulis immo[illegible] non erat vllum in corpore membrum, quod in[illegible]ditis non esset doloribus obnoxium. Et quidem tantus morborum cumulus annis octo admodum & triginta eam oppressit, neque vllum omnino horrendis cruciatibus respirãdi tempus vel loc[illegible] concessit. Iacebat virgo ad supremum vitæ diem lectulo supina, vt aliquam ex cæli aspectu consolationem hauriret. Et primis quidem annis quatuor afflictionis suæ, secũdum exteriorem hominem patiebatur inuita, tædebatque cæli etiam conuersari. Lachrymantem assiduo parentes vetuli consolari nitebantur; cognati quoq; & adolescentulæ [illegible]bis suauissimis pondus tantæ calamitatis sublevare volebãt, sed oẽs illi consolatores onerosi: solum qui percusserat, doloris acerbitati mederi debet.

Calculi dolores.

38 annis ægrotat.

Primis quatuor annis inuita passa est.

Erat ijs temporibus venerabilis quidam Christi Sacerdos Ioannes Pot, is tãquàm à Deo missus consolaturus eam aduenit; hortarique cœpit vt [illegible]tam ad Christi labores & acerbissimũ supplicium nus spontè pro nobis susceptum, meditãda co[illegible]

Ioannes Pot Sacerdos.

neret. Promisit illa se facturam, sed cùm insipidum adhuc manna degustare vellet, protinùs dolorum acerbitate victa redijt ad lamenta & querimonias: nec sinebant immodici corporis & animi cruciatus aliquid de Dño Iesu placidè cogitare. Veruntamen vir Dei Ioannes cùm cerneret promptã eius animi voluntatem, ad perseuerantiã eam instanter hortatus est. Suadebat, vt cõtemptis sodaliũ ineptis gaudijs, & oblectamentis breui perituris, reuocaret ad memoriã quæ & quanta passi essent Christi martyres, quã multis iocis, diuitijs & voluptatibus spõtè sua caruissent, solo Christo cõtenti, apud quẽ nunc summis opibus, honoribus gaudijs & delicijs sine fine perfruãtur. Sed quia nihil, inquit, tuis ipsa viribus poteris, Christũ pro te vulneribus concisum intuere, aspice in cruce pendentem, clauis cõfixum & extremis dedecoris ac ignominiæ maculis affectũ. Nil dubita quin ex assiduo illius aspectu, refectiõe tandem suauissima perfrueris. His auditis virgo sacra vires animũq; resumpsit, totoq; intellectu & affectu torrentẽ passionis Christi sitire cœpit. Porrò Christi Sacerdos tertiò iã accedens viuifica Christi mysteria secũ detulit, tradiditq; virgini & ait: Hactenùs ego te ad commemorãdam Christi passionẽ incitare conatus sum: iam verò ille tibi loquetur. Quod si te constãter fortiterque illi subieceris, erit merces tua magna nimis. Vix hęc effatus erat, cũ statim virgo in tantã vim lachrymarũ prupit, vt diebꝰ quindecim vix eã sistere potuerit. Tũ verò amaror omnis in dulcedinẽ conuersus, crescẽte morbo, spiritũ cõfirmabat; prorsùs vt nihil, nisi solus Iesus & hic crucifixꝰ saperet. Itaq; passione Dñi in septẽ articulos redacta, nullã temporis partẽ sine eius commẽtatione vacuã trãsire permisit. quæ res tã ardẽti

Optimè eũ instituit Ioannes Poz.

Mirè compungitur accepta Eucharistia.

amore

Passionem Christi assiduò cōmemorat.

amore Christi, animum eius inflammauit, vt in calamitatibus Christum vbique præsentem contemplaretur, eumque obnixè rogaret, vt multiplicatis doloribus vehementius eam affligere dignaretur. Per id tempus cùm pestilens quædam contagio regionem inuasisset, illa tanquam sedula mater iratum patrem & reos filios mediam se imponebat: supplicibus à Deo precibus contendens vt cælestes iras multis populi sceleribus debitas suum caput conuerteret. Mox igitur bino pertinaci vlcere, immensas Deo gratias egit; rogauitque tertium ad sacrosanctæ Trinitatis honorem adiungeretur.

Eius insignis charitas erga proximū.

Intereà fama admirandæ patientiæ eius, quæ celebri sermone vbique vulgabatur, peruenit ad res Margaretæ Hollandiæ Comitissæ: quæ ad medico suo ad eam properauit, videnscque tot ... um, paupertatem, dolores & cruciatus totis visceribus commouetur, cupiebatque illam ... ci sui industria ab immensis cruciatibus sublevare, sed frustrà omnis ars humana in eius curatione sudabat. Medicus enim, cui Godefridus nomen erat, accedens marcida è corpore intestina extrahebat, saniora reseruabat: sed cùm erumpentem ... gno impetu ingētem vermium numerum cerneret, soli Deo curam eius committendam esse dixit, quæ re infecta discessit. Hoc autem admirationis ... gnum est, quòd sacra virgo triginta & amplius ... nis vix tantum panis comedisse fertur, quantum ... ro sano ad vitam triduò sustentandam sufficit. Quod si buccellā panis cum modico lactis ... uisię liquore deglutire vellet, fiebat id non sine ... xima difficultate ac magno dolore. Somni quoque similiter expers fuit, adeò vt toto infirmitatis ...

Margareta Comitissa Hollandiæ eam inuisit.

Hæc impossibilia sunt apud homines, sed possibilia apud Deum.

tempore, vix trium noctiũ tempus quieti dare potuerit. Confluebant interim multi ad eam, alij pietate, alij curiositate ac maleuolentia ducti: cumque in obscuro eam tuguriolo decumbẽtem cernerent, procacibus verbis voracem, merobibulã ac dæmoniacam esse affirmabant, & in humili tugurio, vt olim Iob in sterquilinio sedentem, subsannabant, eaque miseria, propter impietatem in Deum, dignissimam esse clamitabant.

Ecce maleuolẽtia hominum.

Defuncta verò matre virgo sancta, quamuis cum ipsa paupertate rerum omniũ indiga certaret, commissam tamen sibi à matre substantiolam distraxit, distractamque pauperibus erogauit: nihilque sibi in vita præter Iesum Christum reseruauit. Videre tum licebat virginem pauperculam nuditate & frigore cõfectam, ità vt obrigescentibus extremis corporis partibus, mortẽ ipsam in labijs portaret, quæ millies eam absumpsisset, nisi Dominus inter tot mortes mortuam conseruasset. Post has verò erumnas, accrescebat virgini nouæ molestiæ ex patre viuente, grandęuo, & viribus corporis destituto: vtpote quem paupertas premeret & æras labore victum comparare nõ sineret. Hęc cùm in acerbissimis corporis doloribus virginem vehementer affligerent, cum non rarò Dominus cælesti etiam consolatione subtracta eam planè derelinquere videbatur: prorsus vt ea nihil in terris calamitosius esset. Sed pia virgo quamuis diuino pariter & humano solatio destituta fidutiam tamen in Deum non abijciebat, sed iaculo amoris Christi confixa, ad angelum sui custodem se conuertebat; illum haud aliter quàm præsentem alloquens, multisq; sermonibus ad eum afflictis & temporis tædium & dolorũ vehementiam subleuans. Hoc pacto temporis repellebat tædium

Omnem substãtiam matre mortua erogat pauperibus.

Vt se gesserit diuinis consolationibus destituta.

dium cùm cælesti consolatione destituta corp
pariter & animo langueret.

Post maximas angustias angelica fruitur visitatione.

Sed illa eius insignis in Deũ fidutia nequaq
fructu carebat suo: nam post multas animi ang
as, post intolerabiles corporis dolores, post g
tus & lachrymas angelico fruebatur aspectu, f
batur colloquio & obsequijs adeò vt dolorũ o
um quasi oblita inter ipsa corporis cruciamẽt
ultaret & quasi corporeis vinculis soluta ter
res despiceret. Dicam paucis quantam virgo s
ex angelorum præsentia delectationem hauser

Angelus ei⁹ elegãtissima forma apparet.

Erat vidua quædam venerabilis quæ impor
precibus ab ea postulabat, vt sibi angelũ eius v
di copiam a Dño impetraret. Annuit virgo
monuitq; viduam vt clauso ostio secũ in pre
persisteret. Et eccè adest angelus incredibil
chritudinis splendore coruscans, adeò vt e
conspectu ineffabili gaudio perfusa vidua, pr
in amorẽ pulchritudinis illius absorpta esset.
q́ue angelus rogatu Lydvvinæ oculorũ obtu
eam defigeret, animus viduæ tam vehementi
ris flamma exarsit, vt cibi potûsq́ue penitùs
à lachrymis præ nimio gaudio fusis sibi temp
non posset. Cogitet hic lector quid sit ipse fo
electis suis in patria, si tantùm delectat aspect
rum qui ei ministrant.

Patientia eius & fortitudo in cruciatibus.

Cùm autem sic Christi famula tanquàm a
fornace probaretur, flante Austro, perindè v
tus irriguus virtutum flores germinare nõ d
alijs quoque optima de se proponens exemp
extremis angustijs nihil aliud habebat in ore
O bone Iesu miserere mei. Grauissimum pau
tis onus non modo forti sed hilari etiam ani
lit, adeò vt quibusdam fœminis, quę probè e

nuriam norant, eam reprehendentibus respōderit: Satis abundat, qui eo, quod habet, contentus est. Etsi autem mihi cum hominibus communes non sunt diuitiæ & deliciæ, sunt tamen cum multis communes paupertas & miseria: quibus ego abundās, Deo gratias ago & conquiesco.

Memorabilis eius sententia.

Ipsa, quamuis nulla corporis alimonia indigeret, oblatas tamen eleemosynas admittebat, vt eas tanquàm pia mater pauperibus erogaret. Sibiipsi parcissima pupillis & viduis mira liberalitate succurrebat: neque vlli vnquā, quamdiu teruncius superesset, opem negabat. Si largiri nil posset, condolentem præbebat animum, blandoq; è pio corde deprompto sermone aliorum miseriam subleuabat. Pauperes tanquam cælestis regni principes futuros venerabatur; eorūque nomina & habitacula, quamuis in tenebris iaceret, distinctè nouerat, quibus cibos interdùm coctos, crudos interdùm per fideles ministros suppeditabat. Cùm autem tāto pauperibus benefaciēdi studio arderet, tum vicissim Christus Dominus quàm sibi hæc virginis voluntas accepta esset, stupendis sæpè miraculis declarauit.

Benignitas eius in pauperes.

Ex liberali cuiusdā deuotione cū ei quarta pars vaccę cū vicinis ad alēdos pauperes diuidēdę cessisset, & illa coctas carnes certis familijs numero admodū triginta distribui iussisset; inuentū est posteà nihil pænitus ex olla dimunitū esse. Familia igitur stupēte & rei nouitatē admirāte, quid, inquit Lydvina miramini? An nescitis à Dno dictū, Date & dabitur? Huic sanè miraculo derogari nō potest, cū & domestici, & aduentātes peregrini ijsdem carnibus posteà refecti sint, & oēs admiratione permoti manū Dñi adesse faterētur, quæ olim viduæ farinuam cōseruārat, Eadē Dñi virtute & bonitate factū

Præclaro miraculo declarat Dominus quàm sibi sit gratū benefaciendi studium.

3.Reg.17.

est, vt, cùm fœminæ cuidam caduco morbo la-
ranti misericordia mota vinum suum, quo aren-
labia refocillabat, benignè dedisset, vasculum
vino optimo redundaret. Cùm frater eius Gul-
mus multo ere alieno obstrictus è viuis excess-
filiosque in extremã calamitatem coniecisset,
go sancta illorum miserta corrasis vndique pec-
Nicolao cognato suo in mãdatis dedit, vt prom-
è crumena, in quam nummos omnes cõdiderat
cunijs, creditoribus satisfaceret. Fecit ille, vt
erat, cumque omnibus factum esset satis, eade-
cuniæ summa salua & integra in ipsa crume-
uenta est: qua propter eam Domini Iesu crume-
deinceps appellari voluit. Et quidem hoc certi-
tiùs constat cùm octo libras in eam misisset,
plusquàm quadraginta, præter eas quibus fra-
alienum dissoluerat, ex ea pauperibus elargi-

Item alio.

Item alio.

Cùm autem tanto studio ac diligentia ine-
& paupertatem à miseris profligaret, tùm di-
tiori cura animarum languores curandos sus-
bat. Quamuis enim literarum prorsus ignara
tamen ex codice vitæ crucifixi Iesu, mirabili
tate sedula discipula haurire studebat quo
effunderet. Confluebãt ad eam omni ex parte
ti varijs tentationibus & angustijs afflicti, di-
que & animi & corporis doloribus oppressi,
rum corporibus Christi virtute ægritudine
bat; & animas peccatorum pondere grauata
tis sermonibus recreabat. Periculis animar
sæpiùs probatum est, plùs cruciabatur san-
go, quàm sui corporis doloribus. Cum Mo-
precari Dominum solatio erat ei; ferre cru-
lucrum putabat: mortificari quotidiè, spiri-
rat animæ illius respiratio.

Suscipit etiã curam animarum.

Erat Scheidami vir quidam prędiues, qui desperatione vexatus, seipsum suspēdio necare tentabat. Cumque hoc suo exposuisset confessario, neque is hominem ab eo furore sanare posset, adijt virginē, eique hominis illius periculum exposuit. Respondit virgo; Satanę hoc esse artificium, quarè nihil fieri posse prudentiùs, quàm dęmonem suis ipsius laqueis captū irretire. Hortatur igitur confessarium, vt homini illi ab omni peccatorum labe per salutarem confessionem priùs purgato, hoc ipsum pro satisfactione iniungat, ad quod eum teterrimus Satan instigabat. Sciebat enim virgo dæmonem odio Dei & sacramentorum, non permissurum vt pœnitentis obedientia fieret quod ipse serpētina malitia suadebat. Sacerdos autem quauis ab eo consilio vehementer abhorreret, cùm tamen virginis prudentiam ac sanctitatem multis indicijs perspectam haberet, & miserum hominem præ tētationis importunitate tabę confectum cerneret, iniungit illi per sanctam obedientiam suspendij pœnitentiam. Lætatur ille tali pœnitentia, festinansque ad laqueum trabi appensum, desilit ex loco quem ascenderat. Mirares. Accurrunt ilicò dæmones, hominemque rupta resti collo eius implicata, magno cum impetu inter parietem & cistam quandam dejjciunt, ibidemq; corpore & animo tremebūdum relinquunt. O fœminam admirandam, diuino proculdubio lumine illustratam, superniq; secreti de viro desperato non insciam, cuius hoc sanè admirandum potius est, quàm imitandum consilium.

Hominē desperātem liberat à diaboli machinis, sed modo admirando potius quàm imitando.

Vir quidam immanitate scelerū efferatus, mortiferoque sepultus somno, nullis monitis vel terroribus ad flagitiorum confessionem sacerdoti faciendam adduci poterat. Tandem assiduis adhortationum

Item virum valdè flagitiosum.

onum stimulis fatigatus, paratum se ostendit Ly-
vvinæ ea reuelare, vt ea rursùs illa sacerdoti con-
teretur. Lydvvina verò etsi totis se viribus oppo-
net, ille tamen turpia sanè & horrenda flagitia
exit, quæ illa, consentiente viro, sacerdoti re-
quàm propria cum multis lachrymis confessa
Postea vir ille ad eam rediens salutarem sibi in-
factionem imponi voluit, spondens se, licètgra-
sima libens subiturum. Tum Lydvvina: Pec-
tua per puram ac integram confessionem expia
suscepi: vnum autem hoc à te peto, vt in molli-
to vna nocte supinus cubare velis, neque te in
rum latus quouis modo vertas. Accepit ille in-
factionem subridens, seseque opportuno tempo-
delicatulus ille in lecto reposuit. Sed mox in
victus, ægrè admodùm tulit se consueta verten-
bertate priuatum esse, adeò vt somnus etiam a
culis fugeret. Cumq; sic tædio affectus iaceret,
porisque sui incolumitatem, lecti mollitiem,
poris breuitatem, scelerum suorum immanita-
æternas gehennę flammas, aliaque multa cogit
& tam exigua molestia se victum cerneret,
bissimè cœpit peccatorum tuorum fœditatem
plorare, mentisque cæcitatem admirari ac ing
tudinis suæ scelus detestari. Ego enim, dicebat
incolumis molliter & delicate iacens vehem
discrucior quòd breuissimo hoc temporis sp
libertate corporis, quò libet, vertendi frui non
sum: Et Lydvvinæ corpus tot Domini flagel-
tritum, & putredine absumptum, tam multis
in vili habitaculo & duro strato libens pro Ch
patitur. Hæc consideratio protinùs virum illu
alterum mutauit, vt nulla ei deinceps satisfa
pro peccatorum venia grauis videretur.

Hoc miraculum sane eximium est.

Fla-

Flagrabat adeò virgo sacra animarum salute, vt neminem vnquam aduentãtium, quamuis immensis corporis & animi doloribus premeretur, repulerit: cùmque domestici eius concurrentium multitudinem excludere vellent Lydvvina facibus amoris inflammata exclamabat: Quid agitis sorores meæ, quid agitis? Itanè lucrari non debemus Christo animas, quas satan deuorare cupit? Veniãt ad me pauperes omnes, veniant desolati & quotquot amaro sunt animo. longè enim maiora pro ijs perpessus est Dominus meus Iesus Christus. necdũ eò perueni, quò ille, qui ait: Optabam anathema fieri pro fratribus meis. Dominici corporis sacramentum tam ardenti sumebat desiderio, vt vel vno die illo carere coacta, anni spatiũ breue illud tempus existimaret.

Flagrat amore peteuntium animarũ.

Rom. 9.

Venerabile sacramentũ quam ardenter sumpserit.

Intereà Lydvvina tota flammis charitatis incensa non destitit die noctuque pro animarum salute cruentos lachrymarum imbres profundere; eò magis quo certiùs per spiritum horrendas damnatorum pœnas apud inferos cognouerat. Frequenter, angelo duce, ad loca purgatorij perducta vidit immanes cruciatus eorum, qui magna familiaritate in vita ei coniuncti fuerant. Inter quos sacerdotem quendam (vt alios interim plurimos silentio præteream) qui cùm tota vita carnis illecebris deditus, corruptos statuisset corrigere mores, morte præuentus, etsi valde contritus, sine vlla tamen satisfactione è carne migrauerat. Pro quo Lydvvina cum assiduis precibus Deum exoraret, rapta in spiritu ad expiationis regionem audiuit è puteo abyssi vocem sanè lugubrem, cognouitque ex angelo suo sacerdotem illum decem iam annis ibidem detineri. Cumque ex ea quæreret velletnè pro eius

Orat nocte ac die pro salute animarum.

Vidit sacerdotem quendam in pœnis purgatorij.

absolutione aliquam subire pœnam; respond
la se id animo velle libentissimo. Tum angelu
raginem quandam valdè horribilem ostendit,
torum torrentium instàr, magno impetu reb
tem, quam transmittere eam oportere dice
vellet afflictissimæ sacerdotis animæ subuen
Nec renuit illa ardentissimis charitatis flamm
censa, quanquàm ingenti tremore concussa; se
gelo hortante & diuina virtute eam confirm
tumultuātes illas vndas ingreditur, ac summo
labore eas superans victrix tandem, quod op
rat, obtinuit: viditque repentè sacerdotis illi
mam niue candidiorem è pœnis euolātem &
iubilo ad cælos abeuntem. Et nè quis hæc al
quę innumera sunt, vana esse existimet, const
tè Lydvvinam, cùm diu oppressis sensibus in h
modi raptibus iacuisset, ad se reuersam, mu
dore perfusam animo ita consternatam fuisse
mo circumstantium ambigeret eam spiritu
fatigatam alicundè reuertisse.

Sacerdotis animam è pœnis liberat.

Sæpiùs etiam noctibus rapiebatur (in corp
extra corpus incertum) ad loca illa in quibus
stus nostrę salutis redemptionē operatus est:
bus multis interdum liuoribus contusa & v
bus concisa redibat, cùm tamen spiritus eius
dibili gaudio perfusus exultaret. Hęc autem
ra angelus ei ideò inflicta esse dicebat ne qu
bigeret se sacris in locis fuisse. Sed & homin
dignissimi, hoc in ea post crebros raptus, ob
runt, quòd haud secùs redoleret, quàm si prec
mis vnguentis delibuta fuisset. Spiritus enim
sti dulcedine plenus redundabat; prorsùs, vt
vasis musto exuberantis, totum tugurium,
quodam spiritûs efflando compleret; pręsen

Sæpè ducitur ad loca terræ sanctę.

Consolationes spiritus in corpus eius redundarunt.

omnes diuina quadã virtute mirificè exhilarabat. Multi sæpè cùm nares oraque sua pectori eius admouerent, vt pro voto, spiritûs eius & suauissimi odoris reliquias haurirent, mirabantur, quomodò tantarum redundantiam deliciarum ferre posset; quibus illa respõdebat: Quam bonum mihi, vt minùs sapiẽs loquor, quòd in infirmitatibus meis humiliat me Dominus: nam sine illis pondus consolationum eius nequaquam ferre possem. Itaque cùm abundo consolationibus, disco posteà in corpore miserabili incredibiles perferre cruciatus. Bona est consolatio quam non tumor inflat, sed timor consolidat. Nota optimam sententiam.

Fuit ei summa quædã cum angelo custode familiaritas, adeò vt vel solo hoc solatio facilè omnes mundi huius consolationes respueret. Die quodam solenni, diuinis intentã meditationibus assidẽtem sibi cum alijs nonnullis confessarium modestis admodum verbis rogauit, vt soli sibi trium horarum spatium concedere non grauarentur. Abeunt confestim omnes, sed confessarius, qui angelum aduenturum credebat, vt diu desiderata eius visione frui posset, clam se in virginis cubiculo abdidit. Eccè autem paulò post aduentãs angelus blando quidem vultu eam respexit, sed propiùs, quàm solebat, accedere recusabat. Tum virgo ex hominum familiaritate aliquam se peccati contagionem contraxisse existimãs, vim lachrymarum profudit. Angelo autem eam consolante & non eius, sed illius qui ibidẽ delitescereret culpam esse dicente, acriùs flere cœpit: Qua re timore pariter & pudore suffusus sacerdos, illicò se indè recepit: virgo verò Lydvvina immenso lumine circũfusa, primò in spiritu ad loca poenarum, indè ad contemplandos cælicolas, deducẽte Familiaritas eius cũ angelo.

Raptus eius mirabilis.

eam angelo, rapta est. Et ne quis hæc in dubium
care audeat, constat certè cùm hoc modo spiritu
corporis consuetudine auelleretur, quòd omn
sentiendi vim nō modò amiserit, sed mortuæ
lis multo tempore iacuerit, prorsùs vt quodā
mali frigore, relictis per imprudentiam ad
lum prunis, latus eius, ad ipsa vsque ossa, sine
doloris ipsius sensu, absumptum fuerit.

Non sentit præ mentis excessu vim ēgnis corp. eius deuastantis.

Mira etiam in ea fuit prophetiæ gratia, ita
arcana cordium eam non laterent, & absentia
secùs ac præsentia clarissimè intueretur. Mag
quandoque nauium apparatum mercatores in
entem nauigaturi fecerant. In ijs nauta qui
virgini familiaris die festo cum alijs profect
virginis se precibus commendauerat. At virg
turorum præscia hortatur eum, vt die ab alij
stituto, mari se committere non præsumeret.
ceret accepti consilij haudquaquàm pœnitu
Nauclerus licèt inuitus consilio acquieuit, al
cum magno bombardarum strepitu & solit
tiæ signis è portu soluentibus ille tristis dom
dijt, conuicijs pariter ac pudore affectus. Sed
dit vt classis illa paulò pòst in piratas incid
quibus partim cæsa, partim demersa fuit, nau
militibus in captiuitatem abductis. Nauclerus
rò qui saluberrimo virginis consilio paruera
spera vsus nauigatione, mercibus onustus &
bus auctus domum redijt.

Donum prophetiæ.

Nautam seruat ab imminētibus periculis.

Iuuenis quidam Coloniæ Agrippinæ natu
rardus nomine, cùm varia de certo aliquo vi
nere eligendo cum animo suo consilia agita
desiderio solitariæ vitæ vehementer inflam
AEgyptum cogitaret, ne temerario ausu in
tum corporis & animæ discrimen se conij
der-

Gerardus Coloniēsis solitarius sanctus.

deretur, ſtatuit antè omnia Lydvvinæ exquirere
conſilium. Illa verò vt hominem ad ſe venientem
conſpicata eſt, tanquàm commilitonis ſui exhila-
rata præſentia, futurorumque optimè conſcia hor-
tata eſt eum ad ſpiritale certamen in vaſta AEgypti
ſolitudine ſubeundum : nec dubitaret quidquam
de ope diuina; vtpotè qui cæleſti manna poſt terti-
um ab ingreſſu diem ad finem vitæ vſque foret a-
lendus. His virginis monitis Gerardus ille ad ar-
dua quæque pro Chriſti amore aggredienda ala-
crior factus in AEgyptum profectus eſt; vbi in ar-
bore caua, domicilio conſtituto, multùm in vera
pietate profecit, & cæleſti alimonia ſuſtentatus,
Angelicis meruit colloquijs perfrui. Fuit autem
corpore ita obeſo, vt colli eius pinguedo in veſtis
oram extrinſecùs ſe diffunderet, cùm tamen om-
nis alimenti corporei expers, cæleſti, vt olim fi-
lij Iſrael, cibo vitam ibidem ſuſtentaret. Abijt
verò è vita anno ſalutis milleſimo quadringen-
teſimo viceſimo ſexto, cuius ſpiritum Angelo-
rum miniſterio ad cælos abeuntem vidit Lyd-
vvina.

Nutritur manna.

Gerardus quãdo mortuus.

Porrò virgo ſacra cùm iam viceſimum octauum
in ſua infirmitate annum ageret, atque incredibili
ſpiritûs feruore ad martyrij palmam aſpiraret, ac-
cidit vt milites quidam Ducis Burgundiæ Philippi
(qui illo tunc fortè tempore apud Hollandos inau-
gurabatur) facta aduerſus Chriſti ancillam conſpi-
ratione furibundi in illam irruerent, turpiſſimaq;
conuicia iactantes detractis corpuſculo operimen-
tis indignis modis contrectarẽt; nec paucis vulnera
eius vulneribus cumularent. Indè verò tanquã pre-
claro patrato facinore recedẽtes, multis calumnijs
ac mendacijs eam apud omnes traducunt beſtiam,

Militũ quorundam improbum facinus in ſacram virginem.

vora-

voracem, ac prostibulum appellantes, quæ ficti etatis specie per summum scelus sanctitatis op onem apud rudes homines captare non vereb Hic rumor sceleratis eorum sermonibus long teque diuulgatus, ipsum Burgũdiæ Ducem per uit, vt strenuos quosdam non minùs quàm hon milites mitteret, qui Lydvvinæ vitã diligent tinio excuterent, vt si eam ab illa sanctitatis op one alienam inuenirent, dignum de ea suppli sumeret. Illi igitur numero sex, virginis dom gressi, omnia perscrutari cœperunt, amotisque gnatis & familiaribus, diebus admodũ nouem demque noctibus custodes perseuerarunt; sed nihil in virgine deprehendere potuerũt, quàm cibi omnis potûsque expers suauissimis in D contemplationibus raperetur.

Ad nouem dies curiosissimè à militibus obseruatur Lydvvina.

Hinc igitur omni suspicione falsæ sanctita mota, virgo ab ipso Duce alijsque omnibus m in honore ac celebritate haberi cœpta, adeò nerabundi ad eam vndique multi concurrere que in rebus dubijs consilium & afflictis ope gitarent.

Cùm autem iam tempus adesse intellige mortalitatis ergastulo soluẽda laborum suo Domino præmiũ iustitiæque coronam perci accersitis ad se domesticis, multis cum lach ab omnibus erratorum suorum veniam po Fertur tunc ex corpusculo eius tanta odoris se fragrantia, vt omnes quasi torrente quod luptatis potati se continere nõ possent; quin tularentur. Illa verò in extremo illo spiritu mis nouorum dolorum stimulis adeò vehem vrgeri cœpit, vt diro cum vomitu fellis part eijcere cogeretur. Tandem tertio Paschatis

Moritur virgo sancta.

more pariter & dolore absorpta purissimũ in manus creatoris spiritum efflauit.

MARTYRIVM SS. MAXIMI ET OLYMPIADIS, qui passi sunt in Perside ciuitate Corduena, vt docet Baronius.

15. Aprilis.

QVo tempore Christiana pietas in Perside adversus Decij tyrannidẽ inuicta permanebat, Olympiades & Maximus, viri cùm generis nobilitate tum pietate admodũ insignes Decio Imperatori in ciuitate Corduena oblati sunt. Qui cùm incredibili tunc temporis in Christianũ nomen furore incandesceret, iussit eos, prẹterita vsitata iudicij ratione, fustibus cædi. Cumque in tormentis sine vlla doloris significatione inuicti persisterent, Decius ira vehementiùs inflammatus: Pandite, inquit, nobis facultates vestras. Cui protinùs Olympiades: Equidem libenter id faciemus: nostræ enim facultates & aurum & gemmæ Christus est. Ad hunc igitur accedito & verbis diuitijs abundabis. Terrenas enim & perituras facultates ignoramus: corpora verò hæc solida tibi lanianda tradimus, animas certe prohibere non poteris quò minùs ad suum creatorem abeant. Decius hęc audiens multò vehementiùs fustibus & plumbatis cẹdi eos iussit. At martyres magis confortati exclamabant. Fac quod facis, & noli cessare. munda quod sordidum est. Decius tanta verborum contumelia, vt putabat, lacessitus, tradidit eos Vitellio Amisio vicario excarnificandos, qui furore plenus iussit eorum capita securibus tundi donec fœlici agone impollutũ Deo spiritum traderent. Deindè sacra corpora canibus deuoranda reliquit: sed canes pio obsequio, Vitellij impietatem damnantes, custodes corporum se prebuerunt;

Maximus & Olympiades Decio oblati.

Verę diuitię Christus.

Cæduntur plumbatis.

Traduntur Vitellio Amisio.

Canes corpora defun-

ctorum custodiunt.

buerũt; adeò vt lugubri etiam mugitu mortem rum deplorarent. Itaque post dies quinque Christiani quidam nobiles, qui Abdon & Sennes cogti fuisse perhibentur, ea collegerũt, collectaque honorificè in domo sua sepelierunt duodecimo lendas Aprilis.

VITA S. PATERNI EPISCOPI rincensis. ex ea quæ est optima fide apud Sur Numeratur quartus Abricẽsis Sedis Episcopus ruit circa annum Domini quingentesimum nonsimum, temporibus Childeberti regis Francorum

16. Aprilis.

Patria & parentes eius.

BEatissimus Paternus apud Pictauos, Aquiniæ oppido, parentibus & generis nobil & publica administratione cõspicuis natalium splendorem vitæ & morum claritatis cit, Iulita matre, iam ab annis duobus vidua, honestissimè educante.

Monasticã vitam complectitur.

In ipsa verò tenera ætate cęlesti inspiratione motus, religiosæ vitæ frenos sibi spontè in monasterio Enixionensi Dominicæ seruitutis & habitu monastico suscepto. Vbi sanè non ra de se iudicia dedit idoneum se fore, cui, agente prouidentia, pontificatûs functio & marum rerum administratio quandoque daretur.

In ipsa adolescentia ad sublimiora sancta studia aspirans, cùm non fideret sibiipsi propter tatis teneritudinem, cum Scubilione eiusdem monacho, pro Christi amore relictis parentibus pago Constantino cõstituit peregrinus degere que nihil præter Psalterium secum accipientes profecti sunt. Ambobus verò propter captam solitudinem insulam quandam adire cupien

vir quidam nobilis atque religiosus eos apud se detinuit, donec ciuibus suis illorum aduentum indicaret: rogauitque illos vt in fanum Scisciacum se recipientes suis precibus homines ethnicismi erroribus implicatos à dæmonũ cultu reuocarent. Tum verò illi circa mentis sinum in cauernam quandam ingressi sunt: cumque populus execrabili ductus consuetudine, in illo fano debaccharetur, sancti viri monitis & precibus ab eo furore mentisque insania reuocare conati sunt: atque ad vnius veri & sempiterni Dei cognitionem adducere. Sed homines impij, spretis per summam contumeliam salueberrimis monitis, ritu suo cœptum cultum pertinaciter persequuntur. At sancti viri tũ sanctæ Crucis signo, tum fidei feruore armati, posthabito præmissimo vitæ suæ periculo, vasa, in quibus miseri illi pulmenta coquebant, suis scipionibus euertũt, potumque nefarium effundũt. Eccè autem qui sanctos viros crudeli internecione delere putabãt, nutu diuino timore correpti subsistũt; ac stupore perculsi pedem retrahũt. Sanctis verò ad locum suum abeuntibus mulier quædam impudica in illorum contumeliam nudauit: at repentè membris omnibus contrahitur, totoq; anno, vigore corporis tabescente, cruciatur, neruisque debilitatis, etiam vlcere flagellatur, donèc petita à Sanctis venia, illis Dominum rogantibus, sanitati restituta est.

S. Paternus cum Scubilione degit in specu.

Illorum zelus & constantia.

Mulier impudica punitur diuinitus.

Accidit die quodam vt nõ nisi dimidius panis illis ad necessariã refectionem superesset. Aduenientem autem peregrino quodã, beatus Paternus, volens ex illo apud Deũ sibi mercedẽ potiùs colligere, quàm in ventrẽ suũ recõdere, eum illi largitus est. Intereà sanctus Scubilio stata edẽdi hora eum panis frustũ quærens nec inueniens tulit molestissimè quòd

Benignitas eius in pauperes.

labore

labore defessus, nihil quo exhaustas vires reficere
inueniret. Paternus verò eum consolans hortatur
tur vt nihil de Christi benignitate dubitaret
dubio procul famulis suis escas subministrat
Hæc eo dicente & fratrem consolante cõfestim
fuit VVithens, qui se primus in illorũ disciplin
tradiderat, cum magna munerum ciborumque
pia, sicque intra temporis ferè punctum, quod
genti Paternus impartierat, cum grandi fœnore
ceperunt. Sed cùm cibum caperẽt, aquam, quam
excluderent, non habebant. Mox igitur in terra
prostrati supplices Christo, qui est fons vitæ in
ciens, preces offerũt, vt ipse famulis suis aquam
giretur in deserto, qui populo Israëlitico
petra largissimas produxit vndas in solitudine
diuit auris propinqua clemẽtissimi Saluatoris
ces seruorum suorũ, tangenteque Paterno
baculo, fons erupit: crederes te videre Moysen
ga percutientem petram.

Fontem precibus impetrant.

Eius rei fama crebrescente, vir venerabilis
rosus, Abbas eorum, post triennij spatia abijt
quirẽdos monachos suos, tam benè fugitiuos
pè qui ad Christum aufugerant. Vbi autem ad
peruenit, didicit Paternum arduum sanè vitæ
tutum sequi, præter panem & aquam, vel ole
conspersa nihil alimẽtorum admittere, & non
minarum dumtaxat, sed virorũ etiam aspectu
clinare: vt ab hominum consuetudine semo
licitè operiretur visitationes angelicas: tam
plus proficeret in rerum diuinarum contemp
ne, quãtò minùs haberet ex hominibus solatij
prætereà cognouit eum nullo vnquam cubare
ctulo, pro molli lana asperum vsurpare cili
vt nec ipsa quidẽ nocturna quies corpori sin

S. Paterni vita rigida.

estia abiret; exactoq; in sanctis laboribus die, nox non ad quietem, sed ad laborē succedere videretur. His igitur consideratis vt aduertit Abbas eum monastici Canonis metas, tanquàm equum impatientem immodico feruore excedere, imposito quodā freni retinaculo, ad moderata eum ieiunia reuocauit, simulque iussit nè tam arctę se daret solitudini, nec virorum aspectum & colloquia recusaret: tum etiam cellulas inuiseret. Simul etiam apud Leucinum Episcopum præclarum ei testimonium reddidit: qui eum primò diaconū, indè presbyterum ordinauit. Ille verò quantùm sibi senserat ex illa promotione accessisse dignitatis, tanto plus ipse sibi cumulandis virtutibus veri honoris adijcere nitebatur. Tantus autem Scisciaci ex eius & Scubilionis laboribus gratiæ fructus excreuit, dum illic cæstis verbi semina spargerēt, vt fanum profani cultus in pecorum stabula redactum sit. Spelunca autem illa, in quam viri illi egregij se abdiderāt, tam ...ues ex se diffudit virtutum odores vt permulta Paterno prodierint monachorum examina, nec ...uca apud Constantienses, Baiocenses, Cenomanos, Abrincenses, Rhedones in Britannia minori ab eo fundata sint monasteria. Claruit autem eius ex...ia fides multis argumentis, & sacram vitam miculorum signa declararunt.

Paternus fit presbyter.

Multa cōdit monasteria.

Scisciaci namque oblata ei fuit ancilla muta, ab ...iaste presbytero, cuius maxillas oleo consignans ...edicto, id effecit vt pristinum vocis beneficium ...iperet. Apud Abrincenses Vrci cuiusdam ancil... manus adeò erant vi morbi contractæ vt nec fila ...dam è glomo possent diuellere. Orauit pro ea Dei, & citò laxatis neruis, integra manibus in...umitas restituta est. Id vbi fama longè lateque

Mutā curat.

Contractas manus sanat

diuulgauit, multa Childeberti regis prece com-
sus, ei Parisijs vehiculo operto inclusus occu-
cumque Milenico puer serpente percussus, il-
corpore abiturus videretur, accessit ad eũ vi-
ctus, editoque Crucis signo, & olei liquore
perfuso, exitiale virus tali antidoto profli-
Quo sanè in loco in rei gestæ testimonium
cam in beati viri honorem condiderũt. Vbi a-
maligni spiritus eum Parisios aduentare sen-
ex obsessis corporibus aufugerunt: & qui feb-
repti erant incolumes euasêre: nec potuit ill-
rare morbus, vbi tam insignis medicus sua p-
ca produxit. Posteà verò cùm vir Dei pro p-
bus regias aures appellaret, inclytus rex C-
bertus Crescẽtio, ad quem publica cura spe-
mandauit, vt quod beatus Paternus ab ipso
ret, id exequi nè omitteret. Promisit ille se-
cturũ, sed fidem fefellit. Nam in Burgundia
fectus est, viro sanctissimo nesciente. At mo-
diuina vltio persecuta, oculorum lumine p-
ita vt biduo erraret. Agnoscens igitur culpa-
celeriter est regressus ad hominem Dei ven-
petijt: eodemque momento, quo ab animo
tas abscessit, oculis lux reddita est: factus
cæcitate eruditior, serui Dei nõ distulit p-
luntati, felicior effectus pulsa peccatoris c-
quàm oculorum luce reparata.

Signo Crucis & oleo pellit virus.

Dæmones fugiunt aduentum S. Paterni.

Iam septuagesimum ætatis agebat ann-
ternus & Abbatis officio fungebatur cùm e-
sciaci in cellula, quam primò extruxera-
scenti quadam nocte visus est locus ille m-
tate perfusus. Simul autem visi sunt ad ill-
di sancti Episcopi Melanius, Leucianus & B-
ad Dominum migrauerant, ipsumque ord-

Visio S. Paterni.

istitem. Hac ille visione obstupuit, sed tacitam apud se habere volens, tamen occultare non potuit, quam posteà ipse per euētus ad omnium notitiam perduxit. Nam non multum intercessit temporis, cùm decedēti Abrincēsi episcopo ad regis & populi preces ipse successit. Nec enim recusare potuit, quod secreta Domini dispensatione sibi imponentum iam ante præuiderat. Vbi autem id honoris deptus est, talem se præbuit, tum in veterum ecclesiarum instauratione, tum in nouarum ædificatione, domorum etiam reparatione & pauperū procuratione, vt esset in singulis admirabilis & in omnibus singularis. Cùm autem quadam vice in pago Cheodisiaco ad comitē Seuerum fœmina quædam, Rhedonensis, venisset planè muta, sanctoque ro in oratorio esset oblata, illo pro ea preces funte, actutum longa rupit silentia, nec potuit diuus seruire inimico, pro qua Christus eius & creator & saluator fuerat iuterpellatus.

Creatur Abrincensis Episcopus.

Muta loquitur.

Tertiumdecimum annum in Abrincensi pontificatu iam agēs vir sanctus, altero Paschatis die, cùm tres Scisciaci inuitare cuperet, in morbum incitemque sanctus Scubilio apud Mandanenses. Ittunt autem vtrinque nuncios, mutuoque sibi significant, vt priusquàm migrent ex hac vita mutuo spectu fruantur. Nunc ij in ipso itinere sibi fiunt uiam, rogantque beatum Scubilionem, vt beato terno occurrat. Id verò quô minùs ille posset, si quidam maris impedimēto fuit, quem nocturtempore traijcere non licuit. Verùm cùm à Sciaco ferè tribus milliaribus abesset, eadem omnihora B. Paternus & frater eius Scubilio reuerenPræpositus, nobili triumpho comitibus angelispiritibus animas suas è terris ad cælestia regna

Obit S. Paternus & Scubilio.

cum Christo æternùm victuras trãsmiserunt. Cu-
que & Paterni exequias celebraret Lauto Epi-
pus, qui ante dies octo eius inuisendi causa de-
nerat, eiusque sacrum corpus ad basilicam de-
taret: itemque Lanscius episcopus S. Scubilis
ad basilicam eandem adduceret ambo pontifi-
concinente psallentium choro, præter omnem
pectationem sibi inuicem occurrerunt, parim
in eodem loco conuenerũt: & viri sanctissimi
rum funera illi antistites curabant, fœlici tra
locum orationis, quem ipsi extruxerant, eode
simul occuparunt: & qui se in vita mutuo d
rant, nec in morte quidem separati sunt, idque
vt vno eodemque momento, pariter condit
nec dubium, quin Christo redemptori nostro
stri amantissimo, electi eius gratia è seculo
bus meritis illustres pariter occurrerint in
etiam post obitum beatis & mirificis operib
tegrè viuentes & miraculis coruscantes ad la
& gloriam præpotentis Dei, cui est honor &
in secula seculorum. Amen.

Lauto Episcopus subscripsit in Aurelianẽsi can. 2 & 3.

MARTYRIVM S. MAPPALICI
vt habetur in vetustissimo monumento.

17. Aprilis.

SAnctus Mappalicus apud Africã cum al-
ribus martyrio coronatus est. Scribit de
atus Cyprianus in epistola ad martyres
fessores hoc modo. Vox plena Spiritu sa
martyris ore prorupit. cùm Mappalicus
mus inter cruciatus suos proconsuli dicere
bis cras agonem, & quod ille cum virtutis
testimonio dixit Dominus impleuit. Agonis
exhibitus & Dei seruus in agonis promissi
ne coronatus est. Et post pauca. Hunc igi-

B. Cyprian. epist. 922 & 23.

nem per prophetas antè dictum per Dominũ promissum per Apostolos gestum Mappalicus suo & collegarum suorum nomine proconsuli repromisit nec fefellit in promisso suo vox fidelis. Pugnam quam spopondit exhibuit, & palmam quam meruit accepit. Istum nunc beatissimum martyrem & alios participes eiusdem congregationis & comites in fide stabiles in dolore patientes in quæstione victores & cæteri quique sectemini & opto pariter & exhortor, vt quos vinculum confessionis & hospitium carceris simul iunxit, iungat etiam cõsummatio virtutis & corona cælestis.

MARTYRIVM SS. MARTYRVM ELEVtherij Episcopi & matris eius Anthiæ. ex eo quod est per Metaphrast. Vixit Eleutherius sub summo Pontifice Anacleto. non autem sub Aniceto quemadmodum de eo agit Nicephorus ex Metaphraste. Nam cùm passus sit sub Hadriano Imp. & Anicetum post Hadrianum sedisse constet. manifestè patet error. Videtur autem Librariorum incuria accidisse vt Anicetus pro Anacleto poneretur.

ELeutherius ex inclyta vrbe Romana, illustri admodum genere diuitijs & mũdi huius gloria cum primis præstantissimo ortus, (quippe cuius parentem ter consulatum gessisse referunt historiæ) pietate & religione admirabilis tanquàm lucidissimũ sydus impietatis tenebras profligauit. Mater eius Anthia, fœmina omnibus virtutibus ornatissima, cùm ex D. Pauli prædicatione Christi fidem percepisset, religionis studio incredibiliter incensa, filium suum Eleutherium sanctissimis disciplinis imbuendum curauit, quô aliquandò doctri- 18. Aprilis. Patria & parentes eius.

næ & virtutis ſplendore obſcuratam pietatis
em in Eccleſia illuſtraret.

Traditur Pōtifici Anacleto erudiendus.

Ea tempeſtate AElius Adrianus Romani
rij ſceptra tenebat; Romanæ verò Eccleſiæ A
tus cum poteſtate ſumma præerat, qui ſedem
multis virtutibus adornabat, Chriſtiique Eccl
cùm non mediocri ſanctitatis opinione re
Huic igitur Anthia filium ætate pariter ac
adultum tradidit, vt ab eo perfectiſſimâ ac
ris omnibus abſolutam viuendi rationem hau
fideliq́ue patri fidelis diſcipulus miniſtrare
verò mox ingenua indole & inſigni morū
bitate cognita primùm Diaconum, deindè
terum, poſtremò Epiſcopum Illyrici ob
quas ſacras Eccleſiæ functiones Eleutheri
miniſtrauit, vt fugatis vbique errorum te
clariſſimam veritatis lucem quamplurimo
ret, ac impio ſimulacrorum cultu euerſo,
Chriſti religionem conſtitueret.

Fit Epiſcopus Illyrici.

Illuſtris pietatis ſplēdor ſuos vbique ra
clariùs diffundebat, cùm malignus Adrian
quadam rabie incitauit, vt cunctos Chriſti
cultores internecione deleret maioremque
monibus honorē decerneret. Et quidē vt a
caput ipſum pietatis, Eleutherium inqui
miſit vnum ex Ducibus exercitûs Felicem
vt eum catenis vinctum ſuo ſiſteret tribu
ius ſupplicio cæteris terrorem incuteret,
exemplo gregem vniuerſum diſſiparet.

Hadrianus mittit Felicem Ducem exercitus vt Eleutheriū comprehendat.

Felix igitur magna militū ſtipatus cate
quàm immanis fera prædæ inhians, prim
plum ipſum (in quo tunc fortè vir ſanctus
ſtianæ fidei myſterijs diſſerebat) circūdet
effugium pateret: deindè vultu ſanè truc

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

gressus sæuitiam spirabat; adeò vt cuncti eius conspectu consternati trepidarent: mortemque haud ambiam expectarent. Sed (ò immēsam Christi virtutem ô bonitatem) postquàm coniectis in Eleutherium oculis, hominem suauissimum doctrinæ fluentum profundentem, luculenterque pietatem annunciantem audiuisset, statim mutata sæuitia sit ouis ex lupo & pro persecutore discipulus: adeò vt priorum veluti oblitus obortis lachrymis ad pedes sancti procideret, supplexque veniam peteret atque ad Christi Ecclesiā aggregari cuperet. Eleutherius verò cùm incredibili martyrij cupiditate arderet, prompto alacrique animo egressus, fidem oras protulit ac Romam ad confessionem festinauit. Sequebatur eum Felix dux exercitus, non quatis venerat, persecutor & Dominus, sed humilis discipulus & Christi amicus. In ipso autem itinere ad aquam quandam vt ventum fuit, Felix in pietate iam confirmatus tanquàm alius Candaces, à diuino Philippo nempè Eleutherio baptizatur, & idololatriæ caligine, tanquam putrido aliquo indumento exuitur.

Felix subitò mirabiliter mutatur, & fit Christianus.

Eleutherius Romam cōtendit.

Felix baptizatur.

Postquàm verò Romam venerunt, Eleutherius magno & excelso animo ad Imperatoris tribunal ingressus est. Imperator verò, vt vidit eum & iuuenem & formosum & virtutis ornamento & animo & oculis decorum multis eum blāditijs est aggressus, spondens atque promittens, vt, si Christiana religione contempta, ad deorum vellet cultum transire, multis magnisque honoribus affectus triumpharet; sin cōtrà: grauissima supplicia nequaquàm abterfugere posset. Ad hæc, cùm vir sanctus aliquamdiu seruato silentio, ne respōsione quidem dignum eum reputasset, tandē ait: Quomodò vestris

Hadrianus blāditijs aggreditur Eleutherium.

Præclara Eleutherij responsio ad Hadrianum.

dijs seruire potero, aut qua demum ratione sp
Omnipotēte Deo, ad nefandum dæmoniorum
tum transibo? quin potiùs vestram amentiam
deflere nequeo, quòd lignis lapidibusque vi
facti, in contemptum summi illius Domini, m
um vestrarum opera colitis, ac cęca mente im
tionem æternā ruitis. Itaque ego Christo De
adhæreo, illique soli seruio: vestros verò bo
despicio, & has pueriles suppliciorum larv
fantium terriculamēta esse reputo. Mihi em
totus mundus est crucifixus, & ego mundo: &
pro Christo deliciæ mihi sunt & exultatio.

Eleutherius vltro se supplicio tradit, sed illæsus permanet.

Hoc responso in rabiem conuersus Imp
æneum iussit afferri grabatum copioso igne
tem: vt in eū athleta Christi extenderetur. Se
tyr non manus expectans carnificum, lætu
insiluit, totusque in toto seipsum extēdit. De
tem cælesti voluptate martyrem perfundeb
vt tāquam rore quodam suauissimo refrige
molli se herba cubare putaret. Imperator a
quàm animi rabiem eo tormento se lenijsse
mabat, tanquam iam mortuum tolli iussit
tyr magnis vocibus, collaudata Christi vir
lijt; seque in conspectum tyrāni dedit ac a
ce, ô Imperator, quem tu existimasti ab ig
randum, hic sola Christi virtute sanus &
consistit: quarè agnosce illius potētiam &
tuorum imbecillitatem.

Hanc dicendi libertatē, suam interpre
tumeliam Imperator, iussit martyrē in cr
prostratum voracibus flammis oleoque fe
super effuso torqueri; donec atrocitate sup
ctus expiraret: sed ignis & oleum suaru
obliti, nullum non modò supplicium, sed

martyri refrigerium attulerunt. Tum verò acriore percitus furore tyrannus, sartaginem pice & adipe bullientem ante oculos inuicti athletæ cõstitui iussit, & ait: Eleutheri, per deos immortales, magna me tui capit misericordia, quòd videam te virum illustri loco natũ, multisque corporis & animi dotibus eximiè præditum, dura ceruice in apertã pestem & exitium ruentem. quarè vide ne nostra beneuolentia, qua te ab imminenti mortis periculo conseruatum cupimus, abutaris. Cui martyr probris blanditias remunerans: o lupe, inquit, Arabice qui Christi ouibus insidiaris, nunquam, mihi crede, persuadebis, vt ab hac pia & beata constantia desistam.

Iterùm blanditur tyrannus martyri.

Viriliter respondet S. Martyr.

Hic Adrianus animo grauissimè sauciatus, confestim iubet in sartaginem præcipitari martyrem, sed irrito planè, vt antè, conatu. Tũm verò furore ac dolore contabescens dubius animi quid faceret ignorabat. Aderat Prefectus vrbis Corebo, qui quãuis aliqua fidei ac veræ pietatis semina intimis visceribus inclusa teneret, vanis tamen plus nimium huius mundi honoribus irretitus, liberè Christi fidem profiteri nõ audebat. Hic igitur vt Adriani dolorem nonnihil leniret, accedens ait: Ego te, ô Imperator, his curis liberabo: atque docebo iuuenem hũc vel tuis iussis parere vel malè perire. Hæc cùm dixisset clibanũ æneum intùs acutissimis obeliscis armatum adduci & copiosissimo igne accẽdi iussit. Horribilis sanè machina, & quę primo aspectu terrorem incutere potuisset. Sed martyr tota mente in cælo defixus contra machinam orationis clypeo se muniuit; Deique virtutem cum lachrymis inuocauit: Aspice, dicebat, Domine Iesu Christe de cælo, & vide qualia hi, qui te oderunt, contra me fabrican-

Corebo Prefectus vrbis poscit sibi Eleutheriũ excruciandum.

bricantur. Libera animam meam à viris sanguin
& à iaculo eorum, qui nomen tuum gloriosum
lere conantur. Tange corda eorum, ô Domine, m
tesque eorum lumine tuo illustra vt cognosca
solum verum Deum qui es benedictus in secula

Corebo cõuertitur toto animo ad Christũ.

Corebo cùm martyrem hoc modo orantem
tendisset, animo repentè mutato ad Imperator
accedens: Dic, inquit, pro quo maleficio his supp
cijs est afficiendus Eleutherius? Imperator hac
opinata voce perculsus, Tunè es, inquit, Core
Quod malum aut quę demùm Christianorum
stigię ad dementiã te impellunt? Nunquid cęci
ri cupido, quod eius mater fortè tibi obtulit,
mũ mutauit? Ecquid est hoc? Nunquid ego te
donis & opibus & gloria & mea deniq; famil
tate ac coniũctione beatum Romæ reddidi? Q
si plura desideras licet tibi nostris affatim frui
tibi sunt aperti thesauri, ex his ambab⁹ hauriti
nibus; teq; ipsum, à fœmina furto sublatus turp
prodire noli. Corebo autem totus diuino repl
spiritu exclamauit: Tuum tecum eat in perd
nem precium: Ego ad Christi seruitutem acce
deos tuos nulla virtute præditos despicio. H
ctis incredibili furore exardescens tyrannus,
præfectum eodẽ excruciari clibano, qui Eleuth
constitutus fuerat: sed Corebo Episcopi m
precibus illæsus planè in eo permãsit. Adrian
tem his tormentis defessus capitis eum damn
qua sententia Corebo preclaram martyrij palm
statim adeptus est. Deindè reditur ad Eleuthe

Imperator mititur illũ à Christo auellere.

Corebo gladio percussus fit martyr.

Et primùm quidem in feruẽtem immissus
num non ipse solũ ab horrendis cruciatibus
do Dei beneficio cõseruatus fuit; sed magna
gentilium multitudo miraculo stupefacta, Ch

nomina dedit: spretoque tyranno magnis vocibus Deum in suo martyre glorificauit. Tùm verò tyrannus frendens gemensque martyrem in custodiam dedit, vt extrema confectus fame vitam ibidem cum morte muraret. Sed nec hoc quidem ex animi illi sententia successit: Nam qui olim Danieli, & Eliæ per volucrem alimentum suppeditauit, idem martyrem suum in carcere per columbam pauit. Post hæc igitur indomitis alligatus equis membratim lacerandus est traditus: sed equi omni posita ferocitate agnorum instàr substiterunt, angeloque duce martyrem ad montem placidè ac lenitèr deduxerunt. Ibi verò à bestijs ac feris nouo exceptus honore constitit, donec missi ab Imperatore milites, qui eum comprehenderent, aduenêre. Et quidem feræ quæ martyrem circundederant blandisq; corporis motibus honorabant, impetu repentè facto aduentantes milites dilaniassent: ni pius martyr, oratione sua, tanquam freno iniecto eas compescuisset: militesque in effusam fugam præ timore conuersos reuocasset.

Multi conuertũtur ad Christum.

In carcere martyr columbæ ministerio pascitur.

Honoratur à feris martyr.

Milites autem ab immodico pauore eius sermonibus refecti tandem gradum sistebant, & ingenti admiratione perculsi martyrem tanquam Deum quendam intuebantur. Ipse verò læto alacrique animo se illis iungens Romam iter suscepit, multosq; eorum luculento per viam sermone à dura dæmonum seruitute in libertatem fidei vindicauit. Postquam verò Romam peruẽtum est, Imperator inani spe certam de martyre victoriã sibi promittens, sæuam lexnam in eum immitti iussit; sed illa magna quadam humanitate pedes eius amplectens plantas lambebat, humiliqué corporis obsequio summã reuerentiam exhibebat. Tyrannus autẽ fœmineæ hoc imbe-

Eleutherius milites, qui ad comprehendendum eum missi fuerãt, conuertit.

Leones venerãtur martyrem.

imbecillitati tribuens, ſimul cum ea marem adi-
xit: ſed is fœminã humanitate vincere contende-
ſimili obſequio pedes amplectitur, adhæret, ex-
geſtu, aſpectu & motu reuerentiam beneuolẽti-
que denunciat. Multi hoc ſpectaculo permoti
Chriſti cultum acceſſere: alij verò flagitiorum
orum tenebris excæcati Dei virtutem dæmonij
ſtigijs aſſcribebãt, probaq; & blaſphemias in Ch-
ſti martyrem impiè iactabant: ſed repentina m-
te præmia blaſphemijs ſuis digna perceperunt.

Blaſphemi in martyrẽ diuinitùs puniuntur.

Imperator autem poſtquàm impios in ma-
rem conatus irritos eſſe cerneret, nè grauiora in
etatis ſuæ detrimenta pateretur, capitis in eum
tentiam protulit. Ardebat athleta incredibili C-
ſti deſiderio lætusque ac gaudens ad palmam
perabat, pro qua hactenùs tot ſuperatis ſupp-
decertauerat. Vltimi igitur certaminis ſtadium
greſſus præclaram martyrij coronam per gla-
excepit, ſolutoque mortalitatis ergaſtulo tri-
phans in cælos euolauit. Adhærebat collo eius
cumfuſa pia genetrix, non lachrymis aut luctu
formata, ſed gaudio & gloria perfuſa in filij
mine exultabat; nec priùs ab eius ſe amplexib-
uelli eſt paſſa, quàm ab impijs miniſtris inter-
eadem martyrij corona redimita ſimul cum
cæleſti brauio potiretur.

S. Eleutherius cũ matre per gladium martyrio coronatur.

S. APOLLONII SENATORIS E-
*quentiſsimi præclarum martyrium. auctore Eu-
Cæſareenſi Eccleſiaſt. hiſt. lib. 5. cap. 20.*

18. Aprilis.

Commodus hic Nerone crudelior & Domitiano

EOdem tempore, Commodo Romanum
perium gubernãte, noſtra religio ad pa-
& tranquillum ſtatum traducta fuit,
(diuina gratia largiẽte) omnes eccleſias in to-

rarum orbe occupauit. Quo quidem tempore salutaris Dei sermo hominum mentes cuiusque generis adeò attraxit ad piam Dei religionem cultumque, vt iam Romæ complures & genere illustres, & rerum affluẽtia admodùm locupletati, vnà cùm omni familia & cognatione sua, se ad suam ipsorũ salutem amplexandam reciperent. Verùm istud, virtutis hosti & inuidia natura sua exęstuanti diabolo minimè ferendum videbatur: & propterea varias de integro machinas contra nos astutè fabricare aggressus est. Nam Apollonium virum inter fideles politioris literaturæ studijs & Philosophiæ notitia plurimùm celebratum in iudicium adducit: & vnũ ex eiusdem Apollonij seruis, ad hanc rem valdè accommodatum, qui hominem accuset, excitat. Cæterùm huic misero ac perdito intempestiuè & incõmodè in iudicium ad Christianum accusandum ingredienti, ac tutùm (quoniam indices, qui Christianorũ nomina solùm, quia Christiani essent, deferebant, Imperatoris edictum neci dare mandauerat) crura suffringebantur, Perennio iudice contra eum tale iudicium pronunciante. Iste autem Deo charissimus martyr cùm iudex ab illo obnixè petiisset flagitasset que, vt fidei suæ rationem coram Senatu redderet, simulatque accuratissimam orationẽ apologeticam pro fidei, quam profitebatur, defensione coram omnibus recitasset, sententia Senatûs securi percussus, decessit è vita quippè, vetus lex apud illos extabat, Christianos, qui semel in iudicio comparuerãt, nisi professionis suæ sententiam mutarent, non omninò liberos dimittendos esse. Istius verò coram iudice verba & responsa, quę ad Perennij rogata dabat, & orationem apologeticam apud Senatum habitam, si cui libitum sit accuratè cognoscere,

impurior, vè scribit Lampridius, non pietatis vel clemẽtię ergò, sed sui cõmodi causa pacem ecclesiæ concessit.

Apollonius accusatur à proprio seruo.

Seruus nebulo delator Apollonij crurifragio perimitur.

Securi percussus vir sanctus fit martyr.

ſcere, ex libro noſtro, quem de veteribus martyr-
bus compoſuimus, manifeſtò intelliget.

VITA S. VRSMARI EPISCOPI
Confeſſoris. ex ea quæ eſt per Ratherium Epiſcop
Veronẽſem. Migrauit ex hac vita anno Domini

18. Aprilis.

Patria S. Vrſmari.

BEatus Vrſmarus Epiſcopus bonorum om
preconio dignus, pago Theoracenſi, & vil
quæ vocatur Fleon, oriundus, à Domino
electus per prædeſtinationem, priuſquàm ſec
daretur per originem. Grauidæ namque matri
de eo, apparuit quidam venerandus ſenex per
ſum in manu ſua tenens puerulum pronuncia

Viſio matris eius.

Accipe, inquit, hunc puerulum nutriendum. Mg
verò fames eandem tunc temporis oppreſſera
gionem. Vndè mulier reſpondens, Domine, in
famis magnitudo nos exagitat quomodo igitur
puerum nutriam? At ille mox candidum offe
panem, dixit: Hoc illum pane nutries. Quem
accepiſſet mulier valdè inter eius manus exce
prorsùs vt ingenti admiratione capta mulier
genter eum inſpiceret, verſaretque: ac tandem
quid eſt hoc, inquit; cui ille: Noli mirari: fi
namque paritura es qui de regno aliquam Ch
partem lucrifaciet. Quod poſteà verum fuiſſe
multis egregiè documentis oſtendit. Tantam
dem à Domino gratiam eſt conſecutus, vt o
pabulo diuini verbi reficeret, qui ad eum g
colloquendi venirent.

Traditur ſacris literis imbuẽdus.

Editus itaque puer Vrſmarus eſt vocatus,
tusque doctoribus ſacrarum traditur ſcriptur
qui eum & artium maximarum diſciplinis
rum integritate tam excellenter imbuerunt, v

ſcente ætate nihil in eo quod ad ſummam perfectionem faceret, deſiderari videretur. Erat enim corpore caſtus, mente incorruptus, amabilis cunctis, affabilis vniuerſis, animo benignus, corpore pulcher, prudentia callens, fortitudine vigens, temperantia ſerenus, iuſtitia ſeuerus, manſuetudine ac pietate refertus: denique charitate erga proximos ita inflammatus vt nullum omninò neque tempus, neque locum ſine proximi ædificatione tranſmitteret. Iam indè à puero ita ſe cæleſtibus addixerat vt nihil cum terrena concretione commercij habere videretur. Virtutes eius.

Paſtoralem deindè cathedram adeptus, tanta Domini ſublimatus eſt gratia, vt mortales omnes in maximam ſui admirationem traheret. Animarum curam tãta ſolicitudine adminiſtrabat vt quauis hora ſanguinem pro eis fundere non dubitaſſet. Orphanorum nutritor, & viduarum defenſor fuit eximius, vinctosque è vinculis & captiuitate redimere pulcherrimũ ſibi inprimis eſſe ducebat. Corporis verò domitor quantus fuerit quis dignè explicare valeat? Annis nouem ac decem hebdomadibus, nulla panis alimonia vſus, cibo adeò tenui & parco vitam ſuſtentauit vt nemo mortalium eo ſuſtentari, niſi diuino miraculo poſſet: & tamen in tanta vitæ auſteritate tantaque cibi & potu parcimonia vires corporis adeò robuſtæ permanebant vt cuncti vocis grauitatem ſatis in eo mirari non poſſent. Non dubium quin ex illo pane, qui pro noſtra de cælo redẽptione deſcendit, eas vires hauſerit. Nam tanta ex eius ore facundia & ſermonis fluebat ſuauitas vt ab eo ægrè mortales diuelli poſſent. Nec deerat virtus ad effugandos hoſtis antiqui incurſus. Creatur Antiſtes. Benignitas eius in pauperes. Nota mirabilem abſtinentiam. Facundia eius.

Erat

Poteſtas eius in dęmones.

Erat quoddam monaſteriũ quod Malbodium
citur duodecim fermè miliaribus à ſuæ prouiſio
diſtans cœnobio, in quo ſacrarum virginum cœ
Deo famulabatur: quarum vnam malignus cùm
uaſiſſet ſpiritus cœpit laniando vehementer a
vexare, vt cæteræ omnes immodico pauore co
ptæ trepidarent, ſimilemq́ue calamitatem pert
ſcerent. Quo audito Epiſcopus ilicò eam ſibi e
beri iuſſit: exhibitamq́ue ſacro oleo inunxit &
tinùs ab immundo liberauit. Alio quoque tem
puellam aliam dæmonio plenam, vinculisq́ue
reis, propter impotentem dæmonis ſæuitiam,
ſtrictam eadem virtute liberauit. Habebat vi
ctus in Malbodienſi monaſterio neptem vnice
ctam, quam paruulam olim ſanctæ Aldegũdi
mendauerat. Huc iam adulta ſæuo adeò apoſt
te in gutture laborare cœpit, vt medici non
ſalutem polliceri vellent, niſi carne inciſa v
ferreo morbum foras trahi pateretur. Hoc
illis iam facere cogitantibus ſuperueniens P
fex crudele hoc medicamen vehementer exho
& ingẽti erga tenerem virginem miſericordi
tus, medicos ab eo prohibuit, aitq́ue: Confide
lia, in immenſa Domini noſtri Ieſu Chriſti b
te, qui potens eſt ab hac te infirmitate eripere
dictis ſe totum ad Dominũ pro eius ſalute d
candum compoſuit: ac nocte illa in precib
cta mane virgo ſacra fugato morbo ſana p
incolumis inuẽta eſt. Eodem tempore ægro
dam intra eiuſdem monaſterij ſepta, deſpera
lute decumbebat, quæ per virum ſanctum ſig
lutiferæ Crucis integræ ſanitati, cunctis ſanè
peſcentibus, reſtituta eſt.

S. Aldegundis.

Signo Crucis morientem ſanat.

Poſt hæc ſacer Antiſtes cùm paulatim labe

ribus corporis viribus ad cælestem patriam arden-
tius aspiraret, nè commissum sibi gregem sine pa-
store relinqueret, annuente Domino, sanctum Er-
minum virum cunctis mirificè virtutibus ornatum
successorem elegit, ac populo acclamante pontifi-
cem pronunciauit. Ipse verò moribus & annis ma-
turus digna meritorum suscepturus premia, ad cæ-
lestia latus regna migrauit ac cunctis sanè maximũ
sui desiderium reliquit. Corpus illius à discipulis
religioso compositũ officio, honorificè admodum
sepultum est in montis cacumine, cuius radicibus
extructum adiacet monasterium Virgini matri sa-
crum: vbi diuina bonitas reliquiarum virtutẽ quo-
tidiè demonstrare dignatur ad laudem & gloriam
maiestatis suæ, cuius honor, decus & potestas per-
manet sine fine. Amen. Facta est translatio eius ad
Anchium Hannoniæ oppidum anno 1405, post e-
uasionem, quæ facta est anno 823.

S. Erminus succedit S. Vtsmaro.

Obit vir sanctus.

VITA S. ELPHEGI CANTVARIENSIS

Archiepiscopi & martyris. ex ea quæ est per Osbertum eiusdem Cantuariensis Ecclesiæ Abbatem. Martyrio coronatus est anno Domini 1012. ætatis suæ 59. Episcopatus verò 7.

BEatus Elphegus splendidissimis ortus natali-
bus magna prudẽtia & summa humilitate vi-
tam instituit. Parentes eius cùm indole per-
petua vitæ innocentiam animique ingenuitatẽ ad-
mirarentur, meritò eum & artium maximarum &
præcipuè Christianę religionis disciplinis imbuen-
dum curarunt. Ipse verò haud mediocriter iam in
philosophiæ cognitione versatus omnium studio-
rum suorum scopũ vnicum, Christum sibi præfixit.
Cuius amore incredibiliter flagrans vt totum se su-

19. Aprilis.

auissimo Christi iugo manciparet, spretis op
contemptisque honoribus, in quorum spe ma
enutritus erat, ac materno denique dolore, qu
nicè illum diligebat, constãter superato, mun
deseruit, atque in monasterium Derhirst tra
lum vitæ portum se recepit. Ibi verò magno
tu subactis prauis desiderijs, statim arctioris
semitam arripuit, singulareque cum antiquo
certamen inire contendit. Egressus itaque de
nasterio, ad locum Bathonia vocatum perue
angusto se habitaculo includens rigore inen
corpus ieiunijs vigilijsque afflixit. Confluebe
eum nobiles quique suarum vulnera anim
detegentes consiliumque salutis postulantes
bus ille tanta prudentia modestiaque moni
tis tradidit, vt non parua monachorum turba
breue tempus ibidem congregata sit.

Monasticũ institutum arripit S. Elphegus.

Viuit inclusus.

Multi ad eũ confluunt.

Cùm autem mansionem amplissimam si
disciplina florentem omnibusque bonis af
cõstituisset, ipse rursùs ad cælestes angustæ de
culæ suæ latebras confugit: ita tamen vt gra
causas præcipuaque negocia fratres ad eum
rent. Mortuo autẽ VVintoniensi episcopo c
modica de pontificis electione oborta esset c
tio fertur B. Andreas Apostolus S. Dunstano
quadam pro ecclesię salute, multis cum lach
precibus incumbenti apparuisse; mandasse
beato Elphego manum imponeret, & eccle
solatæ antistitem constitueret. Nec mora
stanus hac visione contra improborum pon
confirmatus Elphegum, vt iussus fuerat, episc
consecrauit debitoque cum honore ad sedem
sit. Elphegus autem pontificio decoratus h
nihil non modò à consueta vitæ austeritate re

S. Andreas apparet S. Dunstano.

Elphegus consecratur Episcopus.

sed pœnitentiæ labores magis magisque auxit, adeò vt nocturnis horis, cæteris mortalibus alto sopore oppressis, ipse nudis pedibus, idque hyemali frigore, sola indutus tunica, foras exire & ad auroram vsque precibus vacare consueuerit. Porrò aliorum moribus ingenijsque ita se conformem præbere studuit, vt omnibus charus saucias peccatorum animas liberè tractare posset: facileque ad sanitatem reuocare. Pauperum verò & calamitosorum hominum curam tantam habuit, vt immane horrêdumque nefas reputaret, si quod natura commune constituit, hoc velit homo ceu proprium vsurpare. Quapropter frequenter pro concione ad populum magna contentione differebat, eum, qui pauperum inopiæ studiosè non consuleret, nequaquam Dominici corporis membrum esse. Atque vt omnes ad benignitatis disciplinam vehementer excitaret, cùm verbo tum exemplo docuit: adeò vt exhaustis, quæ ex iure ecclesiæ pauperum ministerio competebant, opibus, non dubitauerit, multiplices quas ipse parauerat, ecclesiæ thesauros distrahere, distractosque pauperibus erogare: prudenter asserens ornatissima quæque possidere ecclesias, vt felicitatis tempore honestati, necessitatis verò vtilitati esse possint.

Industria eius in animarum regimine.

Benignitas eius eximia in pauperes

Anno autem Domini millesimo & sexto, ab aduentu Anglorum in Britanniam 578. Elphegus anno ætatis suæ quinquagesimo secundo Archiepiscopus Cantuariensis effectus est. Cumque iter Romam versus pro pallio, de more, à Summo Pontifice habendo arriperet, & oppidum quoddam hospitandi gratia intraret, oppidani scelerata auaritiæ cupiditate excæcati, in domum

Fit Archiepiscopus Cantuariensis.

Eijcitur ab oppidanis quibusdã & multis iniurijs afficitur.

irrumpunt, rebusq́; eius per summam iniquitatem direptis, verbis verberibusq́ue eijciunt. Ille omnibus nudatus illorumq́ue cõtumelijs plus satis vexatus leniter quidem iniurias ferebat, sed vix dum ab oppido regressus horrendas sanè voces audiuit, quę ciuibus & ædificijs celerem ruinam interitumq́ue minabantur. Neque diutiùs vltio diuina in quum facinus impunitum reliquit. Nam mox

Vltio diuina in eos.

rax flamma oppidum inuasit, tantoq́ue furore diuijt, vt ciues desperata iam salute erumperent, militerq́ue à viro sancto commissi flagitij veniam postularent. Ille verò, qui non tam propriam quam illorum vicem dolebat, mox in genua prouolutus fusis ad Deum precibus ignis sæuitiam penitus tinxit. Restitutis igitur rebus, pallioq́ue à Papa liciter accepto domum prosperè regressus est.

Restinguit precibus suis incẽdium ciuitatis.

Dani vastãt Angliam.

Per idem tempus Suuanus & Turkillus Dani principes nonnullam cladem Anglorum terræ gentibus eorum peccatis, intulerant, multos miserandam valdè captiuitatem abduxerant. erat in tanto rerum discrimine qui hosti imminenter grassanti occurreret. Solus Elphegus omni periculo contempto hostes adire, verbum vitæ dicare, captiuos dato precio redimere, fame pressos alere nõ dubitabat. Neque vllis verbis aut iuiuriarum contumelijs ab infideli populatis ab hac benignè faciendi disciplina recedebat.

Elphegus ab eis captiuos redimit.

Ethelredus rex Angliæ.

Ea tempestate Ethelredus regni gubernaculum nebat, & quia imbellis & imbecillis monachis tiùs quàm militem actione præ se ferebat, Edricum quendam regni totius præfectum statuerat, hominem humili quidem genere natum, sed ingenio lentem, cui lingua ingentes diuitias ac nobilitatem comparauerat. Huius fratrẽ inani nobilitatis

Edricum regni totius præfectus.

ria valdè tumidum primariæ Cantuariorum nobilitati in præsentia regis gratuitò maledicentem eadem nobilitas interfecerat, ædesque succenderat. Vnde frater eius incredibili furore correptus ab ipso rege vltionem expetijt, sed rex postulata reiecit: pronuncians fratrem iure peremptum debitasque maledicentiæ suæ pœnas luisse. Quo respõso acriùs multò irritatus totusque in rabiem conuersus flamma ferroque regi regnoque minitatus est: iunctisque secum decem virorum millibus regiam occupauit. Sed cùm hæc parùm succederẽt, Danorum auxilia conuocauit, datisque dextris fœdus inijt vt post victoriam æquæ sorte regnum diuiderent. Nec mora cõiunctis copijs viribusque Cantuariam primùm vastaturi aduolant, ciuitatẽque excitatis turribus obsident, admotisque muris arietibus, igneas faciesconstanter iaciunt. Et eccè vorax flamma domos corripit, omniaq; horrendo incendio deuastat. Interea ciues dum restinguendis flammis sedulam, neglectis mœnibus, operam nauare cõtendunt, hostis effractis portis vrbem ingreditur, terribilique clangore tubarum loca omnia complet. Tum verò in omnes crudeliter sæuitum. Alij ferro iugulati, alij flãmis absumpti, plures è muro præcipites dati. Matronæ dum thesauros, quos non habebãt, cogunturprodere, capillis per omnes ciuitatis plateas distractæ ad vltimum flammis iniectæ sunt. Paruuli a matrum vberibus auulsi, lanceis confossi, aut super eos ducto plaustro, minutatim cõtriti. Sanctus autem Elphegus tantam suorum depopulationem non ferendam existimans, repentè è latebris ecclesiæ, in qua cùm monachorũ turba delitescebat, prosiliens inter medios hostium cuneos exclamauit: parcite tenerę infantiũ ætati, parcite imbelli turbę.

Dani obsident Cantuariam.

Dani occupant Cantuariam & immaniter sæuiunt.

Elphegus se Danis sæuientibus opponit.

En me, qui vestræ impietatis crimina liberos per ore castigaui: en qui captiuos & à vobis ctatos paui, vestiui, redemi. In me potius cru tatis vestræ ferrum conuertite.

Elphegus à Danis crudeliter vexatur.

Hæc clamitans & intrepida voce pronunci phegus mox ab hostibus intercepto manibus re præpeditur, vinculisque iniectis septem m bus in arcto carcere recluditur. Interea cœp Dei in homicidam populum adeò desæuire, uo temporis interuallo duobus eorũ millib diros viscerum cruciatus prostratis, cætera multitudo, simile exitium expectaret. Pr quotidie magis magisque clades, & nunc de vicenis terribili viscerum dolore capitis sumptis magnam formidinem viuentibus in bat. Cumque nullam salutis spem principe quam viderent citato consilio ad episcopum ribus inclusum currunt & de patrato facino tis cum lachrymis veniam petunt. Episcop quamuis insatiabilem eorum crudelitatem mereri veniam sciret, Domini tamẽ exemp ctus hostes suos benignè amplexatus est, & li beneficio de exitiali clade liberauit. Na primùm cum ardẽti pietate ad Deum prec nem à se benedictum illis porrexit, quo su morbus profligatus & optata sanitas reb Sed illi salute potiti mox ad ingenium re virum sanctissimum pro impenso benefic mè mulctarunt ac inauditis tormentorum onibus, quibus ingentem pecuniæ vim ab quere nitebantur afflictum denuò in carce truserunt. Cumque in his omnibus inuicta constantiam seruaret, ac pias Deo laudes ret; eccè noctis intempestæ silẽtio malign

Vltio diuina in Danos.

Dani ab Elphego veniam petunt.

Pane benedicto sanat Danos.

Reddũt mala pro bonis

cie angeli apparens adest; mentiturque de supernis se sedibus destinatum, quatenus illum ad communem gentis salutem de carceris squalore educeret. Nec vereretur ignaui militis vocabulo notari, cùm neque Petro humilior, neque Pauli esset robustior: quorum alterum sporta contexit, alterum verò carcerali stridore grauatum angelus absoluit. His ille sermonibus veluti vnguentis delibutus carcerem egreditur; sed cùm pluribus aquarum alluuionibus per obscuras noctis vmbras transuaditis, malignus repentè dispareret, continuò Christi seruus ductoris pestiferi machinas intellexit. Tum verò ex imo pectoris suspiria trahens cum maximo fletu medijs se paludibus iniecit: ac Saluatorem suum Christum Iesum in auxilium vocauit. Ecce autem iuuenis aureo amictus splendore protinùs adfuit, qui diaboli fraudibus circumuentum blando sermone consolatus est, & vires animumque dedit, vt ad amissæ coronæ locum cælitus sibi deputatum rediret, securusque altera die splendidissimam iustitiæ coronam in cælo expectaret.

Nota fallaciã diaboli.

Angelus eĩ apparet.

Elphegus igitur hoc modo ad locum certaminis ab angelo reuocatus, lætus ad coronam properabat, cùm eccè carceri propinquus ab obuia carnificum turba comprehenditur, dirisque plagis afficitur: adeò vt cerebro capitis violato semiuiuus in ergastulo recluderetur. Transacta autem magna noctis parte in maximis corporis doloribus vidit ingentem sanctorum multitudinem immensa claritate gloriosum carceris ianuam intrantem, mellifluisque vocibus suauissimos hymnos depromentem: qui laxatis vinculis fœdis corporis plagas absterserunt nouumque cum integra

Rursùs dirè affligitur.

sãcti eum inuisunt & sanant.

ſanitate decorem addiderunt. Inter hæc Elph
pſallens cum pſallentibus incredibili gaudio
tabat, multoque quàm ante ardentius ad com
nem ſanctorum gloriam aſpirabat. Nec eſt di
ſuo fruſtratus deſiderio. Nam primo mane m
armatorum manus nouo ebria furore aduol
quæ eductum de cacere ad iniquum iudicium
traxit. Ibi gens nefaria cùm minis ac blandit
rum ab eo extorquere nititur & vir ſanctus a
diuinæ ſapientiæ illis proponit, hortaturque
licta vanitate & cæca auri cupiditate, ſtudia
vnum & verum Deum eiusque cultum ſancti
conuerterent, illi in rabiem cõuerſi, auerſis in
ſecuribus proſiliunt humique impoſitis plag
ſternunt; genibusque nixum lapidibus obru
Cumque moribundos ad cælum oculos pro
miſſo ſibi grege leuaret & prolapſus in terram
rumque reſurgens preces ad Deum multipl
quidam ſcelere & audacia ante alios inſignis
etiam de ſacro fonte vir ſanctus ſuſcepiſſe
ſecurim magna vi capiti eius infixit animam
cæleſtia regna trãſmiſit tertiodecimo Kalend

Migrat martyr ad Dominum.

Principes autem Danorum cõmuni conſili
pus eius flumini immergi ſtatuerunt quò &
facinus & Elphegi gloriam obſcurarent: ſem
naque memoria delerẽt. Sed Chriſtus Domin
quaquàm martyris ſui gloriam obſcuritate
ui paſſus eſt. Nam protinùs ingens populi m
do, quam vir ſanctus Chriſto per euangelium
erat, armata proſilijt, paratam ſe potiùs cu
functo occumbere oſtendẽs, quàm pati ſacru
pus aquarum voragini tradi abſorbendum.
ſacrum pignus ſumma partis vtriuſque con
ne ſeruatum, nec aquis nec terræ tradebatur;

in vltimum discrimen adductæ cruentum iam iam imminere certamen ostendebant: cùm eccè senatores vtriusque, vt tantæ contentionis litem dirimãt, in commune deposcunt quatenùs si quid sanctus apud Deum posset, in hoc ambiguo potẽtiæ suæ virtutem ostendat. Protulerunt mox Dani ramum de fraxino præcisum, succo corticeque omninò nudatum; aiunt, si illum sanguine Elphegi intinctũ maturna lux virentẽ inueniret, se eam vt iustum sanctumque veneraturos. Sin verò in pristina ariditate lignum permaneret, sui fore arbitrij, quid de cadauere facere velint.

Cumque omnibus grata & accepta conditio fuisset, Dani aridũ mox lignum telluri fixerunt, quod sub vnius noctis tempore frondere ac summo mane florere visum est. Tum verò, abiecta perfidia, Dani certatim in amplexibus defuncti ruere crebra oscula figere, ceruices supponere, lachrymas & eiulatus emittere cœperunt. Sublatum ergò humeris inimicorum corpus ad arborem eius triumpho insignem defertur comitantibus innumeris signorum prodigijs, potenti virtute Dei cælitùs ostensis. Mox enim talus languidis innouatur, cęci illuminantur, surdi audiunt, muti loquuntur, claudis gressus restituitur. Ibi etiam orationis domo super illum fabricata, plerique Danorum magnates, in eadem regenerati, ad fidem Christi conuertũtur. Cùm autem fama rerum adeò mirabilium ad Londoniẽses perlata esset, illi ingenti pecuniarum vi corpus redemptum Londonias transtulerunt. In eius autem mortis auctores ira Dei intantùm desæuijt, vt principes quidam in scelere suo persistentes incredibili dolore correpti huc illuc vagarentur, communemque hominum conspectum formidarent. Cùmque

Nota insigne profectò miraculum.

Multa fiunt miracula.

Vltio diuina in eius interfectores.

terra sceleratos ferre recusaret, diuinã vindictã
in pelago se posse euadere existimarunt. Sed m
vt in altum perducti fuêre, aduersis ventorum fu
bus cum nauibus numero centum & sexaginta
profundum demersi sunt: porrò rates aliæ sexag
ta quinq; ad ignotas appulsæ regiones, quasi qua
sidiarum gratia venissent, ab incolis miserabili
interfecti sunt. Iam verò alius qui in Anglia du
manserat cùm frustra diu multumque cum fu
conscientiæ luctatus fuisset victus tandem pro
manu vitæ stamina abrupit: alius gutturi su
lum infixit: presbyter, qui odio viri sanctissim
cæcatus crucem martyris pertinaciter abscõdi
alterius gladio occubuit. alius eiusdem ordin
per contemptum sacri Antistitis sandalia pors
à dæmone miserabiliter correptûs dignas con
ptûs coram omni populo pœnas luit.

Canutus Danorum Rex.

Vnus Turkillus malorum omnium princeps
pererat, qui tamẽ quò tardius hoc sanè grauiu
plicium tulit. Nam Danorũ princeps Canutus
capitali cum eo odio diffidebat, instructa in
am classe delatus nefandi populi residuum de
ipsumque Turkillum cum sex tantùm nauib
Daniam effusa fuga compulit. Vbi per cunctis

Turkilli cædes.

onis loca miserè agitatus, ad extremum ab ig
vulgo occisus, feris & auibus proiectus est.
hæc Canutus ab Anglorum exercitu ingente
gem passus, & ad deditionem propter rerum
cultatem ferè cõpulsus, accersitis ad se qui a
confugerant Anglis prudentiæ pietatisque o
ne præstantibus tantarum cladium causam
scere studuit. Qui omnes vno ore respond
hoc Elphegi martyris vaticinium esse qui à
bus eius circumuentus prædixerat Danos in

crudeliori internecione quàm Sodoma excindendo esse. Quarè si vellet pace frui, martyrē sibi votis precibusque placatum redderet, promitteretq; se sacras illius reliquias ad sedem eius honorificè reportandas curaturum. Nec mora. Promittit firmiter Canutus se nihil, quæ ad Dei gloriā per martyris honorem celebrādam facerent, neglecturum. quo promisso, non multò pòst optata ab omni bellorum tumultu requies data est. Tum princeps directa legatione Egelnothum Archiepiscopum euocauit, qui corpus martyris decem annis sepultum, incorruptum inuiolatumque planè reperit, summoque cum honore Cantuariam deduxit.

Votum Canuti regis Danorum.

Martyris corpus post decē annos incorruptū.

MARTYRIVM S. PVERI VVERNHERI, ab impijs Iudæis crudelissimè necati & multis miraculis clari. vt habetur apud R.P. Surium Passus est anno Christi 1287. tertiodecimo Kalendas Maij.

VVernherus puer pago VVammenrato, qui à Baccaraco vnius diei itinere abest, ortus est rustica quidem stirpe sed cultu Christi sanè nobili. Fuit autem cum Christianæ religionis tum simplicitatis amantissimus virginea ornatus puritate, qui opere rustico pro virium suarum imbecillitate victum sibi tenuem comparabat, ex quo benignè admodum egenis aliquid impartiebatur. Habebat matrem pietati deditam, sibique in bonis studijs fauentem, sed vitricum morosum, adeoque ab omni humanitate alienum vt neque ipse neque mater importuni hominis calumnias persecutionesq; ferre posset. Cuius infestum sibi animum deuitans, fugam inijt: hucq; illuc errabundus incessit. Cumque fame & siti valdè affiictus inops cōsilij nullum omni-

19. Aprilis.

Patria VVernheri.

Vitricum habet infestum sibi.

omninò suæ miseriæ perfugium inueniret, forte
pastores incidit, qui humanitate ducti panem e
derunt: quibus ille rursùs siti non mediocriter
borantibus, defixo in humum baculo, precibus
fertur largissimum in Christi nomine fontem
cuisse. Veniens indè Treuericam Vesaliam, à p
diosis Iudæis illic commorantibus callidè sæp
laborem euocatus est. Ille verò promptum se
rili simplicitate exhibens iussus est ab illis hum
in profundum quendã terræ locum deportare.
ueniente interim Paschali solennitate sæpiùs a
spita sua admonitus est vt ab impijs Iudæis sib
caueret: aliàs dubio procul ab illis laniandus d
randusque. Sed puer qui ex suo ingenio alion
res vitamque iudicabat, neglecto hospitæ adm
tione, vni Deo se totum committebat: ac mu
sæpiùs importuniusque monenti respondebat
me totum meaque omnia Deo committo cu
est de nobis.

Fontem precibus impetrat.

Intereà solenni Dominicę cœnę aduenient
puer Christo deuotus peccata sua oris confe
coram Christi sacerdote expiauit; sacrosancti
corporis ac sanguinis Christi mysterijs se mu
lætusque ab omni insidiarum suspicione alie
opus à Iudæis inuitatus & pellectus venit. S
dæi qui siccis faucibus Christianum sanguin
die vel maximè sitiebunt, altero, qui acerbi
passionis Christi memoriæ sacer est, concepe
nimi furorem summa crudelitate in innocen
erum effuderunt. Primò enim apprehensum
clamandi facultate priuârunt, impresso in o
globo plumbeo. Indè suspensum ad columna
gneam erectis sursum pedibus miseris modis
xarunt, torseruntque, eo consilio, vt sumptum

Iudæi eum immanissimè cruciãt.

ero Christi corpus reuocarent educerentque. Sed cùm frustrà id conati essent, ira odioque grauiori prouocati totos se ad membrum mystici corporis Christi atrocissimè excarnificandum contulerunt. Itaque multa eaque profunda eius corpori cum flagellis impressere vulnera: atque etiam cultro quodam, qui hodieque apud eius reliquias asseruatur, totius corporis venas barbara immanitate inciderunt, forficibusque ex omnibus corporis partibus sanguinem expresserunt corpusque totum vulneribus concisum triduo suspensum reliquerunt.

Habebant autem Iudæi illi famulam Christianę religionis sacris initiatā, quæ clàm visa nefaria eorum in puerum crudelitate, maximo animi dolore impulsa iudicem Vesaliensem acciuit, eumque in locum illum, vbi pius puer tam immaniter tractabatur, introduxit. Ad cuius inopinatum aduentum obstupescētes Iudęi statim muneribus benè magnis illum aggressi sunt, feceruntque vt officij sui oblitus ab æquitate & iustitia per summū scelus se abduci pateretur. Puer autem viso iudice, exultabundus, vt potuit, sui liberationem postulabat: sed iniustus iudex victus amore pecunię, pueri preces neglexit. Tum puer: Si tu mihi, inquit, opitulari non vis, opem mihi ferat benignus Deus & sanctissima mater eius. Iudice igitur donis muneribusque corrupto abeunte, puer à Iudæis interfectus est: atque vt facinus nefarium silentio tegeretur, nocte intempesta corpus clàm per muros tractum ad naues Moguntiam ituras detulerunt. Sed omnipotens Deus elusis eorum conatibus, nauem tota nocte errabundam nè vno quidem milliari ab vrbe recedere permisit. Orto indè sole timore & tremore correpti anxia inter se cōsilia captant, quomodò martyris

Iudex pecunia corruptus opem negat pro puero.

Diuinitùs retardantur conatus Iudæorum.

corpus

corpus abſcõderent. Neque enim ratio in aqua
lud demergendi occurrebat. Tandem conſpic
propè Baccaracum cryptam ſpinis & vepribus
ſitam, vbi nunc cõditum cernitur VVilhelmita
cœnobiũ VVindofdesbachium. eò igitur cum
pore properantes in eam cryptam illud proiec
ac ſumma cum celeritate ſe indè proripuer
Sed Chriſtus nequaquàm id diu latere paſſus,
ſua illic miracula declarauit. Vigiles enim c
rum medijs noctibus locum illum immenſo
re ſplendentẽ viderunt. quæ res cùm animos
um in magnã meritò admirationem raperet
oſè cauſam indagati ſunt, ſtatimq; repertũ e
pus etiamnũ ſuo ſanguine tinctum, adductu
Baccaracum ad locum iudicij vt ſolent cæle
pora. Comperta autẽ rei geſtæ veritate, cùm
bus admirationi eſſet odor ſuauiſſimus è m
corpore manans, tum etiam claritas noctur
tempore, ſumma deuotione illatum eſt cor
lum in ſancti Cuniberti ſacellum in colle
parochiam ſitum. Ibi vitta aurea, in virgin
ſtimonium, capiti impoſita, ſerico exorna
teo & violis honorificè admodum cum labo
inſtrumento incluſum eſt in cedrino ſarco
fortiſſimis ſeris munito.

Baccaracum propè VVeſaliam.

Miraculis corpus pueri oſtẽditur.

Odor ſuauiſſimus è martyris corpore.

Mox autem vtriuſque ſexûs hominũ m
currit multitudo, viſura tam ſtupendum no
miraculum. Tum verò omnipotens Deus ill
ctum puerum magnis & ſtupendis illuſtra
raculis: cæcis viſus, ſurdis auditus, claudis
mutis loquela, aridis, paralyticis, luſcis &
libet malè affectis ſanitas & mortuis vita r
eſt. Imò verò vſque in præſens multifaria p
tyrem ſuum Chriſtus miracula operatur.

Præclara ad eius monumentum eduntur miracula.

VITA S. MARCIANI PRESBYTERI.

ex ea quæ bona fide in vetustissimis monumentis habetur.

TEmpore S. Allodij successoris sancti Germani circa annum Domini quadringentesimum octogesimum S. Marcianus incredibili amore perfectioris vitæ incensus, tractus opinione sanctitatis S. Germani, quæ in eius monasterio tunc temporis adhuc mirificè redolebat, venit de territorio Bituricensi ad idem monasteriũ ad S. Mamertinum, qui magna cum laude Abbatis officio ibidẽ fungebatur, à quo humaniter receptus libenterque in societatem admissus fuit. Abbas autem cùm eum plus cæteris cælestium rerum desiderio inflammatum cerneret, adeò vt veteranis etiã monachis sanctitate se mirabilẽ præberet; mandauit ei protinùs vilissima quæque monasterij officia, quô per humilitatis viam ad summũ perfectionis gradum eum perducerer. Neque ille sanè abnuebat, imò adeò sui contemptu gaudebat, vt lætus alacerque ad curam porcorum bubularumque abiret, pastorque ouium & vaccarum factus à monachis separatus in syluis degeret. Ibi breui tempore tanta cœpit sanctitate pollere, vt aues etiam syluestres familiariter illo verterentur, cibumque de eius manu capere gauderẽt. Pari etiam mansuetudine feræ immanes ad eum accedebant.

20. Aprilis.

Floruit S. Marcianus circa annũ Dñi 480.

Venit ad S. Mamertinũ Abbatem.

Humilitas eius.

Aues syluestres ei familiares.

Die quodam aper à canibus in fugam versus iamque comprehendendus ad S. Marciani cellulam cõfugit, securus à viro sancto opem & salutem expectans. Qui statim, vt erat animi mãsuetudine incredibili præditus, pauentem ac trepidantem conexit, canibusque abactis, saluum & incolumem ire permisit.

Accidit

Spoliatur à latronibus.

Accidit quodã tempore vt à latronibus in tam-
inuentus omnibus veſtimẽtis ſpoliaretur, ſolo
liolo ad nuditatem tegendam relicto. Cumque
ſanctus de ſua nuditate nihil ſolicitus, vehemen
eorum ſcelera deploraret, animasq; dæmonis
de circumuẽtas in ſempiternum exitium abire
neret, exclamauit: Reuertimini Domini mei,
enim denarius in meo pallio colligatus vobis
nè ad coemendos cibos neceſſarius. Faciebat
hoc vir ſanctus vt ſceleratos homines aliquã
detineret, quo pijs ſermonibus blandisque me
ab inſtituta perditionis via ad vitam reuo
Sed illi cùm aures ſalutaribus monitis occlu
berent, ablatoque inſuper pallio nudum de
rent, feſtinantesque ad ſuas latebras propere
eccè tota nocte errabundi in ipſo crepuſculo
ſtium cellulæ eius inuenti ſunt. Tum Marcia

Humanitas & manſuetudo eius.

uidiùs multò occaſione ſalutis eorum arrepta
ditos nebulones ſumma benignitate ad ſe in
hoſpitioque recepit, lotisque eorum pedibus
quos potuit miniſtrauit. Illi autem viſa tan
humanitate tantaque manſuetudine, proti
res monitis eius aperuerunt, agnitoque ſcele

Quidam latro per eum conuertitur ad Chriſtũ.

plices ſe ei præbuerunt. Vnus verò cum intim
dis dolore priſtinæ vitæ errores deteſtans
perfidia Chriſto nomen dedit, ac optimi de
ri officio functus eſt.

Marcianus autem cùm alijs virtutibus tum
cipuè manſuetudinis laude celebris atque a
non paucos ad honeſtatis virtutisque ſtud
uitabat, quodque verbis non poterat, hoc p
à Deo obtinere contendebat. Die quodam
chorum vnus ad ſacra myſteria pariter cũ il
agenda inuitatus ægrè admodùm & non nil

rio coactus
eo die conf
bus exhiber
tadio victus
ripere. Sed
pertinaciter
re potuit, vt
telligẽs mult
Diuino autẽ
illi arriſt m
ſemper res h
cum me relic
Deo, cui tu re
finis via cun
ſimos redd
danam natur
ero & inſipi
His igitur
tarus in Fo
is ſumma c
natis die feb
cetus admod
tium migra
tiſodorum
rum ſanct
gnitatisque
tum de ſe pra
ieno obſtrict
i cum ab om
tudore & tri
uentum exi
Nam reuoc
& collocare.
corporis ia

rio coactus parere voluit. Dicebat enim debere se eo die consuetum ad mensam ministerium fratribus exhibere. Is itaque statim diuinarum laudum tædio victus voluit se, finito euangelio, domũ proripere. Sed cùm equum conscendisset admotisque pertinaciter calcaribus eum vrgeret, nulla vi efficere potuit, vt loco se suo moueret. Vndè causam intelligẽs multo rubore perfusus ad ecclesiam redijt. Diuino autẽ officio iam peracto Marcianus blandè illi arrisit monuitque blandiùs vt deinceps diuinas semper res humanis præponeret. Nam, dicebat, tu cùm me relicto discedere cupiebas, equus obediuit Deo, cui tu repugnabas. Et quidem hac mansuetudinis via cunctos in officio continebat, sibique charissimos reddebat. Nouerat enim vir sanctus humanam naturam leui medicamine gaudere, aspera ero & insipida detestari.

S. Marcianus quendam vi precum suarum detinet ne abire posset.

His igitur alijsque virtutibus clarus omnibusq; Marus in Ponteneto monasterio, à diuinis mysteriis summa cum pietate celebratis, adueniente Pathatis die febrium dolore correptus fuit, quo cùm uebus admodum quatuor cõflictatus lætus ad Dominum migrauit. Corpus fuit summo cum honore antisiodorum delatum, quod in villa quadam præclarum sanctitatis ac præcipuè mansuetudinis benignitatisque qua in vita maximè floruit, testimonium de se præbuit. Erat ibi vir quidam grandi ære pieno obstrictus in carcere à creditoribus detẽtus, qui cum ab omni spe liberationis exclusus vitam in dualore & tristitia degeret, cœpit ad sacri funeris uentum eximiam defuncti benignitatem ad memoriam reuocare & aliquam etiam spem in eius collocare. Res stupenda, portitores pondere sacorporis iam grauati, posito feretro, nonnihil

Migrat ad Dominũ vir sanctus.

Præclarum miraculum.

respirare viresque resumere voluerunt. Sed ne-
ptis viribus sacrum pignus loco non priùs suo
uere potuerunt, quàm clamantem supplicam
debitorem è vinculis eximerēt, qui subiectis
ris corpus vnà cum alijs Antisiodorum depor
Quod debito cum honore ac gaudio ab ep
exceptum in ecclesia S. Germani sepultum est.

---

*ILLVSTRE MARTYRIVM S. SI-
nis Episcopi, Vsthazanis Eunuchi, & multo
orum. ex ijs quæ sunt apud Sozomenum E
hist. lib. 2. cap 8. Passi sunt temporibus Con
peratoris non Constantini. Nam S. Hieron. in
anno septimo Constantij Augusti eiusmodi p
onem in Persido aduersus Christianos exci
se testatur.*

21. Aprilis.

CVm tempore progrediente Christi
numerus apud Persas vehementer
adeò vt conuentus agere & sacerdo
aconos habere cœperint, Magi & Iudæi
quadam inuidia cōtra religionem Christi
citati Simeonē id temporis Seleuciæ & C
tis vrbis in Perside primariæ archiepiscop
Saporem Persarum regem accusarunt, qu
ratori amicus res Persarum proderet. Qu
lumnijs persuasus Sapores, primò imm
tributis afflixit Christianos, deindè duro
manos misit exactores, qui sua feritate
religionem pietatemque aspernandam
Post hæc sacerdotes Deique ministros gla
dari, ecclesias dirui, earumque thesauris
mētis in regium fiscum redactis, ipsum S
vt regni proditorem, adduci iussit.

Magi apud Persas.

Accusatur apud Saporem Persarum regem.

Itaque Magi ope Iudæorum Simeonem compre-
hensum ferreisq; vinctum catenis ad regem dedu-
cunt; qui se ibi & spectatum & strenuũ virum præ-
stitit. Nam cùm Sapores eum, vt daretur in quæsti-
onem, introduci iussisset, nihil quicquã veritus re- Constantia Simeonis.
gem adorare recusauit. Qua re grauiter commotus
rex sciscitatur quid causæ sit, cur iam neutiquã ip-
sum adoraret, cùm id anteà fecisset. Cui Simeones:
Non antè, inquit, deductus eram ad verum Deum
prodendum: & propterea non recusabam debitos
regi honores præstare: at iam idem ipsum facere
fas non est. Nam iam pro pietate & nostra religio-
ne decertaturus venio. Quæ cùm dixisset iubet rex
Solem adoret. Sed Simeones neque minis terri- Iubetur adorare Solẽ.
tus, neque promissis flexus, virili & constanti ani-
mo affirmabat, se nũquam vel Solem adoraturum,
vel suam ipsius religionem proditurum. Vndè ani-
mo commotus Sapores in vinculis eum teneri ius- Detinetur in vinculis.
ratus eum sententiam quandoque mutaturum.
Igitur cùm in carcerẽ duceretur Vsthazanes se- Vsthazanes educator regis Christianus.
ex Eunuchus educator Saporis & principẽ in fa-
milia regis locũ obtinens, eum cõspicatus de loco,
quo prę foribus fortè palatij sedebat, consurgẽs,
honorifice salutauit. At Simeones eximio iustitiæ
zelo incẽsus auerso vultu eũ præteriẽs, verbis aspe-
ris increpauit, quòd cũ Christianus esset, paulò an-
tea coactus, Solẽ adorasset. Quarè Eunuchus per-
turbatus sanè lachrymas fundere, ingemiscere, ve- Vsthazanis pœnitẽtia.
stem splendidam, qua erat indutus, exuere, & totus
cultu deformatus nigrã circũijcere cœpit. Nec his
foribus satiatus prę portis regiæ sedẽs, sortem suã
lugubri valdè clamore ac eiulatu lamentatus est.
Ubi ista Sapores resciuit, illũ protinùs ad se voca-
uit, rogauit ecqua illi in ædibus obtigisset calamitas,

quæ illi lugẽdi causam præbuisset. Cui Vsthaz
In hisce, inquit, ædibus, ô rex, nihil mihi acci
fortunij. Sed vtinam, pro eo quod mihi con
in omnia alia calamitatũ genera incidisse
pè id quidem certè fuisset toleratu multo
Iam verò lugeo, quòd maneam in vita, quod
dudum mori debuissem, adhuc tamen sol
am, quem quô tibi gratificarer, simulata sp
orauerim. Quæ cùm dixisset cæli & terræ
Deum cum iureiurando testatur, se in pos
ea sententia nunquam destiturum. Sapor
incredibilem Eunuchi mutationem vehem
miratus, grauiore quidem iracũdia in Ch
exarsit, perindè quasi illi præstigijs hanc
fecissent: sed tamen misericordia erga se
motus, modò mansuetum modò ferum
ostẽdit, atque omnibus viribus laborauit
tentia deduceret. Vbi nihil profecit, con
seuerante Vsthazane, se nunquam tam
re, vt pro omnium conditore Deo, res ab
tas colat, tum ira inflammatus, mandat c
ceruicibus abscindi. Ad quod supplicium
bus deductus Vsthazanes, orat eos, vt pa
pectẽt: rem enim se animo tenere, quam
ficari velit. Vocato igitur ad se Eunucho
simo, iubet ista Sapori nunciare. Quam
neuolentiam ab ineunte adolescentia ad
tempus ô rex, erga tuam familiam præ
quanto studio tum patri tuo tum tibi in
nullis videor egere testibus, apud te præ
hæc satis exploratè cognita habeas. Qua
nibus officijs quæ in vos aliquandò tam
contulerim, hoc mihi vnum velut rem
loco concede, vt his, qui me ignorant,

Vsthazanes capitis damnatur à rege

Vsthazanes petit à rege causam ne-

anquàm infidus erga regnum tuum aut in aliquo malefici genere deprehẽsus istud supplicium subire. Et quò hoc pateat omnibus fac præco palã prælicet, caput Vsthazani amputatum esse, non quòd improbitatis cuiusquam in palatio ab ipso admisse omnistus sit, sed quod sit Christianus & Deum suum, quòregis voluntati morem gereret, negare noluerit. Atque ista quidem regi nunciauit Eunuchus: apores autem ratus alios tam seuero exemplo à christiana religione descituros, eadem, sicut Vsthanes postulauerat, preconem prædicare iubet. At ius senex eo fine supplicij sui causam prædicari m impèsè desiderauit, vt sicuti antè prauo exemo, cùm solem adorauerat, multis Christianis me- m iniecerat: sic iam non pauciores ad suam ani- magnitudinem & constantiam imitandam inci- et, si modò intelligerẽt, eum pro religione Chri- ana trucidatum esse.

cis suæ palã edici.

Hoc modo Vsthazanes vitam, quam hic in maxi- gloria traduxerat, deseruit: Simeones autem de s morte in carcere certior factus Deo pro illo atias egit. Postridiè eius diei, qui erat sextus dies bdomadæ, in quo ante celebrem diem festum re- rectionis memoria salutaris Christi passionis ornis recoli solet, decernit rex vt Simeones dio feriatur. Nam antè denuò è carcere ad re- m deductus, forti & magno animo cum Sapore fide Christiana disseruit & neque illum neque lem adorare voluit. Eodem die centũ alios quo- qui erant in carcere, rex itidem obtruncari iu- Ad extremum Simeonem cùm cæterorum om- m mortem oculis aspexisset, trucidari. Horum piscopi, pars presbyteri, pars ex aliorum cle- rum ordine fuerunt. Cùm omnes ad locum cer-

Vsthazanes capite plectitur.

100 Martyres cum Simeone cædantur.

taminis deducerentur, princeps Magorum pe-
ctatur ab illis vtrum velint viuere, & eandem
rege religionem colere, Solemque venerari.
nemo eorum his cõditionibus vellet in vita
re, rectà ad locum, in quo erant securi ferẽdi
cuntur. Simeones interim illis astans verbis
faciebat de morte, de resurrectione, de pietate
testimonijs ex sacris literis depromptis anim
lis addebat vt fortiter mortem illam oppeteret
veram illis esset vitam allatura. Dum hæc
sanè præclara auribus eorum inculcaret,
quàm gymnasij magister præciperet, quom
certaminibus se gererent, ad necem singuli
gradiebantur. Lictor autem, postquàm cer
los interemit, postremo in loco Simeonem
bedechalaa & Anania presbyteris canicie a
te venerandis, obtruncauit.

Simeones eos confirmat.

Abedechalaas & Ananias martyres.

Eodem temporis momento Pusices regis
mnium artificum præfectus cùm videret
in ipsa cede contremiscentem: Paulisper,
senex, oculos occludito ac bono animo e
statim Dei lumen videbis. Vix hæc locutus
comprehensus & ad regẽ deductus libero o
stianum se professus est: idcircò lictoribus
tus peregrino & crudeli inprimis mortis ge
terimendus. Lictores igitur collo eius cir
cem perforato, illac linguam extrahunt. Po
tem eius filia virgo, falsò à quibusdam in
vocata, comprehenditur, eodemque tempo
culo occiditur.

Pusicis præclara virtus.

Eius filia martyr.

Sequenti anno, eodem ipso die, quo ing
Christianorum gaudio, Christi à mortui
memoria celebratur, nouo Saporis edicto
rabilis Christianorum multitudo securi

Innumeri Christiani perimũtur.

martyrium consummauit. Siquidem Magi eos ex vrbibus & vicis, in quibus latitabant, summa cum diligentia eruerunt. Nonnulli autem sua inducti voluntate, nè silentio Christum denegare viderentur, se ipsi indicarunt. Ac dum omnes qui Christiani censebantur morte multarentur, plurimi, qui in ipso palatio ætatem egissent, mactati sunt: in quorum numero erat Azades eunuchus, regi longè charissimus. Ex cuius morte tantum animi dolorem hausit rex, vt communi hac cæde sedata solos religionis nostræ doctores trucidari iusserit.

Azades martyr.

Per idem tempus regina in morbũ delapsa, Tarbula soror Simeonis Episcopi, virgo sancta cũ ancilla eiusque sorore vtraque similiter virgine comprehenditur. Iudæi enim, qui nomen Christianum planè extinctum cupiebant, ficto crimine eam accusauerant, quòd vindictæ cupiditate reginæ venena parasset. Vndè regina (solent enim ægrotantes auriculis malis omnibus aures accõmodare) calumniam verã esse existimans, mortis eas reas esse clamauit. Magi igitur Tarbulam & reliquas duas arreptas morte cõdemnant: serraq; dissectas patibulis suffixerũt, spatio quodam inter ipsa patibula relicto, vt per illud regina trãsiret: asserentes morbũ eo pacto repellendũ. Fertur hanc Tarbulã, forma valdè liberali & honesta fuisse; Magũ quendã eam deperisse, percedẽque, vti cum illa rem haberet, clam misisse: promisisse denique, si vellet ipsius parere libidini, tum eã, tum socias saluas fore. At illã hãc turpitudinem ne audire quidẽ voluisse, sed nuncios verbis tumeliosis excepisse, crimẽ intẽperantię cũ ꝓbrosis obiectasse, se multò libẽtius velle mori, quàm virginitatẽ prodere, respõdisse. Porrò cũ edicto Sacris ratũ esset, vt soli sacerdotes fideiq; Christianę

Tarbulæ & duarum sororum crudele supplicium.

Tarbulæ pudicitia.

doctores comprehenderentur, Magi & eorum p
cipes, totam Persidem obeuntes, episcopos &
cerdotes grauibus afficiunt incommodis, cum
lijs locis, tum maximè omnium in Adiabene
regione, quæ est pars Persidis tota fidei Chris
dicata.

Clero vel maximè infestus Sapores.

VITA S. ANSELMI CANTVARI
sis Archiepiscopi, ex ea quæ est per Edmerum Contubernalem duobus libris conscripta. M ex hac vita anno Domini 1109.

21. Aprilis.

Parentes eius.

SAnctus Anselmus nobili inprimis ort
genie, patrem habuit Gundulfum, matr
rò Emerbergam vtrumq; seculi dign
diuitijs præstantem sed moribus haud par
milem. Nam cùm vinculo coniugali legiti
iuncti in Angusta ciuitate (quæ ciuitas cōfi
gundiæ & Longobardiæ Emerbergam in se
Gundulfum verò in Lōgobardia natum ciu
ex aduena fecit) cum magna nobilitatis la
sarentur, pater seculari deditus vitæ, suas q
sidebat diuitias, frequenter ab re distrahebat
verò bonis seruiens studijs, optimæ matris
officio fungebatur, in quo summa cum laud
tremum vitæ spiritū perseuerauit. Sed & G
fus, deuecta iam ætate, spreto seculo, mon
stitutum amplexatus, veterisque vitæ de
dolorem expiatis, monachus defunctus est.

Patria eorū.

Pater eius prodigus. Mater frugalis.

Pater fit monachus.

At Anselmus puer paruulus cùm mat
benter colloquijs animum intenderet, au
vnum esse in cælo Deū omnia moderante
continētem, suspicatus est, vtpotè puer int
tes nutritus, cælum montibus incumbere,
aulam Dei esse, eamque per mōtes adiri. V

Mira pueri simplicitas.

hac meditatione die noctéq; magna cum voluptate animum pasceret, contigit quadam nocte vt imaginatione fortissima illusus, putaret se ad aulam Dei properare, transcensoque monte, ad conspectũ ipsius summi regis venire, à cuius dapifero nitidissimũ panem accipiebat, eoque cora ipso reficeretur. Mane igitur facto, reducta ante oculos mentis visione, puer simplex & innocens veraciter se in cælo ex pane Domini refectum credebat, alijsque constanter se a nocte apud cælicolas fuisse referebat.

Interea crescẽte ætate literarum studijs à parentibus est traditus, in quibus mirabiles sanè progressus breui temporis spatio fecit; prorsùs vt anno ætatis suæ quintodecimo seculi vanitatem relinquere, contemptisque diuitijs ac honoribus, monasticę vitæ se tradere cuperet. Sed cùm pro sua continuò voluntate voto potiri non posset, & Abbas, cui se in disciplinam tradere ardebat, desiderium eius, ne patris animum offenderet, differret: cœpit paulatim animi feruor à religioso proposito tepescere: & velis tãdem remisque ad mundi vanitatem aspirare. Nam pia matre defuncta, cuius exemplo in omni officio modestiæ ac pietatis cõtinebatur, mox totus penè in seculi fluctus dilapsus est. Sed omnipotẽs Deus non passus est animam eius penitus vitiorum fluctibus absorberi. Nam cum iuuenilis ætas, corporis sanitas, diuitiarum iactantia, aliæque huius mundi prosperitates, longiùs eum abripuissent, continuò infestum ei & intestinum bellum excitauit, patrisque animum adeò acerbo cõtra illum odio inflammauit, vt nullis eum studijs, nullis obsequijs lenire posset. Quæ res prima illi æternæ salutis occasio fuit.

Desiderium monachismi.

Tepescit adolescentis animus dũ arridet mũdus.

Pater illi infestus.

Nam diuturna patris austeritate offensus, elegit

paternis rebus patriæque potiùs renunciare, quàm
patri suo vel sibi aliquam ex cohabitatione infam-
am procreare. Paratis itaque his, quæ ad iter nece-
saria erant, vno comitatus ministro, relicta patria
Senisium montem, non sine maximo corporis &
nimi labore, superauit, Burgundiam Franciamque
petiuit, vbi annis admodũ tribus exactis, Norman-
niam adijt, vt Lantfrancum quendam, virum in pri-
mis bonum, & præstãti religione ac sapientia ve-
nobilem requireret, cuius fama nobilissimos quo-
que clericorum de cunctis mundi partibus attra-
rat. Eo igitur inuento, lętus alacerque eius se ma-
sterio subdidit, ac die noctuque literarũ studijs
cubuit; intantùm vt neque vigilijs, neque frigo-
neque inedia fatigatus deficeret. Inter hæc ru-
monasticæ vitæ desiderium multo vehementius
nimum eius pulsare cœpit: sed nè parum con-
rem adeò arduam aggrederetur, Lantfrãcum in-
mis fidelem non minùs quàm prudentem, vnum
mille consiliarium sibi elegit: eique animi sui
positum candidè humiliterque exposuit. E tr-
enim vitæ semitis, quas sibi proposuerat, vna
eius consilio eligere statuerat. Nam aut mona-
aut eremi cultor fieri, aut postremò sibi viuen-
patrimonio, (quod defuncto tunc patre amp-
mum ad eum deuolutũ erat) indigẽtibus mi-
re decreuerat. Lantfrancus autem quamuis e-
polleret plurimũ, non tamen in re tam ardua
proferre sententiã præsumpsit, sed eum ad Ma-
um Rothomagensem antistitem destinauit, qu-
tim author ei fuit vt monasticam, tutissimã
semitã ingrederetur. Nec mora. Anselmus qui
septimum & vigesimũ ætatis agebat annum, re-
seculo, Beccẽse petunt cœnobiũ, cui Herlui-

Discedit è patria.

Tradit se Lantfranco in disciplinam.

De vitæ genere eligendo prudẽter cogitat.

Fit monachus.

ætate probitateq; cóspicuus, magna cum laude præerat: suoq; patrimonio domicilium hoc castitatis pietatisq; erexerat. Ibi verò Anselmus toto triēnio postquā in virtutis studio desudasset, tātos in omni perfectione progressus habuit, vt omniū iudicio & gratulatione, (venerabili Lantfrāco, qui istius cœnobij Prior erat in Cadonensis regimen assumpto) vel inuitus ad Prioris officium eueheretur.

Herluinus primus Abbas Beccēsis.

Fit Prior.

Eo honoris titulo decoratus cœpit, omnibus alitrum rerum imaginibus ex mente profligatis, vni solisq; Deo intendere cælestibusque se totū disciplinis tradere, tam ardēter, vt ante tempus suū insolitas de diuinitate Dei & nostra fide quæstiones perspiceret, perspectasque luculentis sanè rationibus enodaret. Nocte quadā insomnis in lecto recubans, meditādo secum rimari conabatur, quonam modo prophetiæ præterita simul & futura assecuti fuissent, cumque mentis ratione eò pertingere non posset & intellectus incredibili ardore laboraret, eccè de suis oculorum suorum radijs, vidit per medias oratorij maceries monachos ad diuina se præparātes, oculisq; planè lynceis densissimos parietes penetrauit. Qua re vehemēti stupore detentus, intellexit Deo leuissimū esse, prophetis in spiritu ventura monstrare, qui illi concesserit, quæ fiebant, per tot obstacula corporeis oculis videre.

Corporeis oculis parietes penetrat.

Hinc perspicatiori sapientiæ luce perfusus, omnis sexūs & ætatis mores ita ratione discretionis penetrauit, vt arcana cuique cordis sui consilia reuelaret. Ipsas quoque virtutū vitiorumque omnium origines admiranda planè prudentia callebat, luceque clariùs qua via modoque hæc vel adipisci vel deuitari atque deuinci possent edocebat. Ex assidua summæ beatitudinis contemplatione & desiderio

Magnum animi lumē.

derio vitæ perennis, immensos sæpè lachrymarum effundebat imbres, aliorumque peccata haud secus quàm propria deflebat.

Prudentia & modestia eius in instituendis nouitijs.

Nunc verò qua prudentia commissos sibi subditos tractauerit, qua modestia ac lenitate ad pietatis studium pertraxerit, quis dignè explicare valeat? Erant qui stimulis inuidiæ concitati dicta factaque eius omnia carpebant, ac dente canino rodebant, æmulabanturque: sed pius pater, omnem eorum malitiã fraternæ charitatis officijs vincebat, animosque in scelere obduratos incredibili mansuetudine leniebat.

Osbernus per Anselmum ad modestiam ac pietatem adducitur.

Erat Osbernus quidam adolescẽtulus ingenio quidem sagaci & indole haudquaquàm mala, sed moribus adeò profligatis vt Anselmum eos qui eum ad modestiam grauitatemque inuitabant ne æquis quidem oculis aspicere posset. Hunc mente cæca in pestem animæ suę ruentem aggressus Anselmus, mira calliditate ad mentem saniorem reduxit. Videbat puerum puerilibus irretitum lusu per præceps in vitiorum gurgites abeuntem: animumq; effrenum per fas & nefas voluptates exquirẽtem. Quid faceret pius pastor? Non verbis asperis vel disciplinæ rigore diffluentes continuò mores astrinxit, sed primùm pijs blandimẽtis eum deliniuit, puerilia facta benignè tolerauit, plurimum concessit quibus & ætas delectari & effrena mens simul ad mãsuetudinem curuari posset. Puer autem concessis gaudens nõ modò à feritate recedebat, sed Anselmum etiam diligere incipiebat: adeò vt institutam familiaritatẽ violare formidaret. Tum vero pius pastor sensim perditos mores tenera disciplina astringere, & pro instituta amicitia rogare, hortari eum cœpit vt modestiam quandam grauitatemque indueret si vellet contractam amicitiam

ſtabilem ac ſempiternam manere. Puer autem qui ſyncerè ſe ab Anſelmo diligi ſciebat libens ſe dicto eius audientem præbuit, maluitque prauas in ſe cupiditates extinguere & rebellantes animi motus comprimere, quàm veram intimamque amicitiam quouis modo violare: effecitque hoc modo pius pater vt iuuenis qui tota mente in peſtem ruebat, & aſpera monita contemnebat lenitate ac manſuetudine Anſelmi in viam rediret, ac multis tãdem virtutibus inſignis diem extremum clauderet.

Colloquiũ eius cũ Abbate quodã, vt pueri ſint in cœnobijs tractandi.

Accidit eo tempore vt Abbas quidam religionis opinione clarus ad Anſelmum veniret, eique inter verba de monaſtico inſtituto vltrò citròque habita, narraret, ſe quoſdam in clauſtro pueros habere adeò moribus profligatis vt nullis verbis vel verberibus ad diſciplinæ ſtudiũ adduci poſſent. Non ceſſamus, dicebat, eos verberibus fatigare ſed ipſi quotidiè deteriores euadunt. Ad quæ miratus Anſelmus: Non ceſſatis, inquit, eos verberibus fatigare? & quales quæſo adulti euadũt? Hebetes, inquit Abbas, & beſtiales. At ille: Quam benè nutrimentum veſtrum expenditis, qui de hominibus beſtias nutriiſtis. Et quid, inquit, faceremus, imò quid non facimus? Nocte dieque moribus eorum inuigilamus, modisque omnibus eos conſtringimus ne vel latum vnguem à diſciplinæ ſeueritate recedant, & tamen oleum planè atque operã perdimus. Ad quæ Anſelmus: Conſtringitis, inquit? Dic mihi quæſo Abba ſi teneram in horto tuo arbuſculam omni ex parte concluderes patulosque ramos diffundere incipientem impedires, & creſcendi libertate priuares, dic mihi poſt anni circulum qualis tandem arboris eſſet futura ſpecies? Profectò inutilis ramis incuruis & perplexis, idque non ex arboris ſed tua

Elegans ſimilitudo.

culpa

culpa proueniret, qui eam immoderatè conclusi
Certè hoc in puerorum institutione agitis qui cu
per oblationem in horto Ecclesiæ plantati sint, vn
eos terroribus, minis, verberibusque vndique co
ctatis, vt nulla possint pænitùs libertate potiri. In
que indiscretè oppressi, prauas & spinarum mo
perplexas intrà se cogitationes congerunt, fo
nutriunt, tantaque eas nutriendo vi suffulciunt,
omnia, quæ illorum correctioni possint admin
lari, obstinata mente subterfugiāt. Vnde fit, vt q
nihil amoris, nihil pietatis, nihil beneuolentiæ
dulcedinis ex vobis hauriunt, nec illi vobis fi
adhibent, sed cuncta ex odio & inuidia con
procedere credunt. Hinc contingit modo sane
serabili, vt sicuti corpore crescūt, ita odio & om
mali suspicione simul crescant; nullumque nisi
pressis supercilijs oculóve obliquo intueri vale
Sed dicito quæso quid causę quòd adeò infestis
mis illos tractetis? Nunquid homines sunt e
dem vobiscum naturæ consortes? Et vos nunq
aliquandò delinquitis? Nunquid ita ab omni
cati contagione puri estis, vt non aliorum m
cordia vos indigere existimetis? Aut fortassi
putatis vobis licitum esse in aliorum delicta g
ùs liberiusque sæuire quòd humanæ nulli dis
næ subiaceatis? Sed esto. Disciplinæ seueri
conseruatam vultis, soloque rigore iustitiæ in
cio alios continere: & ad optimos mores info
re. Vidistis vnquàm aurificem ex lamina auri
genti solis percussionibus imaginē speciosam
masse? Non puto. Quid tunc. Certè vt apta
lamina formam efficiat, nunc eam suo instru
to leniter premit & percutit, nunc discreto le
ne leniùs leuat & format. Sic & vos si cupi

tos optimis ornatos moribus, necesse est vt cum seueritate disciplinæ, paternæ pietatis & mansuetudinis leuamen & subsidium eis impendatis. Ad hęc Abbas: Quod leuamen, quod subsidium? Ad graues & maturos mores eos constringere laboramus. Cuille: Bene quidem. Et panis & quisque solidus cibus vtilis & bonus est eo vti valenti. Verùm subtrahito lacte, ciba indè lactentē infantem, & videbis eum magis ex hoc strangulari quàm recreari. Quarè hoc tenete: Sicut fragile & forte corpus pro sua qualitate diuersam exigit alimoniam; ità quælibet anima non quouis potest cibo nutriri. Fortis namque forti & solido delectatur: Gaudet in tribulationibus, odientes diligit, percutienti maxillā vnam lata præbet alteram, omniaque suffert amore eius qui acerbissima nece delicta nostra expiare voluit. At ea quæ in Dei seruitio fragilis adhuc est, tenero lacte indiget, aliorum videlicet mansuetudine, benignitate, & misericordia, donec paulatim robustior facta, grauiora discat certamina ferre. Quarè mi Abba si commissos tibi tyrones ad Christianæ militiæ certamen probè instruere velis, vide nè omnibus vna eadēque arma imponas: nam quibus vnus inimicum fortassis superare valet, ijs alius quispiam turpiter succumberet. Vndè nihil perniciosiùs quàm diuersa ingenia ad vnam eandemque disciplinæ formam astringere velle. His auditis Abbas ingemuit ac serò cognouit inani religionis opinione seruumidum fuisse.

Non idē cibus forti & imbecillo apponendus.

At verò Anselmus his disciplinis tantam apud omnes virtutis famam captauit, vt plurimi nobiles pariter atq; ignobiles sese in disciplinā eius tradere cuperent. Vagabatur nominis illius celebritas non modò per Nortmanniam, Franciam & Flandriam,

sed

Multi ad eius cœnobium confluũt eius fama exciti.

sed totam quoque Angliam ità repleuerat, vt plu-
mi ex prima nobilitate milites ac clerici ad eius
fluerent seque suaq; omnia Dei seruitio in eius
nasterio traderent. Defuncto autem Abbate Hel-
ino fuit vno omnium consensu atque applau
locum eius suffectus; licet ipse manibus quod
pedibusque eam dignitatem atque honoris
repellere niteretur. Sed cùm eam frustra à se
ueret inuitus tandem subijt, quod magna cum
ctitatis opinione administrauit.

S. Anselmus fit Abbas.

Lantfrãcus Cantuariensis Archiepiscopus.

Eo tempore Lantfrancus ex Abbate Codo
ad Cantuariensem sedem episcopali titulo a
nistrandam assumptus fuerat. Hunc vt pro in
ta iam pridem amicitia Anselmus visitaret,
misso mari, in Angliam venerat, vbi ab omni
& ætate tãta cum admiratione exceptus fuit
libet Beccensi Abbati gratiam cuiusuis offici
hibuisse gauderet. Rex ipse Guilielmus, qui
Angliam inuaserat, quamuis tyrãnide quada
ctis esset formidabilis Anselmo tamen ere
clinabat ceruicem, alijsq; ad rei nouitatem
tibus, alium se, ab eo qui esse solebat, declar

Anselmi mira apud Anglos æstimatio.

Neque sanè vana erat de Anselmo concep
ctitatis opinio, quam omnipotens Deus mira
rum virtute confirmabat. Nam vir quidam
finio Ponti & Flandriæ diuitiarum & nob
gloria facilè princeps lepra percussus cùm
mœrore contabesceret, quòd se, cõtra natali
orum dignitatem, despici deserique à suis
crebris orationibus & eleemosynis opem ab
potente Deo precabatur. & eccè quadam no
sus sibi astare vir quidam grauitate admirã
spicuus qui monuit, si pristinæ vellet sanit
tui, Beccum iret, & aquam illam potaret qu

Miracula eius.

tis Anselmi manus post Missarũ solennia abluisset. Ille igitur salutis auidus facilè visioni fidem adhibuit, ac impiger ad Anselmum tendens visionem ei aperuit, humiliterque, vt aquam porrigere dignaretur, rogauit. At vir sanctus ad verba obstupescẽs, hominem multis modis ab ea mente reuocare voluit; dixitque falsis rerum imaginibus eum miserè deludi. Ipse verò cùm vehemẽter ac importunè instaret, vrgeret, ac lachrymis etiam vim inferret, vir sanctus hominis pietate motus, altero die incruentum pro eius salute Deo sacrificium obtulit & aquam tam multis expeditam lachrymis porrexit. Qua hausta teterrima scabie protinùs fugata integra sanitas redijt: multorumque ora in Dei laudem dissoluit. Eodem tempore frater quidam qui sub eius disciplina Christo militabat valida corporis infirmitate pressus, aqua per Anselmum sanctificata aspersus eueltigiò pristinas vires sanitatemque recuperauit.

Leprosus sanatur.

Item infirmus alius.

Et quidem tranquilla tunc res Angliæ erat, cunctis, tam clero quàm secularibus vnius Anselmi & auctoritate & monitis in solida pietate degẽtibus, cum repentè grauis & periculosa omnibus calamitas exorta est. Defuncto memorato Anglorum rege Guilielmo, Guilielmus filius eius ad regni gubernacula admotus est. Hic, sublato de hac vita venerabili patre Lantfranco, ecclesias ac monasteria totius Angliæ grauissima sanè oppressione afflixit. Eius oppressionis anno quarto Anselmus à principibus regni, qui eum animarum suarũ medicum & patronum elegerãt, inuitatus & ab ipso Cestrensi comite Hugone adiuratus ac postremo ecclesiæ suæ præcepto pro communi vtilitate coactus Angliam ingressus est. Vix eum Cantuaria receperat

Guilielmus Angliæ rex oppressor ecclesiæ Anglicanæ.

cùm protinus monachorũ & laicorum turba
exigua quasi quodam præsagio mota archiepis
cum futurum conclamauit. Indè autem adre
tendenti optimates quiq; alacres ei occurrerun
ipse denique rex è solio exiliens venientem m
non modò summæ cuiusdam beneuolentiæ in
excepit, sed post oscula & amplexus per dex
suam ipse sedẽ perduxit. Ibi post verba multa
citroq; admodũ suauiter habita Anselmus n
nihil purpurã veritus intrepidè monita sal
gijs auribus inferre cœpit: docẽs atque obte
scelere suo ecclesiæ pacẽ perturbaret, & opt
stitutam pietatis ac religionis rationẽ in a
discrimen cum multarũ animarũ periculo in

Suscipitur Anselmus à rege honorifice.

Rex quamuis dicẽdi libertatem in Ansel
dè miraretur, ab ira tamen se continuit, di
cum honore Abbate, paulò pòst in languore
grauem incidit, vt vitam cum morte cõmu
taretur. Erat adhuc Cantuariæ pastore orb
principes regni regẽ decumbentem adeũt, q
que vt matrem totius regni ecclesiam à pri
duitate & calamitate per institutionẽ pont
leuet. Acquieuit cõsilio rex & Anselmum e
tate fore dignissimũ pronunciauit. Acclam
omnibus & Anselmus ad eum honoris gra
dendum cogitur rapiturque. Reluctabatur
ctus diu multũque totis viribus, sed quò a
pugnabat eò vis maior à clero populoque
tur: adeò vt victus succumbere, & volen
que sacro oneri humeros subdere debuerat.

Anselmus fit Archiepiscopus Cantuariensis.

Vix põtificali infula solenni ritu decor
cùm regis animus antè satis, vt apparebat
lus ira odioque repentè inflãmatus virum
uersari cœpit. Nam rex, qui omnia vi

turpi nimis auaritia & lucri cupiditate metiebatur, cùm pro collato in Anſelmum honore denariorum mille libras ſecura mēte expectaſſet, & virum ſanctiſſimum ab ea mente planè alienum eſſe comperiſſet turbatus ne colloquio quidē ſuo eum amplius dignatus eſt: prorſus vt laborantem ac nocte dieque in ſceleribus hominum reſecādis, deſudantem antiſtitem deſereret, ſeque iniquitatis potius quàm pietatis fautorem declararet. Quæ res inprimis acerbiſſimos doloris ſtimulos peccatori eius infixit, adeoque attriuit vt animus omnem conſolationem reſpuiſſe videretur. Concitatus furor regis multis ac diuerſis iniuriarum procellis eum fatigabat: & ſubditorū mentes regia auctoritate nixę per omnia libidinum genera vagabantur. Tabeſcebat vir ſanctus zelo iuſtitiæ & aſſiduo animi mœrore pœnè abſorptus, ſuffuſos lachrymis oculos ad cælum leuabat cùm commiſſum ſibi gregem effractis religionis ac pietatis repagulis per vitiorū gurgites præcipitem abire cerneret, neque vllis monitis in viam ſalutis reuocare poterat.

Rex vehementer illi infeſtus.

Neque tamen deerat animus ad mortē vſque pro iuſtitia certādi. Nam cùm regem planè iam ſibi infeſtū ſentiret primùm vt auctoritate Romani Pontificis ſedem ſuam muniret regem adijt obnixè petens vt liberam proficiſcēdi poteſtatem ſibi faceret quò à Papa Vrbano (qui id temporis ſummū illud honoris faſtigium tenebat) ſtolam ſui Archiepiſcopatus de more ab illius manu reciperet. At rex ad nomen Vrbani turbatus cū admiratione reſpondit: Ne ſuo in regno non modò Papam nō agnoſcere, ſed ne nomen quidem ipſum vllo modo ſuſtinere. Hoc reſpōſo Anſelmus præter opinionē accepto primū obſtupuit, regisq; furorem tacitus execrari cœpit.

Guilielmus rex Papam non vult agnoſcere.

Orto deindè graui ſchiſmate totius regni Ep-
pos, Abbates ac principes conuocauit Archie-
pus vt maturè parua diffidij ſcintilla, in aper-
cleſiæ Anglicanæ perniciem diaboli vt appa-
malitia, excitata opprimeretur. Conuentum
caſtrum Rothingeham anno Dominicæ inca-
onis milleſimo nonageſimo tertio, tertia ſe-
na quadrageſimalis ieiunij cauſaq; in medi-
ducta ſtatim Anſelmus hinc indè diuerſis q-
cōcuti cœpit. Siquidem epiſcoporum plu-
giæ voluntati ſtudentes, ſpreto æquitatis
Vrbanum in regno Anglicano omni pontif-
ctoritate priuabant, eumque impium ac
rebellem eſſe vno ſtrepitu conclamabāt, q-
præter vnius regis Guilielmi in vtroque
ſtatem agnoſceret. Igitur ad vnius regiæ in-
onis vocem epiſcopi omnes, vno Roffenſi e-
in perfidiā lapſi promiſſam Romano Pont-
dientiam abiurarunt, primatumque omn-
cleſia Dei vno impetu ſuſtulerunt. Rex e-
cunctos in ea ſententia animabat, atq; ni A-
vicarium Petri eadem ratione conculca-
mento confirmabat ſe hominem amiſſu-
priuaturum atque deinceps nullo loco ha-

Epiſcopi Angliæ nolunt ſuo parere Primati.

At Anſelmus conſtanter in ſyncera fi-
gra erga Deum eiusque vicarium obedie-
ſtens, potiùs è cunctis regni finibus exced-
uit quàm vel latum vnguem ab obedientia
Pontifici debita deflectere. Sed nè regis
uiùs ea re offenderet iterum atque iterum
affandi tempora captauit: petijtq; vt lib-
di Romam poteſtatem ſibi faciat. Negat-
animo ſanè perturbato mādabat amiſſu-
deſiſteret vel ſimul cum eo itinere perpe-

Conſtantia S. Anſelmi in obedientia Pontifici Summo ſeruanda.

lium subiret. Tunc nihil cunctatus Anselmus incredibili ardore libertatis ecclesiæ suæ firmandæ inflammatus, tanquàm è captiuitate Babylonica indè recessit ac peregrinorum specie baculo peraq; contentus clero ac populo cum ingenti fletu ac eiulatu eum prosequente, in viam se dedit. Præstolabatur in portu Dofras prosperos ventorũ flatus, cùm eccè adest missus a rege clericus, Guilielmus nomine, qui abeuntis sarcinam exploraret. Sperabat siquidem ingentes se thesauros, quibus tota auiditate inhiabat, inuenturum: sed cùm excussis omnibus nihil in rebus episcopi, præter inopiam, inueniret speperiendæ pecuniæ fraudatus abijt, populo interim nefarium opus cum summa indignatione spectante & spectando execrante.

Discedit ex Anglia.

Itaque Anselmus conscensa naui Angliam reliquit & tanquam in portu placidę quietis nauigans, ita amnis non sine multis periculis, Lugdunum deuenit, vbi ab Archiepiscopo ciuitatis illius honorificè exceptus, missis Romam nuncijs, Pōtificis voluntatem præstolabatur. Sed Pontifex audito viri sanctissimi aduentu magno delibutus gaudio eum ad se statim euocauit: quò tanti viri aspectu & colloquio frui posset. Nec mora. Anselmus cōtemptis omnibus periculis ad obediēdum alacri se animo accinxit, ac saluus, Deo protegēte, & incolumis Romam peruenit. Ibi verò quanto cum honore quantisque benevolentiæ indicijs ab ipso Vrbano exceptus fuerit, argumenta sunt ipsa Pontificis verba in medio Principum consessu in laudem ipsius Anselmi luculenter habita. quibus inter alia cunctis eum liberalium artium disciplinis innutritū pro magistro libere fatebatur, & quasi sui comparem velut alterius orbis virum Apostolicum & patriarcham inge-

Pontifex Vrbanus eum ad se vocat.

En quanti Romanus Pontifex eū fecerit.

venerandum censebat. Sed hæc Anselmum tan
abest vt quouis modo extollerent, vt etiam ing
rubore suffusus semetipsum tacitus accusare
uiter atque indignabundus propriam conscie
castigaret quòd longè alium ab hominum op
ne se inueniret.

Post hæc aduentûs sui causam Pontifici ap
eundéque vt collapsis pœnè fidei ac pietatis
glia fundamétis maturè subueniret humillim
gauit. Et quidem cùm de via modoque succ
Anglicanæ ecclesiæ rebus Pontifex cum suis
agitaret, Anselmus vt animo magis soluto
ro diuinarum rerum cõmentationi vacaret,
vrbe, cum summa Pontificis voluntate ad c
S. Saluatoris Telessini, cui Iohannes quidam
Becci monachus, Abbas præerat, se recepit,
fontem è durissima rupe, monachis aquæ
laborantibus, precibus suis elicuit: qui de
eius virtute ac nomine Cantuariensis episc
teus appellatur: ferturque miram in se fug
bribus ac languoribus diuersis, vim habere.

Fontem impetrat suis precibus.

Intereà Pontifex Vrbanus habito de re
glicanis cum suis concilio Anselmum pon
dignitatem declinare cupientẽ & tota men
terruptam monasticæ vitę disciplinam a
sua benedictione cõfirmauit, Sclauiamque
vt ibidem tempus concilij, quod Papa apud
Kal. Octob. indixerat, operiretur. Cui dum
mus interesse & Græcos turpi errore, in p
ne Spiritus sancti à filio, contaminatos re
gitur tanta id prudentiæ opinione effecit
dicẽdi luminibus quæstionem illustrauit,
summę eruditionis ac sanctitatis laudẽ ad

Vrban⁹ Pontifex Anselmum Archiepisc. Cantuariensem confirmat.

Cõcilio Barensi etiam Anselm⁹ interest & Græcos cõfutat.

Finito autem Cõcilio cùm Romam pro

tum successu vnà cum Pōtifice delatus esset, adfuit fortè Guilielmus clericus ille à rege missus qui in decessu res omnes viri sancti scrutatus fuerat, vt ea quæ in causam regis essent cōtra Anselmum coram Pontifice peroraret. Sed cùm ijsdem tēporibus Angli, alij viri & prudētiæ & religionis opinione præstantes Romā venissent, tanta sunt veneratione Anselmum prosecuti tantaque de eius eximia bonitate, & in tuenda ecclesiæ suæ, contra vim ac potentiā regis, libertate, constantia prædicarent vt rex maiori eum honore quàm se dignum reputaret, eaque de causa mandaret vt aduentantes, qui oscula pedibus eius figere volebant (quorum frequens ad eum erat concursus) nequaquàm prohiberet. Guilielmo tamen Vrbanus Pōtifex pro rege Angliæ deprecanti vt inducias ad præfinitū quoddam temporis spatiū concederet, quo de totius causæ cognitione certior fieret, non negauit: Anselmum tamē pontificia dignitate firmatum & multis cumulatum laudibus ad sedem remisit: nihil dubitās quin sua facilè prudentia ac lenitate turbatas Angliæ res componeret & optatam ecclesiæ pacem restitueret.

Nota quo in honore Romæ fuerit.

Sed Anselmus vt Roma digressus superatis quāplurimis diuina protectione viæ periculis Lugdunum peruenit statuit & sibi commodius & Ecclesiæ vtilius esse existimauit regis potiùs animum per nuncios explorare quàm effrenatam hominis mentem suo conspectu nouo furore incendere. Lugduni autem apud Hugonem vrbis illius antistitē inprimis venerabilem commorans nullo modo cōsuetæ pietatis benignitatisq; in plebem officia intermisit: imò tanta apud ipsum Hugonem propter sanctitatis opinionem auctoritate pollebat vt præsulis loco eum haberet & ipse in propria parochia nō nisi

Lugduni moratur summo cū honore.

vicariam operam exercere vellet: ac tanta deni
apud omnes creuit illius opinio vt infirmi deni
que ex ipsis etiam mensæ illius reliquijs mirac
sanitatem sibi pollicerẽtur. Nec fuêre fraudat
spe qui cum fide Christo debita fragmenta pe
perunt: quorum duo, milites ambo, optatam
tatis gratiam consecuti noscuntur. Quidam
haud ignoti nominis vir eo solo, quòd sacra
illius officio cum fide interesset à graui ægrit
liberatus est. Nec defuêre alia egregia sanc
tatis illius testimonia. Nam die quodã Chu
cum suis eunti in via mulier quædam mise
mẽtis furore agitata, multis cum lachrymis
cibus oblata, salutifero crucis signo per eum
ta paulò pòst sanitatem adepta est.

Mors Guilielmi regis magnam viro sancto tristitiã affert.

Inter hæc aliaque notæ sanctitatis indic
ex sanctissimi viri discipulis Lugdunum ven
gis ipsius Guilielmi mortis nuncij: quæ vt
vniuersæ haud mediocrem lætitiam ità viro
præter omnium expectationem insignem m
cum multis lachrymis coniunctam attulit
adeò vt palam testaretur se, si fieri posset, su
vitam illi libenter largiri paratum esse. In
verba & crebros gemitus quibus peccatori
deplorabat alij atque alij nuncij literis vi
tris Ecclesiæ & Henrici regis, qui fratri succ
instructi venêre; quibus benignè admodùm
tem suum ad sedem occupadam inuitabant,
regni totius negocia ad nutum illius pend
rentes. Tum verò Anselmus vt laborãti ecc
opem ferret sine mora iter arripuit, sed Sen
ad regem veniens nequaquàm ea beneuole
ge exceptus fuit qualis eum decebat, qual
mnes regni proceres deferre cogitabant. N

nihil viro sancto antiquius esset, quàm Patrum decreta sacrosque Canones inuiolatos seruare, tùm in Concilio Romano (cui etiam Anselmus interfuerat) Pontifex Vrbanus excõmunicationis fulmen in laicos omnes qui inuestituras, vt vocant, darent, vel qui eas acciperent, intorserat. Quam sentẽtiam Henrico regi vt aperuit, ille eadem animi pertinacia qua frater, eam auersatus non modo ad aures suas non admittere voluit, sed ipsum etiam Anselmum turbulẽto à se animo repulit. Indè nouis nouis regis agitatus persecutionibus inuicto animo pro ecclesiæ libertate contra fraudes ac insidias omnes pugnauit, prorsùs vt neque mortis quidem periculum, paratus pro ecclesiæ libertate sanguinem fundere formidaret. Hac tanta animi constantia cognita, rex nè tanti lucri quod ex inuestituris ad eum amplissimum manabat, iacturam faceret ipse Anselmũ adijt, monens suadensque vt Romam adiens latam ab Vrbano sentẽtiam sua auctoritate ac gratia rescindi curaret: aliàs se pro ecclesiarum donationibus, quæ iure optimo ex more antiquo sibi competerẽt, ad extremum vitæ spiritum cum regni etiam totius periculo decertaturũ. Hac tam seuera denunciatione nihil motus Anselmus respondit se quod in detrimentum ecclesię cederet facturum nihil, licet omnibus excarnificandus supplicijs mortem acerbissimam subire deberet.

Concilium Romanum.

Hẽricus rex frater Guilielmi & successor Anselmo infestus.

Egregia sane viri sancti constantia.

Veruntamen nè regis auctoritatem aspernari videretur, simulque vt quæ ad ecclesiæ Anglicanę vtilitatem faciũt cum Pontifice tractaret Romam abijt, vbi & ab ipso põtifice Paschali qui Vrbano successerat, & à prima vrbis nobilitate summo cum honore exceptus fuit. Peractis ijs quæ tam in rem ecclesiæ Anglicanæ quàm quæ ad aliarũ vtilitatem

Secũdò Romam venit.

cedebant, Anſelmus iter arripuit. Sed vt primu
per multa pericula Lugdunum appulit, mox Gui
elmus adfuit qui regis ipſius mandato Angliam i
interdixit, niſi omnes & patris & fratris ipſius co
ſuetudines, poſtpoſita Sedis Apoſtolicæ auctori
te ac obedientia, ſeruandas ſuſciperet. Anſelmus
hac quidem comminatione à conſtantia dimo
Lugduni ſedem elegit, ibidemque Dei miſeric
diam pro ſalute eccleſiæ ſuæ implorare conſtit

Henricus rex Angliæ eum interdicit.

Rex autem Henricus comperta viri Dei cõſ
tia omnibus eum bonis ſpoliauit, omnesque Ar
epiſcopi facultates ſuum in dominiũ redegit.
paulò pòſt vrgentis conſcientiæ ſtimulis comp
ctus ab exilio eum reuocauit multisque honori
ac muneribus cumulatũ in amicitiam recepit:
uasque conſuetudines cõtra eccleſiæ libertatem
troductas libenter deleri paſſus eſt. Hinc omni
que inter clerum regiosque miniſtros iamdiù v
erant, diſcordijs ac ſeditionibus ſedatis, tranq
tas Eccleſiæ reſtituta eſt: & Anſelmus curis va
multò quàm antè vigilantius animum ad do
dum ſcribendumque appulit. Nam cùm ante
maximas exilij moleſtias ac difficultates præ
admodum multa ſcribendo præſtiterat, tum
ſtremò, libello illo, quem de concordia præſcie
& prędeſtinationis gratiæque Dei cum libero a
trio edidit, tantam lucem in diſſenſionis erro
tenebris, multis attulit quantam alius nemo.
in opere dum verſaretur aliaque ingenij ſui m
menta parturiret infirmitate graui corripiu
impedimento fuit quò minùs quæſtionem de
mæ origine ad optatum finem perduceret.

Spoliat eũ bonis.

Reuocat Anſelmum.

Aderat Roffenſis antiſtes Rodulphus cùm a
tis ferè doloribus oppreſſus Anglicanæ Eccle

cem precaretur ac regi reginæque vltimam benedictionem sublata, magna cum pietate, dextera impartiretur. Corpus destitutis planè viribus languebat, dubiaque minimè mortis signa edebat, cùm spiritus incredibili gaudio exultãs inter charos suorum amplexus solutos mortalitatis vinculis ad creatorem suum euolauit. Moritur vir sanctus.

Pontificiam dignitatem summa cum auctoritate eximia sanctitatis laude cõtra regum duorum vim ac potentiam annis tredecim administrauit præclarum sanè posteris constantiæ ac fortitudinis exemplum relinquens ne pro ecclesiæ libertate tuenda vllis laboribus frangerentur. vllasne persecutiones minas vel supplicia formidarent.

VITA ET MARTYRIVM S. EPIPODII martyris Lugdunensis. ex ea quæ exstat apud Surium.

PRincipis Antonini Veri decimoseptimo Imperij anno, cùm per multas prouincias gentilium furor desæuiret, tum in Lugdunensi præcipue vrbe debacchatus est: in qua pro sui magnitudine quanto maiores degebant populi, tanto etiam gentilium copiosior rabies æstuabat. Iudices, officiales, tribuni, milites, vulgus certatim indiscreto etiam sexu Christianos multiplici crudelitate laniabat. Quorum plurimi distinctis passionibus atq; nominibus ad succedẽtes memorias peruenerunt. Innumeri verò vel carceris squalore extincti vel subita persecutorum rabie deleti humana quidem memoria sepulti sunt, sed cum summa ac sempiterna gloria in libro vitæ cælestis inscripti. Nam post vastissimam martyrum stragem & sęuientium passionum crudelitatem, (de qua etiam Christi famuli quos

22. Aprilis

Persecutio tẽpore Antonini Veri Lugduni.

Epistola Viennensis & Lugdunensis Ecclesiæ, ad Asianos.

quos tunc illustrissimæ vrbes Vienna & Lugdunum tenebant ad ecclesias Asiæ & Phrygiæ scripta mis-runt) cùm pœnè ad internecionem Christi nomi-à gentilibus crederetur extinctum, Epipodius & Alexander occultè Catholico cultui operā dare Pa-fidi per proditionē nunciantur: quos ille indag-solicita, religionis reliquias in illis extinguere-piens, præcepit inquiri.

Epipodius & Alexander occultè Christo deseruiunt.

Et quidē Alexander natione Græcus: Epipod-verò Lugdunēsis ciuitatis indigena ambo iuuen-tis flore conspicui simul à teneris vna cum liter-gregiam pietatem imbiberāt. Erant clarissimis-parētibus ad omnem religionem ac modestiam-stituti, parentumque Christianorum exemplo-tuis cohortationibus ad omnium virtutum in-menta sese excitabant. Sæuiente autem persecu-ne ad aliam atque aliam ciuitatem declinauer-ac per latebras tyranni persecutionem euase-Tandem septa murorum occultè egressi, cuiusd-religiosæ ac fidelis viduæ tugurium introier-Cumque ibi aliquādiu tecti fide mulierculæ & i-humilitate latuissent, tandem sagax illos inquis-inuenit, eosque per angustum cellulæ aditum in-entes manus infecta corripuit: qui ita trepidis-lientes irruperant, vt S. Epipodius calciamento-dis vnius, dum pauidus prosiliret, priuaretur-posteà fidelis mulier, tanquàm thesauros sibi re-tos occuluit.

Epipodij patria.

Virtutes.

De hoc calceamento martyris scribit Gregor. Turon. de gloria Cōfess. c. 64.

Itaque captos etiam ante discussionem carce-cepit, quia manifesti putabatur criminis esse, q-appellatio Christiana. Deindè post triduū, vin-post tergum manibus, ante Præsidis statuuntur-bunal: quos sæuissimus iudex, astāte & impria-te gentilium multitudine, de nomine & profe-

Captus Epipodius in carcerem mittitur.

ne interrogauit. Illi verò & vocabula ſua ediderũt, & Chriſtianos ſe eſſe perſpicuè teſtati ſunt. Accenditur ergo iudex & popularis clamor attollitur, & in innocentes omnium ſimul inſania incurrit. Poteſtas eos increpat & furorẽ ſuum huiuſmodi clamore teſtatur: Etiam nunc aduerſus deos immortales humana temeritas perſeuerat? Etiã nunc conuelluntur principum ſanctiones, & vno eodemque maieſtatis crimine Imperator impugnatur & numina? Vbi ſunt tormẽta quæ intulimus? vbi cruces? vbi gladij? vbi beſtiæ? vbi ignitæ laminæ? vbi diſtrictio etiã vltra mortis terminos procurata? Extincti ſunt homines, ſepulcra non extant, & tamen Chriſti memoria perſeuerat? O puniendi, quo au- Minæ iudicis.
ſu in religione vetita perdurâſtis? Iam nũc pro veſtra præſumptionis temeritate pœnas dabitis: ac ne ſe inuicem exhortentur, aut muniãt ſermone vel nutibus, eiecto Alexãdro, qui eſt ætate firmior, Epipodius applicetur. Quem ſcilicet ſingulariter deſtinatum, dum pro coniectura ætatis teneriorem animo iudicabat, ſerpentis antiqui vſus calliditate, venenata blandimentorum arte ſolicitat. Video enim te, ait, iuuenẽ: & nefas eſt vt in intentione pra- Blãditur iudex Epipodio.
ui propoſiti perſeueres & pereas. Nos immortales deos colimus, quos vniuerſitas populorum, quos etiã nominibus proprijs ſacratiſſimi principes venerantur. Nos deos colimus lætitia, conuiuijs, cantionibus, laudibus, commeſſatione & laſciuia: vos verò hominem in crucem actum, cui cunctæ voluptates diſplicent, qui ieiunijs corporisque afflictionibus delectatur: & qui poſtremò ſuis cultoribus præmia nulla conferre poteſt. Nam qui ſe à viliſſimorum hominum inſectatione tueri non potuit, alijs quid quæſo beneficij conferet?

Ad

Epipodij constantia virtis & oratio sapientissima.

Ad hęc beatus Epipodius: Non ita me Christi a
Catholicæ fidei armauit affectus, vt sensum mea
blanda misericordiæ tuæ figmenta permoueat. Ho
tas enim ista crudelitas est: & vobiscũ viuere ma
æterna. Cęterum à vobis perire, gloriosum. Sem
ternum verò Dominum nostrum Iesum Christ
quem tu mihi crucifixum commemoras, quid
resurrexisse ignoras? qui ineffabili mysterio ho
pariter & Deus famulis suis tramitem immor
tatis instituit: & ad cælestia regna perducit. Se
missis, quæ captum tuum excedunt, adeonè de
es, vt nescias hominem ex animæ & corporis d
ci constare substantia? Animæ imperio, corp
seruitio magis vtimur. Turpitudines, quibus
mones vestros colitis, oblectant membra corp
mentes interimũt. Q a autem illa vita est vi
tis potioris detrimenta capiuntur? Nos pro a
aduersus corpus bella suscipimus: nos pro a
aduersus vitia dimicamus. Vobis Deus vente
& in morem pecudum post ingluuiem prodig
finem vitæ pręsentis mortis iudicatis occasum
terum nos, quicunque vobis persequentibus in
mus, dum tempora amittimus vitam ingre
æternitatis.

Cęditur pugnis os martyris & ille fit constantior.

Iudex verò responsi huius liuore & admira
ne defixus, iracundiaque stimulante commot
mirabile eloquentiæ domicilium, id est, os m
ris elidi pugnorum ictibus iubet. Ac deince
pipodius illato dolore constantior, mixtis cu
dentibus, hæc verba profudit: Christum cum
ac Spiritu sancto Deum esse confiteor, dign
est, vt illi animam meam refundã, qui mihi &
tor est & redemptor. Ita enim mihi vita non
tur sed mutatur in melius. Nec interest in
co

corporea quo fine ſoluatur, dummodò anima cælis inuecta, ad ſuum reuertatur auctorem.

Cùm hæc beatus Epipodius conſtanti aſſertione loqueretur, imperio truculenti iudicis eculeo ſuſpenditur, circunſtantibus hinc indè lictoribus, vt latera eius impreſſis vnguibus ſulcarẽtur. Tunc ſubitò populi terribilis clamor factus eſt, petentis, vt velobrueretur imbre ſaxorum aut membratim diuiſus, ſæuientium inſania carperetur. Sed de furore omnium tarda erat crudelitas iudicantis. Metuens autẽ Præſes, nè magis vim perferret, & per ſeditionem, poteſtatis ac iudicij reuerentia turbaretur, ad ſedandum circumfuſæ multitudinis pręcipitem & inſanũ furorem, cauſamque cõmotionis extinguendam, eductũ extra tribunal, gladio raptim feriri iuber. itaque quãto infeſtior fuit inimicorũ tumultus, tãto citius, diſpoſitione diuina, cõſummatio accelerata eſt martyrij: vt puerũ ſuũ de paſſione ac perſecutoribus triumphãtem velociùs Chriſtus remuneraret, qui eſt benedictus in ſecula. Amen.

Gladio S. Epipodius feritur.

Quæ hoc loco ſequuntur de Alexandro ſocio Epipodij lector inueniet infra 24 Aprilis.

CERTAMEN SANCTORVM ET GLORIOSORVM MARTYRVM ACEPSIMÆ, IOSEPH, & AEDIBALÆ. ex ijs quæ ſunt apud Metaphraſten.

QVo tempore Saporius Perſarum rex Chriſtianum nomen acerrimè perſequebatur, Acepſimas ætate ac prudentia venerandus Chriſtianam religionem acriùs defendendam ſuſcepit. Erat enim non ſolùm ætate & canitie gratis ſed morum etiam grauitate omnibus adeò conſpicuus vt cuncti ſolo eius intuitu ad animi quandam modeſtiam pietatemque vocarentur. Quibus ſanè

22. Aprilis

Acepſimæ virtutes.

ſanè virtutibus cũctam aduerſariorum aciem tu-
quàm aduerſus fortiſſimum antagoniſtam in le-
uocauit. Nam vt de reliquis ipſius virtutibus nil
dicamus, certè fuit rerum humanarum & pręten-
bentium contemptor adeò eximiùs vt adhuc in-
ris conſtitutus verus cæli incola mente credere-
Cùm iniectis ei iuſſu Saporij regis vinculis cu-
uus per domum ſuam traheretur, & quidam e-
ius familiaribus eum hortaretur vt aliquid de
mo ſua diſponeret: ille manu eam oſtendens,
inquit, domus mea ampliùs non eſt. Ego enim
ad ſupernam illam commigro. Cùm autem a-
gorum principem (is erat Adrachus) produc-
ſet, rogatusque an ſpreto regis iuſſu ac dijs p-
vnum Deum prædicaret, reſpondit beata illa
ctus nullo timore affecta: Vnum ego Deum p-
co, vnum, inquam: & quantum in me eſt omn-
conſulo, hortor atque admoneo vt huic ſe do-
ti, quod veram æternamque ſalutem adfert,
ciant. Magus autem: Audiuimus ſæpiùs iſti
canitiem rara quadam prudentia adornata
ſed nunc demũm falſum eum rumorem eſſe
perio: cùm videam te planè ſtolidum atque
entem, quarè niſi protinus mutata ſentẽtia e
iuſſui obedientem præbueris, ne ipſa quidem
ctus à grauiſſimis, quę vobis conſtituta ſunt e
ſupplicijs. Cui diuinus ſenex: Si putas me
nis ab huius dogmatis quod hãc meam exorn
nitiem profeſſione auellere planè deliras. N
cèt neque ſenectus, neque ipſe Deus meus q
à veſtris manibus me liberat, nõ tamen ideò a
fide vllo modo deſciſcam. Quid enim pau
modum dies viuere intereſt, cùm hoc natura
tum paulò pòſt ſit exoluendum. Non adora

Cõtemptus rerum terrenarum in Acopſima eximius.

Preclarè voces martyris.

lem, non c
neſtutem
dus paucu
Hac ma
ſtus iuſſit
ideò flagri
maneret, ſ
dele alijs
relaxarum
nali ſiſti di
lis ò Acep
bus. Cui m
ſceleratiſ
ſt me tuis
is & pului
uribundus
rit tẽpus q
doras eum
His mai
ancto inie
prehenſus
ndus vir
virtutum o
ula Beth
ndum & d
libertate p
lianæ fide
rtute ſpir
terſus ipſe
ia morter
vocem p
num, vile
octrinis f
itas à & a

lem, non colam ignem. Nemo meam irridebit, senectutem: nemo vitio mihi dabit, quòd vitæ cupidus pauculos hos morituræ carnis dies despiciam.

Hac martyris constantia grauiter irritatus scelestus iussit sanctissimam illam senectutem grauibus adeò flagris cædi vt nulla corporis pars illæsa permaneret, solumque purpureo tinctum cruore crudele alijs spectaculum exhiberet. Deindè à plagis relaxatum, rursus vinctum catenis suo iussit tribunali sisti dixitque: Vbi nunc est Deus tuus quem colis ô Acepsima? Veniat & te è meis eripiat manibus. Cui martyr animo ęquè inuicto: Deus, inquit, ô sceleratissime, qui cælum terrãque implet potens est me tuis è manibus liberare. Tu autem cùm terra sis & puluis, in quem audes superbire? Tu quidem furibundus in scelere tuo ad tempus exultas sed adsit tẽpus quo traderis igni inextinguibili, vt quem adoras eum tunc impietatis tuæ vltorem sentias.

Dirissimè flagellatur.

S. Senis constantia.

His maiore ira incenso Mago, grauiores catenæ sancto iniectę. Die autem sequenti fuit etiam comprehensus Ioseph quidam ex pago Bethlabuca oriundus vir cùm presbyterij honore tum splendore virtutum omnium illustris vnà cum Diacono AEithala Bethnoadara viro instar magni Eliæ ad arguendum & docendum propenso & maxima dicendi libertate prædito. Hi scelerato oblati Mago, Christianæ fidei puritatem cùm factis tum dictis tanta virtute spirabant vt Magus in rabiem quãdam conuersus ipso vultu sanè toruo nimis cuncta supplicia mortemque minaretur: ac tandem præ furore in vocem prorumpens: ô genus, inquit, perditissimum, viles abiectique homines vt quid vos falsis doctrinis simpliciores in fraudem perniciẽquè traditis? & aliorum oculos præstigijs perstringentes

Ioseph presbyter comprehẽditur.

Item Æithalas.

Responsum Sacerdotis Christi.

delutis? Cui beatus Ioseph: Nos, inquit, neque
stigijs vtimur, neque quemquã in fraudem
limus: sed cunctos cæcis errorum tenebris
tos ad veritatis cognitionem & in veram
namque libertatem è durissima dæmonio
uitute vindicamus. Viles autẽ & abiecti nos
nostra sumus, vtpotè qui omnibus facultat
pauperes Christi distributis, ęternas securi
expectamus. Hanc orationem martyris inte
Magus: Missas, inquit, facito nugas istas &
deo Soli sacrifica. Illo autem præcisè & co
renuente Magus ira accensus virgas expe
tensumque statim verberari iussit. Lacera
nosi mali Punicæ rami sacras carnes sed
dus Sacerdos oculis inter supplicia ad cæl
latis, Ago tibi gratias, dicebat, ô Domine
quòd dignatus sis me meo sanguine tinctum
dibus peccatorum abluere. Lictores hæc
dio dicentem & spiritu exultantem duabus
datum catenis carceribus apud Acepsimam
serunt.

S. Ioseph virgis asperrimis cæditus.

Illo autem hoc modo abducto iudex ad
lam conuersus: Tu verò, inquit, quid dicis
bisnè iussum regis? an etiã simili stultitia
tis furore ad supplicia rues? Respõdit Chr
tyr: Nunquam ego, mihi crede, eò furoris
tisque prorumpã vt in contemptum Crea
Solem hunc adorem. Neque tuas quicqua
suppliciaque timeo: sed eum timeo qui po
simul cum ipso corpore animam in tartar
mas præcipitare. Tunc Magus fera quauis
tior iubet sacras martyris manus poplitib
ri atque oblongum in medio vtriusque
lignum: deinde sex admodum viros rob

Æthale cõstans responsum.

Immane supplicium.

bus extremitates ligni conſcendere, vt factis de in-
duſtria ſaltibus fortiter premerent corpus, oſſaque
confringerent. Nec his contentus ſupplicijs virgas
mali Punici addi, ſperans fortiſſimum Chriſti ath-
etam ijs frangendum: qui tamen inter ipſa ſuppli-
cia tantum abeſt vt animum demitteret, vt etiam
tyrannum ipſum hac voce compellaret: Vt video
magnam tu, canum coruorumque inſtar, in deuo-
randis humanis corporibus voluptatē hauris: nul-
laque te ſatietas capit; quarè agè noua iterum ſup-
plicia excogita: nam, me quod attinet, præſentia
hæc ſanè nihili facio. Hac dicendi libertate vehe-
menter irritatus Magus lictores verbis ſuis tan-
quam ſtimulis quibuſdam ad multiplicanda ſup-
plicia hortatus eſt. Illi verò ne molles fragilesque
viderentur tanta crudelitate ſæuierunt vt diſſolu-
tis membrorum compagibus oſſisque confractis
sacras martyris carnes diſcerperent: ac fœdè lani-
tum in tetro carcere pro mortuo habitum relin-
querent.

Fortiſſimus Æithale animus.

Fœdè lacera tur Martyr ſanctus.

Quinque iam dies in carcere exegerāt cùm rur-
sus Magus ſcelere & furore horribilis martyres e-
duci iuſſit: quæſiuitq; an mutato conſilio Soli ſup-
plices fieri vellent. Sancti autem vno ore: Notum
tibi ſit, inquiūt, ô iudex, nos neque minis, neque tor-
mentis, neque donis, neque vllo denique modo ſa-
tum mutare cōſilium. Sed vnum verum ſempiter-
numque Deum colimus ac veneramur, proque eius
gloria vitam in ſupplicijs abijcere parati ſtamus.
His auditis Magus in rabiē verſus corpora eorum
triplici vinculo, axillas videlicet, lumbos & tibi-
as conſtringi: iniectoque vinculis ligno torqueri
vehementer iuſſit. Horrendum ſanè ſpectaculum
quod etiam circunſtantibus lachrymas excutiebat,

Vox egregia martyrum.

Noui eis adhibētur cruciatus.

fragorque ossium qui ad remotas etiam aures
tingebat multorũ gemitus & clamores excit
Et quidem tribus horis continuis supplicia
productum fuit tanta martyrũ constantia vi
tyrannũ de scelere ac impietate in Deũ argu

Defessus itaque iudex sublatos à lictori-
rùm carceris condemnauit; vltimo ipsis cum
proposito supplicio, si cibo potúve eos re
præsumerent. Et quidem Christi milites a
modùm tribus carceris illius squales, cibo p
destituti, pertulerunt nisi quòd à simul vin
quid alimenti idque furtim interdum acci

Triẽnio in carcere dirè affliguntur.

Deindè post acerbam diuturnamque carc
flictionem Sapores (is dicebatur Bithmad
stodia eductos ad supplicia protrahi iussi
bant martyres horrenda confecti macie vi
miles, colore exsangui cõditis introrsum oc
que specie vt cuncti pallore & macie perem
gentesque ceu monstrum quoddam aut tri
lacrum horrerent. Et quidem Ardasabor M
princeps pro tribunali sedens visos tali spec
tyres sic affatus est: Videtis in quantam ca
tum abyssum deueneritis adeò vt tabe om
hausti nobis etiam formidini sitis: quamob
bis cõsuluerim vt mihi optimè vobis volen
audientes sitis, finẽque his miserijs impon
minùs, restat vt rursus cum acrioribus mo
plicijs decertetis. Ad hæc Acepsimas: Non
hoc tibi propositum esse vt quauis ratione,
nis, siue blanditijs, nos in eandem pestem q
serum opprimit, impellas: sed mihi credi
potiùs subire supplicia parati sumus, quã p
mum scelus aliqua nos perfidia contamin
tyrannus: Video, inquit, quid sit, vos ex cel

Martyres iterum producuntur.

Acepsimæ præclarũ & constans responsum.

te sempiternam vobis quietem proponitis, sed ego non vno suppliciorum genere vos consumam. Cui sanctus & iam, inquit, audisti, & si vis iterum audire licet, nos nullam tormentorum tuorum rationē curare. Vre, sera dissipa, nos eius virtute, cui seruimus, confisi, tormenta sustinemus ac minimè dubiam de tua tyrannide victoriam consequemur.

Non tulit diutiùs tantam virtutem ira iudicis, sed protinùs crudis neruis Acepsimam concidi iussit, tanta crudelitate, vt auulsa planè ab ossibus carne martyr concideret, sublatisque in cælum oculis impollutum Deo spiritum traderet. Flagellatur horrendè. Reddit spiritum.

Eo consumpto adductus fuit Ioseph pari constantia ac fortitudine vir, qui similiter extensus ijsdem neruis fatigatus fuit precone clamante: Saluus esto, si regis parueris voluntati. Ille autem, Vnus est Deus, exclamabat, cui spreto impij regis iussu, parebimus. Itaque multis horis crudeliter verberatus, cum iam morti succubuisse putaretur, in forum carceris instar proiectus fuit: sed mox haustis spiritibus quibusdam reliquijs carceri mancipatus est. Itē Ioseph cæditur.

Post eum introductus AEithalas insigni sapientia vir. Cui iudex: Vita, inquit, & morte ante oculos tuos propositis gloriaque & ignominia, liberū est, alterum eorum eligere. Veruntamen te hortor atque oro ne eodem mentis furore, quo cæteri, in ruinem atque perniciem tuam ruas. Quid enim dementius quàm nullo operæ pretio iucundissima se luce priuare: & cæca mente ad supplicia ruere? cui respondit AEithalas: Meritò sanè me puderet cęli terræque, si, cùm cæteri mihi arctissimo amicitię ac religionis vinculo coniuncti, ætate prouecti, fortissimè decertauerint, ego qui sum ætate vegetiore, tormenta tua extimescerē. Non per Christi mei mor- Insignis profecto Æithalæ fortitudo.

tem adeò ero fluxæ & interituræ huius vitæ c
dus. Non pro ijs, quæ sub adspectum cadunt, h
non pro rebus asperis pietatem prodam. Non
to dedecore Christianæ religionis dignitate
quam afficiam.

Cæditur Æithalas.

His vehementius ira iudicis inflammata, f
expediri iussit. Sed ijs nihil motus athleta a
cuncta animo excepit prorsùs vt iudex obst
ret, atque ad blanditias conuersus ægrè ad
tantam virtutem deleri pateretur. At mar
neribus toto corpore concisus, cùm nudatis
carnes suas cum sanguine copioso in terra
entes cerneret: ô sordide, inquit, & ignau
putasnè hisce me supplicijs frangendum? P
his ipsis mentis tuæ imbecillitatem satis su
declarasti, qui terriculamentis abiectarum
rum fortissimorum Christi militum robu
gere te posse sperabas. Iudex his auditis ob
planè, & accersito quodam è prima nobili
Adesche nomen erat, oriundus ex ciuitate
Hos, inquit, tu accipe, Christianorum man
pidibus obruendos. Neque enim gladio in
maduertere volui vt tu in eis cruciandis
solertiæ tuæ laudem consequereris.

Vide admirādum spectaculum.

Tunc Adesche martyres iumentis impo
bel transuexit, vbi primùm omnes in tete
sanè carcerem compegit. Erant omni sol
mano destituti adeoque fœdê lacerati at
fracti vt putrefactis sanie vulneribus nè s
dem manuum beneficio succurrere possent
interim alijs opem ferre enixè cupientibus
dabatur. Hæc vt ad aures piæ cuiusdam
peruenerunt, illa intempestę noctis silenti
cerem venit: & delinitis ingenti pecuniæ

Egregium facinus piè mulieris.

dibus, martyres domum ſuam ſeruorum manibus portari iuſſit. Ibi verò ſaniem abſtergere, lenibus medicamentis doloris vehementiam ſedare, linteolis vulnera alligare, vnguentis preciosis vngere, membra ſumma cum reuerentia exoſculari diſtillantem ex ijs ſaniem excipere, eaque ſeipſam inungere, lachrymas fundere, omnibusque modis pietatis ſuæ indicia declarare.

Tandem vbi Ioſeph his fotus medicamentis ad ſe redijſſet: O te beatam, inquit, mulierem, tua in nos miſericordia & Deo, & nobis, qui pro eius nomine decertamus eſt quidem gratiſſima, ſed immodico lachrymarum imbre nos proſequi, multùm eſt à vera & certa Chriſtianorum fide remotum. Cui pia matrona: Eſt quidem mihi animus incredibili gaudio repletus quòd videam vos cęleſti virtute munitos tantam dolorum acerbitatem magno animo ferre: ſed quis lachrymas tenere valeat niſi plane omnem humanitatem abiecerit? Tum Ioſeph: Non oportet te dolore affici propter nos, cùm certò ſcias has afflictiones æternam nobis lætitiam parituras. Inter hæc aliaque illuceſcente die, rursùs latenter carceri martyres reſtituti ſunt.

Sex admodum menſes euoluti erant cùm Adeſche in ordinem redacto, Zereth quidam mente longè crudelior in dignitate ei ſucceſſit. Hic die quodam Ignem in fano ſuo adoraturus martyres adduci iuſſit, eosque hunc ferè in modum allocutus eſt: Cùm rex Sapores potenti virtute ſua munitas ſæpè vrbes ſtrauerit, & innumerabiles hoſtium acies ſuperauerit & in fugam conuerterit, gentesque plurimas in ſeruitutem redegerit, ecquid eſt quòd vos tanta animi pertinacia iuſſa

Zereth iudex Adeſche ſuccedit.

Verba eius ad martyres

Ioseph respondet.

eius despicitis? Ad hæc Ioseph: Si tyrannidem quit, vel rebellionem aliquam aduersus Regem strum nouissemus, oporteret omninò ipsum armis & coacto exercitu vindictam de nobis tere: nunc verò cùm nullius sceleris conuinc quid est quòd tãta in nos crudelitate desæuiat si victoriam sibi de nobis aliquam pollicetur alios in nos mittat, nam te quod attinet vide tiùs cum fœminis in thalamis degentibus, qu viris decertare posse.

Hac contumelia vehementer irritatus I Itánè inquit, studes me contumelijs ad celer mortem inferendam prouocare? at ego non multis varijsque tormentis longo te tempo carnificatum consumam. Et statim vt aliq dicta exulceratum cõtumelia animum sana sit vinctum è summis pedibus, exiccatis bou uis cædi, tãta immanitate vt populus ad lach prouocatus sublato clamore iudicem tyrann cusaret. Intereà quidam ex Magis secretò a tyrem accedentes, in aurem susurrabant, vt l to ad tempus sacrificio Præsidis iram sopire ab istis supplicijs eriperet. At martyr alta vo scedite, inquit, à me qui operamini iniquitat niam exaudiuit Dominus deprecationem m

Iterùm crudelissimè cæditur Ioseph.

O diaboli fallaciam.

Deindè postquàm horis tribus egregia f dine supplicia superasset, iubet eum iudex l vinculis suo tribunali sisti. Ibi rursus post b & minas frustrà prolatas carceri eum mand Intereà cùm satis superque admirandam v stantiam mirari non posset, & oculos in bea thalam conijceret nouo furore percitus: Et quit, adhuc in eadem demẽtia perseueras? R dit veritatis preco: Viuit Dominus Iesus C

spes mea vnica cui à iuuentute deseruio, nunquam adeò demens ero vt dijs vestris, rebus ab ipso creatis, honorem tribuã. Hoc responso exagitatus Præses iussit sanctum talis in ligno suspẽsis flagris concidi: sed eo magna animi libertate Christum prædicante, & impijs scelerati iudicis conatibus insultante, Zeroth ingemuit, ac nè maiori cum nominis sui ignominia dedecoreque contra martyrem diutiùs certaret eum laxari imperauit. Erat quidã Manichæorum sectæ cultor strenuus, & prauæ hæreseos defensor peruersus vinculis simul cum sanctis constrictus. Hunc iudex minis pariter ac blanditijs aggressus coegit, vt præsente martyre nefariæ religionis superstitionem abiuraret: ille verò primùm acriter restitit, ac nè plagas quidem recusauit. Sed cum violentiùs verbera intentarent, victus à doloribus succubuit, prauumque Manetis dogma abiecit; illatamque statim formicam cõtra Manetis leges interfecit. Tunc iudex quasi iam debellatũ foret, ingentis lætitiæ voces attollere cœpit. At sanctus Æithalas in risum solutus & Præsidem & Manichæum subsannabat: hunc quidem quòd scelerata Manetis dogma cum fidei Christianæ puritate contulisset: illum verò quòd perfidum hominem supplicijs se superasse inani lætitia exultaret. Vndè maiori furore repletus iudex spinosis mali Persicæ virgis Sanctum laniari iussit totoque corpore sauciatum carceribus includi.

Æithalas denuò flagellatur.

Manichæus hæreticus deficit in tormẽtis à suo Manete.

Eo tempore venit in vicum illum Saborius Præses primarius qui facilem sibi de Sanctorum constantia victoriam pollicebatur. Itaque post, blanditias frustrà allatas flagris eos concidi iussit tanta lætitia vt cuncti, qui astabant, misericordia moti, tyrannidem Præsidis execrarentur. Sancti verò in

Rursùs cæduntur Sancti.

ſupplicijs exultantes Præſidem vltrò etiam prou-
cabãt ſegnitiemque improperantes lęti mortis in-
tentiam expectabant. Intereà iudicibus de mor-
genere conſultantibus & ingentem Chriſtianor
multitudinem, qui lapidum imbre eos obruen
cõgregantibus, ſanctus Ioſeph, qui in Prętorio
ſiſtebat, annuit iudici tanquàm ſecretum aliq
dicturus. Illo autem propiùs accedente marty
inquit, hominum omniũ quos Sol videt impu
tiſſime, quouſque in communem hanc naturam
ſæuies? Non te tuę crudelitatis aliquandò pud
Iterumnè corpus hoc tot mortis ſupplicijs af
quæſtionibus ſubijcere paras? Hæc dicens ſali
in execrandum eius vultum coniecit ſimulque
lorum conſpectum ab eo per contemptum am
Ille autem quamuis incredibili vindictæ cupi
te flagraret ab alijs tamen propter inſitam cu
litatem ea contumelia dignus habitus ſimul
mirandum in modum irriſus ac probris af
conticuit ſuamque ad cathedram pudore af
redijt.

Vide S.Ioſeph in impium iudicẽ facinus.

Poſt hęc Sanctum manibus poſt terga reuin
pube tenus arenis defodiunt, iubentque circum
tes Chriſtianos virum inclytum lapidibus ob
re. Aderat inter alios Iſdandul inſigni pietate
ligione fœmina, quæ ad nefarium facinus pa
dum adacta viriliter reſtitit ac libera voce e
mauit, ſe potiùs mille mortis genera ſubire
tam quàm cæde ſanctorum fœmineas man
entare. Itaque carnifices eiaculato in marty
lapidum imbre, Chriſtum inuocantem & a
triam cæleſtem votis precibusque ſpirantem
ruerunt.

S.Iſdandul fœmina virilis & egregiè pia.

S.Ioſeph lapidibus obrutus abit è vita.

Corpus capite tenus lapidum congerie te

adhibitis custodibus, seruabatur, cùm eccè post triduum custodibus in vigilia perseuerantibus terribilis repentè terræmotus exoritur: indè horrenda cum crebris fulgetris tonitrua cunctos in fugã conuerterunt ac tandem ignis de cælo missus fugientes pauidè custodes corripuit ac in cineres redegit. Neque tamen eo miraculo tyrannis extincta: sed, tempestate sedata, venerandus AEithalas animos furore ebrios sua insuper morte explere debuit. Adductus igitur in vicum, qui Patrias dicitur, eodem supplicij genere præclarã martyrij coronam mense Iunio adeptus est. Corpus fuit à monachis locum illum incolentibus summo cum honore sed magno cum periculo in sepulcrum illatum. Locus autem in quo vltimum certamen martyr confecit multis fuit miraculis, Christi potentia & martyrigloria dignis, illustratus. Illic enim enata quædam myrti planta omnia morborum genera depulit: quæ postquam annis quinque martyris gloriam mirabiliter illustrasset, inuidia tandem inimicorum sublata est, nè falsa eorum numina quasi omnis virtutis expertia in contemptum abirent.

Vltio diuina in impios.

Item S. Æithalas.

Nota rem miram.

Per id temporis Milles vir militari gloria apud Persas inprimis insignis martyrio occubuit. Hic relicta militia, cùm vitæ genus planè Apostolicum excolere cœpisset, ad episcopalem cathedram in Perside euectus fuit: vbi pro fidei nostræ defensione multos sæpenumero cruciatus verbera etiam ac membrorum distractiones perpessus est. Cumq; in qua ciuitate munere episcopali fungebatur, neminem ad Christi sacra conuertere posset, ea per iustam indignationẽ relicta abijt. Nec impunè duræ

De S. Mille Episcopo quem Latina Martyrologia Melisium vocant.

cerui-

ceruicis homines salutaria viri iusti monita co-
tempsêre. Nam non longo post tempore rex del
ctis primariorum quorundam prouocatus, inge
tem ad vrbem exercitum trecentis cum elephan
admouit eamque in cineres redactam agrorum
star agricolis excolendam reliquit.

Milles abit Hierosolymam.

Milles verò misso in peram solo codice Euang
lico Hierosolymam religionis ergò se contulit:
deque in AEgyptum sanctorum monachorum
bitatione celebrem concessit. Quę autem quam
admirabilia, & quàm diuina ab isto Mille edit
erint facinora, testes sunt Syri, qui eius res gesta
vitam literis prodiderunt. Quo autem genere
ciamentorum martyrio defunctus sit incertum
quod sanè nequaquàm mirum videri debet: qu
pè cùm tam varij (vt inquit Sozomenus è quo
desumpsimus) cruciandi modi à Persis tamq
studio ad crudelitatem inuenti fuerint. Verùm
summatim dicam, fertur, viros ac mulieres, q
rum nomina recensebantur, martyrium id tem
ris pertulisse ad numerum sedecim milliũ: at m
titudinem eorum qui præter hos trucidati sun
numero quidem comprehendi posse: & propt
perdifficile visum esse Persis, Syris & incolis Ba
sæ, qui multùm de hac re laborabant, illorum
mina percensere.

Innumeri martyres sub Sapore rege Persarum.

*VITA S. THEODORI SICAEORVM A
chimandritæ miraculis clari. ex ea quæ est prod
Georgio presbytero eius discipulo conscripta. Mig
uit ex hac vita anno Domini 613. Heraclij Impe
toris anno tertio.*

22. Aprilis. Siceon oppidum.

EST oppidum in Galatarum regione, quod S
on appellatur, Anastasiopoli primi Ancyrani

principatûs subiectum. In huius oppidi medio est publica regij cursûs via insigni diuersio celebris, vbi puella Maria nomine forma admodùm liberali, cum matre Elpidia & sorore Despenia quęstum faciebat. Accidit autem, vt, imperãte Iustiniano, Cosmas quidam equestri gloria clarus, cùm ad eas partes iudex mitteretur & in illud diuersorium deflecteret, perspecta Mariæ pulchritudine amore illius caperetur adeò vehementi, vt nisi amplexibus eius potiretur ab ea auelli non posset. Itaque Maria ex eo grauida facta, vidit nocte secũdum quietem stellam mirabili fulgore splendentem suum è cælo in vterum descendentem. Vndè experrecta ingenti timore perfusa Cosmę visum narrauit: qui rei nouitate secum diligẽter expensa, mulierem ad omnem virtutem ac præcipuè castitatem hortatus est haud dubiè præsagiens eam eximiæ sanctitatis fructum concepisse.

Parentes S. Theodori.

Somniũ matris S. Theodori.

Expleto igitur partûs tempore puerum eleganti forma enixus est, cui in sacro fonte Theodoro nomen imposuit. Cùm autem sextum ętatis ageret annum mater, vt in regia ciuitate ad militiã educaretur multùm laborauit, puerumq; preciosis ornatũ vestibus, & aurea zona, de more aulico, præcinctũ, alijsque rebus ad luxum & superbiam diligẽter instructũ, ad regiam deducere cogitabat. Verùm qua nocte in viã se dare statuerat, egregius Christi martyr Georgius apparuit, eamque ab ea mente reuocauit dicẽs: Quodnam est hoc tuum de puero consilium? Missam fac inanem istam gloriæ solicitudinem. Rex enim, qui cælo terræque dominatur, ipsum sibi puerum requirit. Hoc somno mulier vehementer turbata, totã se luctui lachrymisq; dedit, credens puerum breui ex hac vita à Deo euocandũ.

Nascitur Theodorus.

Hære-

Hærebat itaque animo inter ſpem & metum a-
nis admodum duobus cui potiſſimum vitæ gene-
filium tradere vellet. Tandem perſpecta ingenij
licitate ac indole optima literis eum magiſtro
dam imbuendum tradidit: in quibus tam admi-
biles progreſſus fecit vt cunctos coætaneos mul-
paraſangis ſuperaret. Erat in ædibus maternis
phanus quidam inſigni pietate ac caſtitate vir,
principes viros hoſpitio excipiebat & in ſum-
ciborum apparatu ac vitæ licentia Quadrage-
diebus ſolo pane & aqua vitam ſuſtentabat: cu-
verò laboris & induſtriæ ſuæ premia eccleſiæ
pendebat: optimamque temporis partem pre-
alijsque pijs operibus tribuebat. Puer autem
viri huius eximia virtute, diuino inflamatus a-
re, vitam eius æmulari, ac ſumma contentione
ſtigijs eius inſiſtere cœpit. Itaque ad veſperam
in ludo literario ieiunus perſiſtebat: veſperi
cum Stephano ad preces Deo nuncupadas Eccle-
frequentabat. Nec poterat vllis minis vel verbe-
pium filium ab hac conſuetudine mater reuo-
prorsùs vt initam abſtinentiæ rationem mordic-
uaret, potiusque verbera q̃ carnis delicias adam-

Traditur literis.

Pecè quomodo puer adhuc imitatur virtutes ſenioris.

Erat in monte ſcholis vicino mons aſper e-
templo D. Georgio ſacro viſendus. Hunc puer
tionis gratia frequentare ſolitus erat. Mater
cùm ægrè id ferret, præcipuè quòd antelucana
ras præueniret, clanculumque ſe è lectulo
eriperet, puerum minacibus primùm verbis
facto prohibuit, deindè verberibus etiam coegi-
poſtremò verba pariter ac verba, Chriſti
ſpernentem vinculis ad lecticæ calcem alli-
Sed nocte illa ſanctus martyr Georgius, cu-
mina pius puer frequentare cupiebat, ſtricto
di-

S. Georgius apparet matri S. Theodori.

dio minabundus matri apparuit: mortem ni soluerit puerum, se illaturum affirmans. Vndè à somno excitata mater puerum inclamauit, solutũque quò vellet liberum abire permisit. Puero autem ad templum magno cum gaudio & alacritate tendenti infestus frequẽter dæmon occurrebat, qui multis dolis ac terriculamentis à pio opere pium puerum reuocare nitebatur. Aliquandò enim luporum aliarumq; ferarum assumpta specie tanquã deuoratum minabatur, quem Christi martyr protinùs in fugam vertebat: seq; pio puero itineris deindè comitem præbebat. Quæ res tanto animum eius gaudio perfundebat vt exultabundus multa de comitis sui benignitate, elegantia ac humanitate narraret.

S Georgius tutelaris S. Theodori.

Iamque duodecim ætatis annum attigerat, cùm die quodam martyris Gemelli templũ domui suæ propinquum ingressus in vota precesque incũbere cœpit: tanto animi ardore vt totam in eo noctẽ exigeret. eccè autem visus sibi, Regi maxima militum cuncto caterua astare, huiusmodi ab eo vocẽ audiuit: Strenuè pugna Theodore, vt perfectã in cælesti militia coronam cõsequaris. His auditis somno solutus multò cœpit ardẽtiùs omnibus pietatis operibus incumbere, adeò vt relicta humana consuetudine, à primo Epiphanię die, ad eam vsq; quæ Christo Domino palmarum ramis sacra est, in angusta cellula Deo vacaret, eiusque gratiam multiplicatis precibus enixè exposceret. Duabus verò Quadragesimæ hebdomadibus, prima nimirùm & media, nemini prorsùs sui facultatem faciebat.

Nota pueri solitudinẽ & orationis instantiam.

Cęterùm pius puer vt hymnis & cãticis Dei laudes in ecclesia cum cæteris celebrare posset, summa contentione Dauidicos psalmos ediscere institit. Cumq; nullo modo quod cupiebat, assequeretur humi

prostra-

Totum Psalterium edi-scit.

prostratus multis precibus ac lachrymis diuin
instãter opem implorauit facilique memoria p
cis admodùm diebus totum Psalterium compl
est. Hinc nouo erga Deum amore inflammatus
clesias visitare, noctes diesque in precibus exig
diuina mysteria cum incredibili gaudio perci
pauperibus benignam manum porrigere, ac p
mò cultum diuinum cùm verbo tum exemplo
mouere.

Erat ijs temporibus insigni pietate vir Gly
nomine, in loco qui Trapezas dicitur, ad quem
odorus puer, audita fama sanctitatis eius, com
uit vt benedictionis gratia potiretur. Hunc v
ctus conspicatus, cùm protinùs florentem i
diuinitùs virtutẽ agnosceret, hilari eum vul
scepit. Erat ingens eodem tempore terræ ste
ita vt humus nimia siccitate laborans cunctis
talibus diram famem minitaretur. Itaque Gl
us assumpto secum puero ad fores templi D
ni Baptistæ sacri abijt, puerumque monuit vt
secum in terra genibus salutiferũ precibus s
brem à Deo impetraret. Paruit continuò p

Precibus imbrem à Deo impetrat.

peractis cum insita pietate precibus cęlum n
repentè obductum ingentem pluuiæ vim in
effudit ac imminentem calamitatem magn
gaudio pariter atque admiratione depulit.

Iam verò ætatis suæ quartodecimo reli
gnatione spretis opibus ac diuitijs, abijt ad
quendam octo passuũ millibus à domo sua
tem qui Dianæ multisque dæmonibus sacer
adeòque hominibus infestus vt nemo nisi ce
mortis periculo eò accedere posset. Hunc
(Aream eum appellabant) puer ingressus p
ac ieiunijs multisque corporis afflictionibus

monum insidijs expurgare cœpit. Stabat in aquis gelidis Dauidicos continuò psalmos è pio pectore depromens, contra dęmonum insultus viriliter decertans, adeò vt cuncti sublatis in cælum manibus admirandam pueri virtutem prædicarent, ipseque Theodosius Anastasiopolis antistes dignis eum laudibus extolleret.

Stat diu in aqua gelida, & cõtra dæmonis infestationes certat.

Hinc cùm iam in ore omnium fama sanctitatis eius vagaretur, homo quidam vnicum suum filium dæmonio obsessum ad eum detulit, atque humiliter curandum tradidit. At puer istarum rerum adhuc rudis se excusabat, & ab homine, quidnam fieri vellet, quæsiuit. Cui pater, tradito protinùs flagello, dixit: Percute immundum spiritum, minisque filio, impera vt malignus eum deserat. Theodorus puerili ductus simplicitate fecit vt edoctus erat, sed toto biduo minitando & flagellando proficit nihil: nisi quod immundus cachinnos ederet, rerumque subsannaret. Tertio autem die instante vrgente Theodoro commotus dæmon vociferare cœpit: Exeo, puer, exeo, nec ampliùs resisto. Da mihi horã. Illo autem ad altare ascendente, & precibus ardenti pietate fusis diuinã opem imploranti, dæmon horribiles cũ miserando eiulatu clamores edidit: O magna vis Nazaræi, qui suo in terras ventu homines tanta in nos virtute armauit. Et nec sorti filio eijciendi nos potestatem contulit. Ei mihi misero, à quo puero expellor? Neque enim gratiam cælitùs illi concessam ferre possum. Magna naturæ nostræ ab hoc meretricis filio calamitas imminet. Execranda dies, in qua genitus es. Calliaque multa illo dicẽte, puer Theodorus obsisi caput oleo inunxit, signoque crucis adhibito manentem eiulantemque dæmonem eiecit: magnam-

Expellit dæmonẽ oleo & crucis signo.

gnamque nominis celebritatē eo facto acqui-
At puer diuino excitatus spiritu, popu-
sum declinauit, fugaque in desertum ad exem-
præcursoris salutem quæsiuit. Conscenso
celso admodùm monte, petram ad se tegēdum
neam intuitus, amplam sibi spelūcam suffo-
structoque aditu, biennio in ea latitauit, m
cæteris cognatis acerbè eum tāquàm mort
gentibus. Credebant enim vel à militibus
aut certè à feris laniatum: nam solo quod
cono conscio id vitæ genus elegerat, qui
paululum cibi ex oleribus, & aquæ pusill
speram subministrabat. Cùm autem exact
ennio mulieres propinquæ Diaconum fre
ad montem commeantem cernerent, susp
quod erat, eum cum iureiurando obtestan
quidquid de puero sciret, panderet. Ille
iureiurādo coactus, tum multò magis asp
ri vitæ instituto commotus, rem totam in
protulit: locūque, vbi morabatur, indicu
ingenti lętitia perfusæ eò conuolant, puer
cie ac squalore cōfectum, fœtore etiā ac
scatentem reperiunt. Credebant se altera
sterquilinio sedentem videre. Nec mora,
planè ac reluctātem domū primùm, inde
iam moriturū ad S. Georgij oratoriū abri
rabat sanè acerbè mater, cæteræq; mulier
tatem eius deflebāt, cùm Theodosius Ana
episcopus egregia pietate ac religione ad
cōspecto capitis eius vlcere, cōtremu
data benignè admodùm salutatione, lect
rauit. Intereà magno cum labore ablutis
lineis vlcera eius pannis absterserūt: & co
pitis totonderunt. Postridiè verò antiqui

Latitat in spelunca biennio.

Tandem innotescit vbi nam sit.

Initiatur sacris.

sius eum Subdiaconum, Diaconũ & Presbyterũ instituit: ac sacra benedictione munitũ à se dimisit.

Agebat tunc Christi seruus annum octauumdecimum quo contra Canones solo sanctitatis suæ testimonio ad presbyterij gradũ euectus fuit: quem tamen ita cõscendit vt planè de sua virtute diffisus totus ex gratia Dei penderet, eumque perpetuò ex sacra Euangelij lectione suspiraret. Hinc incredibili cupiditate, sacra loca visendi incensus Hierosolymam adijt, vbi in singulis locis maxima animi pietate votis precibusque solutis tãdem ad Dei genitricis templum, quod Churoba vocatur, Iordani propinquum peruenit: ibi salutato Archimãdrita ac Patribus cum eo degẽtibus monasticæ religionis habitum suscepit, expletaq; annuæ celebritatis lætitia, e monasterio in Galatiam ad patriam suam reuersus est: sanctiq; Georgij oratorium repetijt, in quo vigilijs, precibus ac ieiunijs die noctequè dignam Deo seruitutem exhibebat.

Raro exemplo nec temerè imitãdo fuit presbyter annos natus 18

It Hierosolymam.

Accipit habitum monasticum.

Interea fama virtutũ & sanctitatis eius quidam in Paninorum oppido oriũdus in studium pietatis scriter qui benignè acceptus, ac monastico habitu donatus tãta breui virtute claruit, vt etiã dæmones magistri sui exẽplo ab obsessis corporibus fugaret. Interea mulier periculo vteri laborãs, cũ Theodori precib⁹ liberata esset filiũ suũ, egregia probitate adolescentẽ, ei vitæ eiusdẽ institutis erudiendũ obtulit. Theodor⁹ verò, cõstructa sibi ad corporis quãtacẽ cellula, duris pœnitẽtiæ laborib⁹ corpusculũ fugebat, ac ferrea quadã decem & octo librarũ loca domabat; oẽsq; cupiditates, q̃ solito vehemẽti⁹ simul cũ ætate crescebant, constãter elidebat. Gestabat, monitoris loco, asperũ quoddã vinculũ, aliaq; suis ipse pedib⁹ iniecerat, q̃ ad tumulũ vsq; reti-

Ferrea lorica domat corpus.

nere constituit. Tanta verò erat parcimonia vt à diebus Christi natalitijs sacris ad Roman festiuitatem solis oleribus, nullo pane, idq; batho solùm & die Dominica victitaret.

Mira victûs parcimonia

Porrò labores aliasq; corporis afflictione hyemali potissimùm tempore sustinebat q admiretur? Indixerat sibi legem vt à galli vesperam vsque in rerum diuinarum conte one immobilis persisteret, neque vllo mo uis aeris iniuria vel corporis afflictione hanc legem violare volebat. Hinc sæuien maximaque niuis vi in domicilium (tecto carebat) decidente tanto interdùm corpu contractum fuit vt pedes glacie concreto tepida perfusa loco, cui affixi hęrebant, mo tuerit. Hæ autem molestiæ tantùm abest v liquādò mouerent, vt eas diuini amoris d ne sentiret quidem: adeò vt vno semper e vultu læta pariter ac tristia perferret. Hi nes non modo varijs calamitatibus oppre ræ etiam ad eum conuolabant, & incredib suetudine cum ipso versabantur. Inter q quædā toto triennio eius beneficio victita bus se mansuetam exhibebat.

Nota vitæ duritiem.

Ferę ei familiares.

Accessit quandoque vir quidam horre corpore lepra deformatus supplicibus ab bus sanitatem postulans. Vir sanctus nihil eum vestibus exutum ante se consistere iu bitaque certa precationis formula aqua b corpus tinxit signatūque Crucis figura fa nè & incolumem à se dimisit. Eodem mo pressus presbyter quidam, Colluras nom cæ illius beneficio, quam induerat, sanatus insuper egregia sanctitatis suæ beneficia

Leprosum sanat.

cum confluentibus largiebatur: ac præcipuè infensos infestosque hominibus demones magna virtute conterebat. Solo namque verbo aut morbos & languores curabat, aut immundos spiritus ex corporibus humanis expellebat.

Dæmones solo verbo pellit.

Quibus multi cõmoti miraculis monasticæ vitę institutum arripiebãt, eiusque disciplinam magno cum gaudio amplectebantur. Hinc nouum monasterium ędificari cœptum non minùs maximarum virtutum splendore, quàm incolarum multitudine celeberrimum. Quo in opere versantibus sedulò monachis non pauca vir sanctus miracula edidit. Et quidem inter alia cùm miræ magnitudinis saxũ nullis viribus loco suo moueri posset, vir diuinus solo verbo ita cõmouit, vt ad illius imperium quocunque vellet se transferret. Currus aliquot viua calce onusti cùm in medio itinere ingentem imbrium vim non sine manifesto incendij periculo è cælo decidentem expectarent & aurigæ pauidi virum sanctum ad opem maturè ferendam compellarent, cuperẽtque iumenta à plaustris remouere ne simul ab ignis sæuitia, quòd futurũ metuebant, cum plaustris absumerentur, vir sanctus id fieri prohibens sublatis in cælum manibus statim nubes ità duas in partes discidit, vt imbribus magnis vtrinque defluentibus, ne gutta quidem in currus decideret.

Nouum exstruit monasterium.

Miracula eius duo precipua.

Vix templi ædificatio ad iustã altitudinem peruenerat, cùm defuncto Timotheo Anastosiopolis episcopo ad id honoris culmen inuitus planè & reluctans euectus est. Nam ciues pariter & clerici ciuitatis, pia quadam vi illata, è monasterio protractum in lecticam coniecerunt, ac summo cum honore nec minori gaudio in sede collocarunt: quam tot tantisque virtutibus adornauit vt nouus qui-

Inuitus planè rapitur ad Episcopatum.

dam pietatis ac iustitiæ sol exortus videretur.

Ex tertiò Hierosolymā.

Stimulabat vehementer eius animum cupi-
tertiò iam loco sacra visendi; quò vt peruen-
credibili amore solitudinis captus statuit, re-
cathedra, diuinis ibidem rebus ab omni hu-
consortio segregatus sedulò vacare: sed no-
visione à Gregorio martyre increpitus pa-
sacri muneris functionem remeare coactus
tum miracula quæ eius absentia consenui-
bantur protinùs renouata sunt. Vndecim-
annum in ea dignitate eximia cùm laude ex-
cùm rursus solitariæ vitæ desiderio infla-
importunè opportuneque episcopales à se h-
remouere conatus est: ac tandem voti com-
ctus rursùs se totum in humili fratrum o-
diuinis laudibus nocte dieque celebrandis
crauit. Ibi verò tot tantisque virtutibus in-
gis magisque clarescere cœpit, vt etiam pri-
sanctitati quamuis eximiæ obscuritatem qu-
adferre videretur. Vndè sanè nec pauca qui-
multis attingere constitui, nam omnia in il-
ma sunt: vnumque ita cum altero, virtute
stantia certat vt haud obscurè virum eum p-
uinum fuisse testentur: dignumque qui sem-
ab omnibus memoria celebretur, atque in-
mæ notæ Sanctos collocetur ad laudem & g-
Domini nostri Iesu Christi, cuius gratia to-
que virtutibus decoratus tertio Heraclij I-
toris anno solutis mortalitatis vinculis lęt-
cælorum conscendit.

Redire nolens ad suos increpatur à S. Georgio martyre.

Addicat se Episcopatu.

VITA ET MARTYRIVM S. GEORGII

Magnimartyris. ex ijs quæ apud Metaphrasten extant, & quæ Pasicrates eius seruus de eo scripsit.

23. Aprilis.

Diocletianus ad diuinos honores aspirat.

DIocletianus Romanorum Imperator vt primùm indignè sceptris potitus cuncta sibi ex animi sententia fluere vidit, magno eam in rem studio incubuit, vt diuinos sibi honores per summum scelus compararet, nomēque in omni seculorum æternitate ea opinione clarum conseruaret. Hinc magos vndique magnis præmijs exquirere, dijs suis & inprimis Apolloni tanquam futurarum rerum peritissimo, magnifica assiduaque sacrificia facere, non destitit vt qua potissimùm via modoq; eò pertingere posset, ediceret. Cumque diequodam falsum numen vehemētius fatigaret, nullumque omninò responsum daret, profani sacerdotes illius silentij causam in viros iustos ac pietatis studiosos retorserunt; constanter asserentes omnia apodum vaticinia falsa deprehendi, quòd viri iusti Apolloni Deo vim inferrēt, qua prepeditus conscera veritatis oracula reddere non posset. Hinc opinionis errore deceptus miser sopitum iam ante adversus Christianos bellū magno sanè furore excitauit: & in omnes prouincias edicta crudelitatis plena confestim misit. Videre tunc licebat carceres adulteris, sicarijs, flagitiosisque hominibus vacuos, omnes qui Christum Saluatorem fatebantur, plenos. Videre licebat vsitatis veteribusque cruciatuum generibus tanquàm leuioribus repudiatis, graviora quædā excogitari, quibus Christiani ad supplicia & necem exquirebantur.

Crudelitas immanis Diocletiani.

Georgij patria & natales.

Erat ijs tēporibus Romano in exercitu admirabili pietate ac fortitudine vir Georgius, in Cappadocia claris natalib⁹ è Christianis parētibus ortus.

Hic ante pubertatis annos, amisso egregio in p
tis certamine patre, è Cappadocia cũ matre
in Palestinam, vndè erat oriũda, commigrat
cùm propter generis nobilitatem tum propter
poris pulchritudinem viriumque præstãtiam
iam ad militiam maturus, militũ Tribunus
ratus est. Quo quidem in munere cùm se per
in bellicis certaminibus inuictum strenu
hibuisset, Comitis titulum à Diocletiano ac
meruit. Eo tempore cùm mater è vita disc
maioris cupidus dignitatis, ad ipsum Imp
rem profectus est.

Fit Tribunus militum.

Fit Comes.

Agebat tunc annum ætatis vigesimum, cù
in Christianum nomen immani tyrannide, t
ad salutem opportunum sedulò arripuit, op
ac diuitijs, quibus valdè etiam clarus erat, u
peres distributis, seruisque libertate donatis
ta mente ad certamen pro Christi gloria iube
comparauit. Tertius indicti ab ipso Diocl
Concilij dies agebatur, quo Senatus decre
uersus Christianæ fidei cultores aut comp
dum aut refellendum erat; cùm ecce Geor
lari facie ac mente tranquilla in medium Pr
consessum se dedit & ad hunc ferè modum
nem instituit: Quousque tandem ô Imper
Patres conscripti & Quirites, bonis vti legi
liti, furorem vestrum in Christianos aug
gesque aduersum illos iniquas sanctis &
nes summa pietate ac innocentia persequ
ad insanæ religionis superstitionem impie
dam compelletis? Hęc idola non sunt, dij n
inquam, dij. Nolite dæmonum fraude decip
stus solus Deus est, idemque solus Dominus
ria Patris. Per ipsum facta sunt omnia, &

Distribuit omnes opes in pauperes

Oratio S. Georgij ad Diocletianum Imperatorẽ & Senatum pro Christianis.

eius sancto omnia reguntur, conseruanturque. Aut igitur vos veram agnoscite religionem, aut certè illos, qui eam colunt, nolite dementia vestra perturbare.

His verbis attoniti & inopinata dicendi libertate perculsi, oculos ad Imperatorem omnes conuerterunt, audituri, quidnam is ad ea responderet. Imperator autem, tanquam perstrictis tonitru auribus stupenti similis conticuit, repressoque iracundiæ impetu, Magnentio cuidam ex consedentibus amico, qui secundas post Imperatorem tenebat, nutu, Georgio vt responderet, annuit. Is verò accersito ad se Georgio: Ecquis, inquit, tibi istius audaciæ & magnæ in loquēdo libertatis est auctor? Veritas, inquit, Georgius. Tum Consul subiecit: Quis est veritas? Respondit Georgius: Christus ipse, quem vos persequimini. Ergo tu quoque, inquit Magnentius, Christianus es? Ego seruus sum Christi mei, respondit Georgius: eoque confisus, in medio vestrum vltrò constiti, vt veritati testimonium exhiberem. His verbis populo concitato, & alijs alia dicentibus, incertus quidam rumor, in tanta multitudine excitari solitus, exaudiebatur.

Magnētius Consul ad Georgium.

Tunc Diocletianus silētio per precones indicto, cum defixis in sanctum iuuenem oculis sæui draconis instar, eum agnouisset sic allocutus est: Et olim nobilitatem tuam admiratus, atēque honore dignam existimans ad maiores te dignitatis gradus prouexi: & nunc quamuis ad perniciem dicēdi facultate abutaris, tamen quia prudentiam ac fortitudinem tuam diligo, tāquam benignus pater consulo hortorque ne spreta militari gloria, floridam ætatē cruciatibus subijcias, sed maiora potiùs, dijs per sacrificia placatis, à nobis præmia expectes. Ad

Imperator alloquitur Georgiū.

Georgius respondit Imperatori.

hęc sanctus Georgius respondit: Vtinam tu potiu
ô Imperator, verum Deum vero sacrificio placu
studeres atque immortalem gloriam appeteres. S
quidem qua nũc potiris fluxa est atque caduca, nu
lamq́ue vtilitatem eam sectantibus cõferre pote
Quamobrem me quod attinet, spreta quiuis mi
gloria ad eam aspiro quæ nunquàm excidit, neq
vllius iniuria aut vi eripi potest, eamq́ue propt
nullum cruciatuum genus reformido. Hæc alia
viro sancto loquente, Imperator totus ira perc
sermonem eius interrupit, ac satellitibus man
uit vt hastis è Concilio expulsum in carcerem c
ijcerent.

Detruditur in carcerem Georgius.

Imperata dicto citiùs peracta. Martyrem ig
in carcerem deductum humiq́ue prostratum c
pedibus vinciũt, ac immanis ponderis lapidem
cro eius pectori imponunt. Quæ vir sanctus, sin

Lapis pectori eius impositus.

ne Deo gratias agens, tulit patientissimè. Insequ
ti luce, rursus eum Imperator ad quæstionem
cauit. Cumq́ue lapidis pondere haud parùm
fatigatum cerneret: Resipuistine, inquit, Gr
an adhuc grauiora supplicia expectas? Cui Geo

Præclara martyris vox ad Imperatorem.

us: Adeonè, inquit, Imperator ignauum me e
se putas, vt paruo hoc ac planè puerili fractus
plicio pietatem proderem? Imò sanè tu prius
quendo quàm ego supplicia perferendo defa
bere, At ego, inquit Diocletianus, supplicijs ita
erilibus te afficiam, vt tibi celeriter vitam eri
Iubet igitur rotam aspectu sanè terribilem mo
nibus vndique præfixam adduci, eaq́ue alligat

Horribilis machina.

martyrem dilaniari. In eam iniectus machina
tyr primùm ardẽtibus votis precibusq́ue con
tiam à Christo precatus est, moxq́ue vi rotæ co

Discerpitur corpus martyris.

in frustra discerptum tanta immanitate, vt à

ſpectaculo oculos animosque cuncti auertere cogerentur. At martyr, oppreſſis nimio præ dolore ſenſibus, primùm inſtar mortui conquieuit, neque vllum vitæ indicium edidit, ita vt Imperator quaſi præclara de martyre victoria potitus exultaret, lætusq; ad Apollinis templum ſacrificaturus abiret. Vix pedem è loco certaminis extulerat, cùm repentè cęli horrēdo fragore excitato, vox ad aures martyris delata eſt: Eſto fortis Georgi, nam tua confeſſione alij ſimiliter ad fidem vocādi ſunt. Paulò autem pòſt reſtituta temperie, viſus aſtare rotæ immenſo ſplendore coruſcans Dei angelus qui extenta manui integræ eum ſanitati reſtituit animumq; ad alia ſubeundum certamina addidit. Angelus Dei ſanat martyrem.

Intereà carnifices ingēti pauore correpti vt martyrem, præter expectationem, incolumen cōſpexêre extemplò rem ad Imperatorē nefarijs ſacrificijs intentum detulêre. Qui viſo Georgio obſtupeſcens vix oculis proprijs fidem adhibebat: tacitusque ſecum admirās obmuteſcebat. Aſtabant viri duo prętoria dignitate inclyti, quorum vnus Anatolius, alter Protoleo, conſpecta rei nouitate ac planè mirabili ſtatim in has confeſſionis voces eruperunt: Vnus eſt Deus, magnus & verus Chriſtianorum. Hos confeſtim Imperator ira percitus capitis ſententiam, indicta cauſa, ſubire iuſſit. Sed & ipſa Imperatrix Alexandra veritatis lumine Dei beneficio illuſtrata intrepidè Chriſtum confeſſa eſt, quam Magnentius ſtatim abduxit, & ne ad aures Imperatoris confeſſio eius manaret, domum ſecum abripuit. Diocletianus autem maxima rabie agitatus, vinctum Chriſti martyrem in foueam calcariam præcipitem dari iuſſit, ibidemque in diem tertium omni auxilio deſtitutum aſſeruari. Duo Prætores palàm Chriſtum confitētur. Itē Alexandra Imperatrix credit.

Exple-

Expleto autem die tertio Imperator, ne quid re-
quiarum ab eo extaret, rursus mandat suis vt ossa
quæ superessent, (nam certo certiùs martyrem e-
tinctũ credebat) calci profundiùs defoderent, sem-
piternaque obliuione cuncta sepelirent. Abiera-
ad imperium famuli magna populi sequente ca-
ua, eumque, quem planè calcis virtute cõsump-
credebant, mirabili splendore fulgentem viuum
incolumem repererunt. Quo spectaculo tantu-
nimorũ motus in plebe exortus est vt sublato
more vnum ac omnipotentem Christianorum
um collaudarent.

In calce manet incolumis.

Intereà militibus moras nectentibus rumo-
Diocletianum peruenit, qui stupore attonitus
virtutem magicis artibus scelerata mente assc-
re non est veritus. Hinc cùm animum in omnem
gitationem versaret, & martyrem qui virtute
búsve artibus res adeò admirandas faceret, inte-
garet, ac martyr Christi potentiam illi prædica-
ille, præstigijs tuis, præstigijs inquam, nos o-
ad stuporem adducis, exclamabat. Sed efficia-
cebat, vt experiundo tandem discas nihil adue-
potentiam nostram præstigias valere. His d-
ferreas iubet afferri crepidas, easque copioso
candentes in pedes ipsius indui. Tùm verò inst-
bus à tergo lictoribus ad carcerem propelli m-
rem fecit. Martyr autẽ quanquàm acerbissimis
ciatibus fatigaretur gradumque difficulter ad-
dùm inferre posset, secum tamen ipse exultans
Christi nomine instanter inuocato, supplicij
bitatem ferebat animumque his verbis sibi ip-
debat: Curre Georgi vt apprehẽdas: Sic enim
ris, vt non incassum.

Ardẽtes ferreæ crepidæ pedib⁹ eius adhibentur.

Tandem in carcerem retrusus die illo ac

in gratiarum actione alacri mente perstitit, Deiq; stupendo beneficio iterum pristinam sanitatem recepit. Postridiè Imperatoris mãdato totiusque Senatus auctoritate accitus, sanus non modò sed maiore etiam quàm ante corporis animique pulchritudine decorus venit: ità vt Imperator stupore oppressus vix fari posset. Tandem cum admiratione in vocem prorumpens ait: Georgi, si tibi tuæque saluti rectè consultum velis omissis præstigijs magicisque artibus dijs sacrifica: alioquin multis cruciatibus affectus dulci hac vita spoliaberis. Cui martyr: Quanta, inquit, est ista vestra dementia, qui Dei mei potentiæ præstigiarum nomen impiè imponitis, eiusque præsidia magicis artibus comparantes, ludricas dęmonum, qui à vobis coluntur, fallacias tam impudenter iactatis. Acri voce trucique aspectu Diocletianus martyris orationem interpellans, adstantibus imperauit, vt os eius cæderent: Sic, inquiens, doceatur, Imperatores non esse contumelijs afficiendos. Deindè iussit, vt neruis bubulis tamdiù vapularet, quoad nudatis vndique ossibus animo viribusque deficeret.

Retruditur in carcerem & sanatur diuinitùs.

Os eius cæditur.

Vapulat neruis bubulis.

Fuit continuò ad Imperatoris imperium flagellis in corpus martyris sæuitum: sed Christus Dominus, qui vires animumque ad aspera quęque fortiter ferenda suppeditabat, illũ concidere non modò non est passus, sed etiam nè serenitatem quidem vultus aliqua tristitiæ nube, obscurari: prorsùs vt Imperator admiratione plenus, cogitatione deficeret: nec vlteriùs, quod inferre vellet, inueniret. Tum Magnentius pari cum Imperatore admiratione detentus conuersus ad martyrem ait: Tu si neque præstigijs, neque magicis artibus, sed sola Christi Dei tui, vt asseris, virtute res adeò admirandas &

planè

planè stupendas geris, exhibe nobis clarius aliqu
illius potentiæ signum, vnumque ex his mortuis
tumulo reconditis ad vitam reuoca, vt sic demo
Christo tuo soli, veram diuinitatis gloriam tribu
mus. Ad hæc S. Georgius: Quanquam certo scia
vos, qui vinculis diaboli contricti ad ipsius volu
tatem captiui detinemini, neque hoc quidem fa
ad Christum Deum viuentē accessuros, tamen p
pter eam, quæ hic præsens est, populi multitudi
Dei mei benignitate confisus, vestris voluntati
non inuitus parebo: illiusque, qui cæli terræq
perio dominatur, potentiam declarabo. His d
vtrūque in terra genu cum intima pietate fixit
sisque ritè ad Deum precibus, mortuum, nō sine
genti terremotu, ex terræ visceribus ad vitam re
cauit. Hoc miraculo, dum cūctos stupor inuāde
maxima populi multitudo iteratis, ingēti cum
more, vocibus Christi gloriam collaudauit. Im
rator verò amētia & furore magis repletus exec
biles in Christi ac Georgij nomē blasphemias
mebat, iterumque tetro eum carcere conclusit.
tereà cùm alij atque alij, custodibus pecuniarum
facilè corruptis, ad eum ventitarent, plurimi
teribus delictis per eum expiati Christō no
dederunt: ac diuinis eius sermonibus miracul
in fidei constātia confirmati nulla pro Christi
ria certamina recusarunt.

Mortuum suscitat martyr sanctus.

Recluditur iterū in carcerem.

Inter quos Glycerius quidam, homo cùm
tum ingenio quidē rustico, sed fidei ac pietati
tute adeò eximia, vt spretis tyranni minis
cijsque, sanguinem pro Christi nomine fundere
dubitauerit. Hic enim cùm rem rustica exerc
atque, vt fieri interdum solet, alter ex bobus
laboribus fatigatus humi laberetur & iam

pirare videretur, Glycerius tanta calamitate sanè perturbatus, cùm multa de admiranda Georgij sanctitate audiuisset, ad carcerem contendit, supplexque à martyre malo suo remedium postulauit. At martyr viso illo subridens hoc tantum effatus est: Vade Christus Dominus meus bouem tuum ad vitã reuocauit. Ille autem verbis eius credulus abijt, inuentoque boue sano & incolumi contineri non potuit quin in has voces laudis & confessionis erumperet: Magnus est Deus Christianorum. Comprehensus igitur iussus est capitalem subire sentẽtiam quam lætus gaudensque extra vrbem excepit.

Glycerius credit & gladio cæditur.

At Imperator qui nocte interim dieq; varias in animo suo fraudes suppliciaque versabat, quibus sanctum martyrem à Christi confessione auelleret cum altera luce iterum ad quæstiones eum euocare statuisset, fertur Christus ipse martyri in carcere votis precibusque intento apparuisse animumq; ad reliqua certamina subeunda addidisse, coronamq; capiti imposuisse hortans vt etiã atque etiam videret ne quauis timiditate eadem se indignum redderet. Quo munere incredibili perfusus gaudio martyr inlequenti luce ad certamen euocatus prodijt. At quidem Imperator post multas, quibus martyris animum mira calliditate ac fraude pertentabat, blanditias, tandem ait: Si velles mihi tanquàm patri amantissimo obsequi, omnes istos, quos pertuli, cruciatus maximis honoribus compensarem. Tum Georgius: Si libet, ô Imperator templũ, deos visuri, ingrediamur. Hoc dicto Imperator gaudio exultans, tanquã victoria de martyris constãtia potiturus, cũ vniuerso Senatu populoq; templũ intrauit. Omnibus autẽ ingressis, indicto silẽtio, & sacrificio iam parato, martyr extẽsa manu ad Apollonis, statu-

Christus S. Georgio apparet & eũ confirmat.

Vide fallaciã dæmonis.

statuam: Ecquid, inquit, à me sacrificium postulas? Num diuinos vni soliq; Deo debitos expectas honores? Hæc dicens edito crucis signo dęmonē inhabitantē in voces verbaque huiusmodi cōpulit: Non ego, nec mei similiū quisquā Deus est. Vnus est Deus, quem tu prædicas. Nos autem in barathrū damnationis sempiternæ à Deo præcipitati, inuidiæ stimulis concitati, eandem in calamitatem miseriamque homines pertrahere nitimur. Tum Sanctus Quo pacto igitur hic manere, me veri Dei cultore præsente, audetis? Hoc dicto, ingenti cum sonitu fremituque statuæ ad vnam omnes humi prolapsi sunt. Tunc quidam immani furore in Sanctum concitati, constrictum repentè vinculis, multis plagis affecerunt.

Egregiè seipsum dæmon pudefacit.

Corruūt simulachra.

Sedato autem populi tumultu & Georgio coram Diocletiano adducto, eccè Imperatrix in medium procedens magna cum humilitate ac reuerētia pedibus se martyris prostrauit, Tyranni dementiam conspuens, deos maledictis lacerās, eorumque cultores detestans. Imperator autem ad eam: Quid tibi, inquit, accidit, ô Alexandra, quòd huic Magno incantatori impudenter adhærens, à dijs recesseris? Illa verò in Christi cōfessione Deiq; laudibus exultans ne respōsione quidem dignum eum reputauit.

Imperatrix palam suam fide testatur.

Igitur Diocletianus nimio furore ebrius vtrumque & Georgium & nobilissimam Imperatricem capitis damnauit. Nec mora, ij, quibus hoc mandatum erat, constrictum vtrumque vinculis nomine multis varijsque ludibrijs extra portas produxerunt. Illi vero alacri animo ad certamen proferantes viæ tædium pijs precibus alleuabant. Vt verò ad locum quendam ventum fuit, Imperatrix consisterēt petiuit. Illis autem facilè annuentibus

Sentētia in S. Georgiū & Alexandram.

Alex

Alexandra super vestem resedit, & capite in genua reclinato impollutum Deo spiritum tradidit. Huius rei causa martyr Christi maiori lætitia exultãs diuinam bonitatem precibus & hymnis & canticis celebrabat, donec ad locum, in quo coronãdus erat, peruenisset. Ibi verò fixis in terram genibus, oculisque cum insita pietate ad cælum sublatis, intrepide ceruicem feriendam præbuit, & repromissam a Deo iustitiæ coronam recepit.

Imperatrix reddit spiritum.

S. Georgius decollatur.

VITA ET MARTYRIVM S. ADALBERTI secundi Pragensis Episcopi, ex ea quæ fide optimè apud Surium inuenitur. Occubuit martyrio anno Domini 997.

23. Aprilis.

ADalbertus in Boëmia claris admodùm ortus natalibus, & dignitate inter suos ac gloria præcipuis, diuino proculdubiò minimè lumine editus ad magnam ecclesiæ vtilitatem ab eo ortu destinatus est. Nam cùm in morbum pestilentosum & planè mortiferũ incidisset, & parentes multis lachrymis morientis filij exitum prosequerentur, fuit repentè à mortis ipsius faucibus præter omnem spem votis precibusque parentum, ad vita reuocatus. Decursis autem rudis infantiæ balbutientibus annis traditus est Magdeburgi literarũ disciplinis imbuendus, quas cùm annis admodùm pueros magno cum tædio ac labore imbibisset, omnibus dulcis sapientiæ liquoribus ad patriam remeauit. At verò quanquam magnam suis ipse parentibus expectato diu reditu voluptatem adferret, tamen tamẽ deprauatis moribus ac nimia viuendi libertate molestiam intulit, vt breui haustam ex eorum conspectu lætitiam grauiore mœstitia obscuraret, luctuque ac lachrymis parentes deformaret.

Patria eius.

Traditur literis.

In iuuenili ætate fuit valde lasciuus & discolus.

Incumbebat iocis puerilibus, lasciuiā intemperanter exercebat, & cibo potuique, pecudis instar deditus, diuinas leges per summū scelus conculcabat.

Intereà Boemiæ prouinciæ antistēs morbo ripitur: accedit Adalbertus, adstat moribūdo, cōplatur humanæ vitæ miseriam fragilemq; huius gloriā. Tandem audit moribundū amici desperata voce omnē salutis spem abijcientem, mantemq; ab immundis spiritibus se adtrahi chaos deportari. Ingēti sanè horrore corripitur, salutari diuini iudicij timore perculsus, fit nit animis, totaq; mente ad certū salutis iter vitamq; componit, ac postremò tam excellentem tutum omniū splendore pristinæ vitæ tenēbat, pellit populumq; illustrat, vt cōmuni omnium tentia demortui dignitate dignissimus iudicatus.

Episcopi Pragensis horrenda mors.

Redit ad sanam mētem Adalbertus.

Igitur electus episcopus & summo cum ac gloria in sede inuitus collocatus alium ab eo, qui antè fuerat, exhibuit. O qualis quā mutatus ab illo qui paulò antè post diuitias mundi gloriamque rapido cursu tendebat, mente terrenis in actibus sepultus, sola quæ grata erant, auidè expetebat. Nunc vero cursu sola cęlestia suspirabat, prorsus vt aiunt, quod aiunt, manibus thesauros exhauriret, pauperum inopię miro studio consulebat, summæ voluptati dies cum noctibus in pro lachrymis insumere, quibus veteris vitę urebat; Contra noxias voluptates & gentium vitiorum, omni arte, omni tum occurrebat, donec desideriorum ret, terrenasq; delectationes vinceret, & terim passus, proficuum ingētemque multorum salute ad finem perduceret.

Creatur Pragę Episcop.

Benignitas eius in pauperes.

seruorem eius omnes & qui latus illi proximè claudebant amatores carnales rigidum vitæ genus odio habebant, & apud terræ primates fictis criminibus atque calumnijs in inuidiam trahebant. Populus interim duræ cernicis seruus libidinum factus per omnia scelerum genera vagabatur, & monentem ac obsecrantem nequicquàm antistitem repellebāt, subsannabantque.

Ridetur ac repellitur à populo, vitia eorum corrigere cupiens.

Tunc Adelbertus cùm populum tanto mentis furore in omnium vitiorum scelerumque licentiam ruentem ad salutis viam nullis monitis precibusq; reuocare non posse se cerneret, relicta ciuitate, excussoque in eam pedum puluere, sacrosancta loca, in quibus Christus Dominus humani generis salutem operatus est, inuisere statuit. Iter igitur ingressus cum Romæ tum Hierosolymis sacra loca venerabundus obiuit, ac tādem maiore cælestis vitæ desiderio inflammatus Romæ se totum monasticæ vitæ disciplinis ad S. Bonifacium dedicauit. Ibi suscepto habitu tanta virtutum ac sanctitatis integritate Christo militauit, vt ab omnibus mira charitate amplecteretur, & tanquam cęli quidam incola suspiceretur.

It Hierosolymam.

Fit monachus.

Posteà terræ populus suorum scelerum fœditate offensus & in via iniquitatis iam lassatus episcopum suum, pluribus quàm antè & pietatis & eloquentiæ luminibus fulgentem reuocauit: ac spem vitæ melioris ostendens, tandem diu multumque elusantem ad sedem reduxit. Et quidem venientem pastorē magno cum gaudio excepit, compressisq; pristina viuendi cōsuetudine, insitas libidines nihil repressit: sed mox pondere peccatorum, quod nondū planè abiecerat, oppressus in voraginē scelerū suorū decidit: atq; adiutrices episcopi manus,

Reuocatur à suis.

quibus eos extrahere nitebatur, pertinaciter re-
sauit potiusque in sceleribus suis præfocari, quam
sacri antistitis salutifera monita ad aures adhi-
re maluit.

S. Adalbert⁹ subditorum suorũ offensus peccatis iterum Romam abit.

Tùm diuinus heros conscenso equo dulcem
mam reuisit, & quasi post pericula maris qua-
uis optatum portum occupauit. Sic secretos Po-
sterij sinus charam requiem intrans, pulchra
chel amplexabatur sacrisque delicijs esuriem
nimam nocte dieque sedulus pascebat. Non
pòst Romæ congregata est Synodus, in qua
tinus Archiepiscopus, episcopum sanctum a
sterij quiete ad relictos greges remittẽdum
luit. Cui Papa Gregorius eius nominis qui
sentiens, susceptum semel gregem non posse
nè eum dimittere, multis scripturæ senten-
uerauit: postremò sedentes episcopi volen-
lentemque Adalbertum, ni pareat, vinculis
matis constringendum definiunt. At ille ad

Synod⁹ Romana compellit eum redire ad suos.

Oratio S. Adalberti ad Gregorium Papã Quintum.

O Pater, inquit, sanctissime, eòne me redi-
lis vbi animarum fructum faciam nullum
menta verò salutis mea capiam maxima? Q
mitiga ærumnam meam, tristique recessum
cum tribue solatium. Si oues meæ verba v
nere pergunt, liceat mihi vel ad exteras &
gentes transire. Acquieuit libens volunta-
nis Dei Papa Gregorius, & quanquam non
mi dolore, propter interruptã quietem, ab
exultantẽ tamen propter martyrij spem, ve-
go desiderio ardebat, à se dimisit.

Petit Ducẽ Polonorũ.

Ergò, quem suo labori adiutorem Deus
rauerat Ducem Polonorum Boleslaum se-
bius petijt, cuius auxilio ad populum sibi
sum & multoties contradicentem nuncios

ſtinauit. Sed illi præter plenam contumelijs legationem attulerunt nihil. Ille verò, accepto libello repudij, iſtis cõtumelijs nõ aliter exhilaratus fuit, quàm homines oblatis præter ſpem honoribus ac dimitijs lætari ſolent. Igitur ſolutis vinculis ſacer Adalbertus tota mentis auiditate martyrij deſiderium arripuit, iunctisque duobus ſocijs, quos ſacro bello portandoque euangelio apriores iudicabat, itineris ſibi comites delegit.

Sui eum nõ admittunt.

Nec mora. Eſt in parte regni Boëmię ciuitas magna, quam Gneſnam vocant (vbi ſacrum eius corpus multis admodùm miraculis clarum ſepultum iacet) ibi dum precibus & ſacrificijs pro populi illius ſalute die noctuque diuinam implorat miſericordiam multos Chriſto lucrifacit, multos natu grandes & fœdis peccatorum ſordibus inueteratos purriſſimo regenerationis lauacro mundat, mundaque in Chriſti ouile introducit. Indè nullas negans moras, nauim conſcendit, ac varijs maris ſuperatis periculis, tandem Pruſſorum terræ clancum appulit. Erat gens planè barbara adeòque moribus efferata, vt, ſilicis inſtar, ſalutaria dogmata repelleret, ac neminem prorsùs ſalutem adferentem admitteret. Vndè trepidi ſanè nautæ ſanctum Adalbertum feſtinanter expoſuêre, nocturnoque reuentes auxilio, ſecuram fugam capeſſuerunt. At Adalbertus miles incredibili pereuntium animarum flagrans, duobus cum ſocijs paruum quendam cum insula, forma & ſitu, haud abſimilem, intrauit. Ibi aliquot dum hæret diebus, fama nouorum hominum ad aures paganorum deuenit: eſſe nimirum homines ignoto habitu ac cultu prorsùs inauditos. Aduolant ex improuiſo parua naue pauci, furentque, ira fumantes, barbarum neſcio quid,

Gneſna ciuitas in Boëmia.

Multos adducit ad Chriſtum.

Venit in Pruſſiam.

ac hoſpites quærunt. Tandem vnus ex eis pei
peſſimus propiùs accedẽs, ſublato vi maxima,
to quo nauem impulerat, cæleſtia meditante
piſcopum fortiſſimè percuſſit. Si nõ abitis, in
citius capite plectemini, aut certè duris vexati
plicijs, ingratam mortem ſubibitis. At verò
Antiſtes humi ſtratus, & mente pariter ac co
toto extentus: Benedictus, inquit, Deus: Si pl
accipiam pro crucifixo meo, vnum ſaltem p
ſum ictum habeo.

Percutitur immaniter ſacer Antiſtes.

Quid verò indè ſecutum? Foras eiecti, v
in mercatum, vbi ſubitò cęlicolam circunſta
go agmine omnis generis ac ſexûs homines,
cruentos rictus, ac, luporum inſtar, ſanguine
entes minãtur mortem, quòd ad eos apporta
tam. Loquentem horrent deridentq́ue, & c
verba magna cum ſuauitate ac modeſtia inc
tem dedignantur. Inſtabat nihilominus vir ſ
feritatem illorum lenire: ſed illi horrendis
ribus aëra implentes, baculisq́ue terram pe
tes furorem dictabant, mortemq́ue protin
laturos, ni terra excederet, iurabant. Tum ve
leta Chriſti oleum ſe & operam perdere c
triſtitia magna affectus varios caſto in pecto
ſabat æſtus, nec tamen ſalutis gentis barb
certè optatę mortis ſpem abijciebat. Habito
cum ſocijs conſilio, placuit abiecto veſtium
re nitidiorem paulò corporis aſſumere h
ac alia quæuis offenſionis pericula rudib
norũ animis adimere. Intereà dum hac arte
de deludere eos cogitat, ad ferocium Lu
ſurda idola totis viribus prędicationis fu
ijcienda conuertit iter, vt Chriſto nouum
populum acquireret, aut longis deſideri

Barbari verba vitæ audire recuſant & mortem minantur.

Luitici ſunt q alias Vilſi dicuntur.

imponeret. Sed dum his cogitationibus implexus hęret breui itinere consecutus est quod multo tempore quæsierat.

Eccè enim dum læto in gramine Missarũ solennijs ritè celebratis & viribus corporis cibo vtcunque reparatis, somno indulgent, adest ingenti cum armorum strepitu barbarus quidã cuius frater non ita pridem à Polonis occisus fuerat. Is acri vindictę cupiditate incẽsus animum suum sanctissimorum virorum nece sanare cupiebat. Itaque rapido cursu eos assecutus, vinculis primum constrinxit, impositisque plagis ad montem quendam compulit: in cuius supercilio præclarã martyrij palmam diu desideratam fœlix pater fœlici agone adeptus est. Sed septem lanceis (quemadmodum referunt qui agoni interfuerũt) confossus occubuit. Primum dux ipse & nefariæ cohortis magister, stimulante furore cordis eius penetralia perforauit, indè cęteri pari furore ac malitia elati scelus peregerunt. Vt autem ostenderet diuina clementia quàm nihil huius vitæ mors sit formidanda quàmque eadem preciosa in conspectu Dei sit, eccè ligatæ martyris manûs ultrò solutæ amicam mortem amplexarũt: ac crudeliter modum extentæ, anima ad suum creatorem ...ente, permanserunt.

Capitur 8. Adalbertus & vinculis constringitur.

Septem lanceis confoditur.

Miraculum.

Impij verò illata viro sanctissimo tam crudeli morte nequaquàm contenti, abscissum à corpore ...pit, fida sub custodia vtrumque asseruarunt, vt ...timo Boleslao Duci ingenti pecuniæ vi illud redimendum offerrent. Duos autem fratres martyris comites fideles secum miserandam in captiuitatem abripuerunt eodem martyrij ac gloriæ cerimonia cælesti Patre coronandos.

Duos eius socios captiuos abducunt.

VITA F. AEGIDII VIRI SANCTISSIMI, qui fuit è primis socijs beatissimi Francisci sinatis. ex ea quæ extat apud Surium.

23. Aprilis.

QVo tempore beatus Franciscus calcara
di vanitate, pietatis studio incredibil
grabat, erat Assisij vir quidam mirè
citatis ac amoris in Deum ardentissimi, AEg
nomine; qui vt primùm suis è ciuibus int
Bernardum eius vrbis virum primarium &
num Petrum summæ ædis ibidem Canonic
bus suis in pauperes erogatis, sancti Francisc
tutum amplexatos, octiduò post diuino in
permotus ad eos quoque se aggregauit.

Duo primi socij S. Francisci.

Porrò Franciscus nouo milite gauisus, c
eum donaret habitu, ad comparadum pann
iret, atque mulierem stipem infimis precib
dicantem obuiam haberet, ait ad AEgidium
tu, optime frater, huic pauperculę pallium,
dutus es, largiris? AEgidius autem promp
crique animo mulieri id obiecit, simulque e
leemosyna tanto est cumulatus gaudio vt c
planè apertos existimaret. Hinc toto de
suæ tempore nihil vno charitatis officio am
habuit, nihil maiore cum alacritate ac gaud
fecit, quàm inopium ac pauperum necess
cõsulere: cunctisque cùm corporis tùm m
gis animæ cibos subministrare.

Eleemosyna hominẽ lætificat.

Pauperum amator & benefactor Ægidius.

Cùm aliquãdò ad loca sacra peregrinan
perem extrema nuditate laborantem ob
beret, nihilque quo hominis miseriam
posset, inueniret, auulsum protinùs de seq
caputium ei obtulit: ac nudo capite die
inambulauit. Quanquàm autem & ipse p
benter pauperibus aliquid tribuebat, nun

men gratis oblatum panem sumere voluit: sed manuum suarum labore victitabat, neque tamen præter victum in diem admittebat aliquid. Ocium verò tanquàm animæ pestem contagiosissimam cane peius & angue oderat, & manibus, quod aiunt, pedibusque euitabat. Huius autem propositi adeò erat tenax vt nec latum quidem vnguem ab eo recederet. Cùm quandoque à Cardinale Tusculano benignè ad mensam eius vocaretur, ille nè tanti principis auctoritatem negligere videretur, adfuit quidem; sed duobus onustus panibus, quos iustis antè laboribus acquisierat: asserens nequaquàm sibi licitum esse alienis vesci sudoribus: quin potiùs beatum esse eum, illique benè fore qui manuum suarũ labores manducaret. Hinc beatus Franciscus visa viri sancti innocentia & optima vitæ disciplina liberam ei, vbicunque vellet, cõmorandi facultatem concedebat. Degit aliquandò in eremo quadam Perusiæ vicina, vbi lagenas arculasque vitreis poculis aptas contexebat, quas deindè nudis pedibus in oppidum, non quidem pecunia sed nudo victu venales inferebat. Eo in loco annis non paucis cum magna sanctitatis laude exactis, aliquandò reuocatis ad memoriam pristinæ vitæ delictis tantum ex eorum recordatione dolorem concepit, vt abiens in syluam se habitu sacro nudauerit, accitoque quodam fratre, eidem præceperit, vt iniecto collo eius fine ad alios eum pertraheret & tanquàm grauissimorum criminum reum vapulandum offerret. Ipse verò voce cum lachrymis & miserãdo eiulatu sublata misericordiam clamabat. Fratres autem eo viso ad tãtos sunt prouocati fletus, vt, intercluso crebris singultibus spiritu, vix fari possent. Tandem illis rogantibus atque monentibus vt se suo indueret

Nõ vult vesci panibus nisi labore suo quæsitis.

Ocium detestatur.

Degit solitarius ad Perusiam.

Dolor eximius de peccatis olim commissis.

habitu respondit vir sanctus: Ego sanè eo planè indignus sum: vos autem si eleemosynę loco eum mihi conceditis, miser illum recipiam.

Mittitur ad Saracenos.

Beatus autem Franciscus viso eius feruore, & incredibili martyrij cupiditate, cum alijs quibusdam ad Saracenos eum destinauit. Sed Tunetum veniens fuit à Christianis illic degentibus à salutaribus monitis barbaris fundendis prohibitus: nè secum omnes pariter in mortis periculũ adduceret. Vnus ex fratribus grauissima quandoque carnis tentatione afflictus remedium ab eo postulauit. Cui AEgidius: Dic mihi, inquit, quid faceres cani te mordere volenti? Ego, respondit ille, verberibus eum abigerem. Et AEgidius: Idem facito huic tẽtationi, tandem liberaberis: nam nemo sine certamine, minimis etiam hostibus victoriam obtinere potest.

Parcimonia victus.

Puritas mentis.

Ipse verò fuit corporis domitor inprimis etiam mius. Semel in die eumque sanè exiguum ad vespe ram sumebat cibum. Et quanquàm alij in eo corporis castitatem mirarentur, eamque facerent primi, ille tamen multò magis ad mentis puritatem attendebat, inq; eo laborabat vel maximè vt sua cum diuina sociaret arctissimè, nihilq; admitteret quòd vel tenui nubecula splendorem illum obscuraret. Cùm multa frater quidam de castitate eius prędicãtem cunctisque virtutibus præferentem audiret: eum tanquàm sacrarum literarum rudem prorsùs ignarum instruere voluit: Charitatem D. Paulo cæteris virtutibus antelatam, eamque omnium reginam esse dicendam. Cui AEgidius respondens respondit: Ecquid nam est charitate castius, aut purius? Quid nos Deo magis commendat, quibus charos ei reddit nisi illa mentis castitas quæ sola omnes diuinę gratię custodit & amoris vinculum

dissolubili ei coniungit? Cumque pretereà in castitate laudanda & prædicanda multus esset, quidam matrimoniali vinculo constrictus illa audiens ait: Ego vxore mea contentus, à fœminis omnibus abstineo. Cui AEgidius: Putas, inquit, non posse hominem è suo vino ebrium fieri.

Etsi autem literis nullis instructus erat, attamen diuinæ sapientiæ splẽdoribus adeò fuit illustratus: vt etiam eruditissimos quosq; excelleret. Nec prophetiæ dono caruisse putandus est: nam cùm rex Francorum Ludouicus peregrino habitu sacra loca aliquandò inuisere statuisset, in via tactus amore sancti AEgidij, de cuius virtutibus iam antè audierat multa, Perusiæ ad monasterij portam venit. Ianitor autem vt primum AEgidio nunciauit peregrinum quendam cum paucis familiaribus præ foribus stare, eiusque colloquium expetere, ille actutum in spiritu eum Franciæ regem esse cognouit, celeriterq; accurrens eius in amplexus amore ebrius ruens, magno cumulatum gaudio à se dimisit.

Donum prophetiæ.

Iam verò quàm ei fuerint familiares mentis in Deum excessus quis credat? Post sextum à suscepto vitæ sanctioris instituto, quadam nocte pijs intẽtus precibus adeò diuini spiritûs suauitate absorptus est vt putaret animã planè à corporis coniunctione deuellendam esse. Nec multò post raptus in spiritu ad cælestia arcana contemplanda tanta est affectus lætitiæque repletus dulcedine vt deinceps quotiens vel ipsius Dei, vel gloriæ cælestis, vel paradisi fieret mentio, toties oppressis sensibus humi caderet, spiritusque exultans cælestia regna peragraret: Hinc pueri & opiliones ab alijs docti, eo viso, clamabãt: Paradisus, paradisus. Quo audito, protinùs corpore deficiens labebatur, & interim cum incre-

Mentis excessus ei familiaris.

dibili

dibili mentis gaudio de cælesti gloria cogitabat.

Triduò antè Christi natalem, in Tuscia eo loco quem Sethonam vocant, postquàm diebus quadraginta continuis (vulgò id S. Martini ieiunium appellant) in ieiunijs precibusque perseuerasset, nocte Christus Dominus ei apparuisse fertur. Ex cuius conspectu tantam hausit animi voluptatem, spiritûs dulcedinem vt deinceps omni hominum familiari consortio repudiato vnicum vitæ suæ solatium solitudinem appeteret, ac nocte dieque cælestium rerum meditatione animum pasceret.

Christus ei apparet.

Fuit autem in omni vita perquàm iucundus & hilaris, quanquàm ea res multis sępè hominibus, morosis dico & qui externo habitu vultuque omnem virtutem sanctitatemque metiuntur, non paruam indignationē attulerit. Sed non intelligunt ij, nec tùm certè ab ea sanctitate quam fingunt alieni, nec posse iucundè viui, nisi sapienter, honestè iustèque viuatur.

Ægidius semper iucūdus & hilaris fuit.

Præcepta Ecclesiæ & ius Pōtificum magna cum primis reuerentia prosequebatur, eaque alijs commendare nō desinebat, dicebatque: Nos sanctæ matris Ecclesię bonitatem minimè agnoscere quæ intermittit viam salutis nos docere, mirabili ratione ad sempiternam gloriam dirigere. Venerunt quandoque ad eum Cardinales duo vt sapientiæ eius, quæ miro preconio celebrabatur, experimentum aliquod caperent. A familiari autem colloquio in discessu sese precibus eius cōmendarunt. Quibus ille: Quin potiùs, inquit, vos me precibus vestris commendatum habetote, qui maiori fide spe præditi estis. Illis autem sciscitantibus quanto id fieri posset, AEgidius respondit: Vos diuitijs, honoribus, omnibusque mundi prosperitatibus

Eccè quanti faciēda præcepta Ecclesiæ & quàm salutaria.

entes haud dubiā vobis ſalutē promittitis: cùm ego miſer in extrema mēdicitate & rebus duris atq; aſperis damnationē inſuper vehemēter formidem.

Sub vitæ finem, cùm iam annis quinquaginta admodùm duobus in ſacro Ordine cum egregia fortitudinis laude cōtra omnes dæmonum inſidias atque fraudes inuictus perſiſteret, tantas repentè Satanæ moleſtias & infeſtationes perpeſſus eſt vt in magnas redactus anguſtias fratrum ſuorum opem vehementer imploraret. Nec deſtitit infeſtus hoſtis inuidiæ ſuæ iacula ad extremū vſque ſpiritum in eum torquere, modisque omnibus conari quò in deſperationis barathrū eum pertrahere poſſet. Sed vir ſanctus in Chriſti meritis conquieſcens mente placidiſſima, cuncta inimici iacula firmiſſimo fidei clypeo excepit, ſpiritūque lætus in manus Creatoris efflauit eodem die quo in ſacro Ordine ſacræ militiæ arma ſuſceperat, ipſis nimirùm S. Georgij martyris natalitijs.

Dæmon eī ſub finem vitæ valdè infeſtus.

Obit ſanctiſſimè.

Fuit ſanè hic vir, quamquàm literarum prorsùs rudis, inſigni virtute atque prudentia: adeò vt populus eum loquentem & de rebus diuinis differentem attētiſſimè audiret, eiusque ab ore cum ingenti admiratione penderet.

Prudentia eius inſignis.

Sciſcitanti aliquandò cuidam qua ratione puras & charitatis igne inflammatas Deo poſſet offerre preces cùm cor ſuū nimio torpore oppreſſum ſentiret, reſpondit AEgidius: Si rex aliquis duos miſiſſet, alterum armis egregiè tectum, alterum inermem ad prælium mitteret, certè armatus imperterritus ad certamen ibit: inermis verò ſubſiſtet neque ità intrepidè vt alter pedem in hoſtem inferet. Verumenimuerò ſi is, ſolo regis amore, omni conato periculo in medios hoſtes graderetur eosque omni

Fructus orationis amplior eſt cum mente conſtāti licet arida prolatæ, quàm cū ſumma ſpiritūs dulcedine.

omni contentione quamuis multis saucius vulne-
ribus repelleret, nunquid meritò is alteri præferen-
dus maiorique laude ac præmio dignus haberetur?
Ità etiam & is qui ad certamen orandi absque de-
uotionis gustu fidenter accedit & cum mentis an-
ditate solo Christi amore aduersus animarum no-
strarum hostes luctatur, non modò suo fructu
præmio non frustrabitur, sed maiore etiam glo-
in cælesti regno coronabitur quàm is, qui in hac
ta plenus spiritûs delicijs nullo aut paruo cum
tamine impugnantem hostem fugat ac perp
mentis tranquillitate fruitur.

Monastica vita quanti facienda.

Quodam illum consulente, nùm relicta mu
vanitate in monasterio se Deo consecrare deb
sic respondit: Si quis extrema rerum omnium
pia laborans recōditum in agro thesaurum sc
putásnè quæsiturum illum ab aliquo, an eum
saurum effodere deberet? Quanto ergò magis
nibus nobis properandum est vt æternæ vitæ
saurum reperiamus.

Rogauit aliquandò AEgidium frater quid
pro ipso Dominum deprecaretur. Cui AEgi
Tu verò, inquit, ora pro teipso. Quid enim ali
te mittis & tu interim desides, cùm possis ipse
facere? Illo dicente se peccatorem esse: AEgi
verò Dei amicum, atque ea causa posse, Dom
& sibi & alijs propitiū reddere, AEgidius re
dit: Frater mi, si omnes omnium platearum
auro argētoque redundarent, ac proclamatum
licere cuilibet pro voto illud auferre, alium
te nūcium ablegaturus esset, qui tuo id nomine
leret? Puto equidem teipsum iturū nec sa
rum alteri. Ità nimirùm cùm Deus oēs ad se
tet, thesaurosq; nullo vnquam tempore defi

liberaliter promittat neminemq; ad se venientem spernat quid est q; alium pro te mittas? quin potiùs ipsum adito, causamq; tuã ei exponito ac multò faciliùs per te, quã per aliũ, quod desideras obtinebis.

Alia sunt huius sancti viri dicta sanè eximia & raram quãdam prudentiam spirantia, quæ nos brevitatis studiosi, omittere cogimur.

MARTYRIVM S. ALEXANDRI LVgdunensis martyris socij Epipodij. ex eo quod inuenitur apud Surium.

INterempto Epipodio, cuius suprà martyrij certamen descripsimus, persecutor recenti adhuc cruore aspersus, beati Alexandri sanguinem sitiebat. Quem receptum ex carcere comperendinato examine, die interposito, furori suo præcepit offerri, vt eius supplicio non modò rabiem suam verùm etiam sæuientis populi insaniam temperaret. Quem tamen etiam hac percunctatione tentauit: Adhuc in potestate tua est, vt euadas prædecessorum exempla videasque quę teneas. Ita enim persecuti Christicolas sumus, vt pœniteat te solum arbitrum resedisse. Nam præter alias cæsorum caterias, etiam stultitiæ tuæ collega succubuit. Atque adeò, si tibi consulis, immortales deos thuris accensione venerare. Beatus Alexãder dixit: Gratias ago Deo, quòd dum gloriosos martyrũ reuoluis triumphos, & illata tormenta cõmemoras, ad deuotionẽ meq; quoque cõfirmas exemplis. Putásne ergò extinctas animas, quas fudistis? Illæ quidem cælũ possident: persecutores verò viceuersa in illo agone potius perierũt. Fallit enim te opinio tua: extingui nõ potest nomen Christianum quod ita Deo fundãte firmatum est, vt ipsis etiam mortibus propagetur.

24. Aprilis.

Alexander sistitur Præsidi.

Beatus Alexander egregiè respõdet Præsidi.

Nunc

Nunc igitur quia fratrem mihi charissimũ in sum-
mo gaudio collocatum scio, securior eandem vi-
ingredior. Ego namque Christianus sum: tu vi-
exerce corpus, quod pro imbecillitate terrena-
stibus mundi videtur addictum: cæterum ani-
nostras custodiat & recipiat ille, qui condidit.
hæc præses mixto pudore & furore desæuiens,
ctum Alexãdrum diuaricatũ ternis cędentibus
berari præcepit: qui nulla humili respõsione
tormenta deiectus, Dei semper præsidiũ flagi-

Verberatur martyr acerbè.

Cumque longissimo spatio cædentium fu-
ua vicissitudine non frãgeretur, præses interr-
vtrùm etiam in hac confessione duraret. Cum
cunctationi inconcussa auctoritate respondi-
gentilium dæmonia esse non numina. Deum
omnipotentem, inuisibilem, sempiternum, si-
positi esse custodem. Cui iudex: Ad hanc, in-
insaniã Christiani proruperunt, vt prolixitate
narum gloriam sibi existiment comparari, &
secutores suos vicisse se iudicent, quos opor-
leri fine consumi. Quia ergò eos in pertina-
& audiri nefas est, & videri, idcircò Alexãdr-
cruci animam, sicut meretur, effundat. Hac p-
sententia carnifices beatum Alexandrum vi-
constrinxerunt: sed ijs tormentis, quæ magn-
delitate exprompserant, minimè afficere po-
Nam cùm antè multis laniatus verberibus
adeò vt crate costarum soluta, animæ secre-
derẽtur, beatum spiritum, supremis vocibus
stum inuocans, antè efflauit, quàm noua tor-
accederent: atque hoc modo quos tormenta-
que diuiserant, tandem sepultura coniunxit,
Christianis educta occultè extra vrbẽ corpo-
consa conduntur.

Fertur in eũ sentẽtia crucis.

Abit è vita sanctus martyr.

Erat enim in colle superposito ciuitati concretus densatis vepribus locus, ibique in modum speluncæ conclusa frutetis ac sentibus vallis latebat, cuius in decessu venerabilia corpora magna Christianorum deuotione condita sunt. Qui locus multis magnisque sanctorum virtutibus clarus & admodum celebris effectus est. Nam cùm insequenti tempore Lugdunensis populus morbo sæuiēte passim corrueret adolescens quidam claris natalibus ortus, vi febrium valdè succensus, visione admirabili commonitus est, vt remedium à muliere, apud quam martyris Epipodij calceamentum seruabatur, expeteret. Paruit ille ac mulierem adiens per quasdam martyris exuuias ibidē relictas febrium ardorem extinxit, ac integrę sanitati sine mora redditus est. Quæ virtus fidei atque sanctorum per vniuersam deindè ciuitatem spersa plurimis & animæ & corporis sanitatem attulit, ac fusis fugatisq; ræmonibus solida pietatis fideique fundamenta collocauit.

Miracula ad sanctorū martyrū sepulcrum.

S. MARCI APOSTOLI ET EVANGELISTÆ *vita & martyrium. ex ea quæ est apud Metaphrastē Migrauit ex hac vita octauo Neronis anno, sepultusq; Alexādriæ Anianum habuit successorem.*

25. Aprilis

QVo tempore Apostoli per totum terrarum orbem seminādi euangelij causa dispersi erant, Marcus Petri filius & socius, egregius diuinorum mysteriorū nuncius AEgypti regionem euangelij face illustrandam suscepit. Postquàm enim per principem Apostolorum, cuius doctrinam mentis auribus sedulus discipulus hauriebat, Christo genitus esset, gestaque Saluatoris ex magistri ac doctoris sui ore excepisset, rogatusque à fratribus

S. Marcus S. Petri discipulus.

S. Marcus scripsit Euangelium.

eadem literis optima fide mandasset, statim assu-
pto Euangelio à se conscripto, perrexit AEgyp-
ac primos Alexandriæ Christum annuncians
stituit ecclesiam, tanta doctrina & vitæ conti-
tia, vt omnes sectatores Christi ad exemplum
cogeret.

Constituit ecclesiam Alexãdriæ.

Venit Cyrenem.

Et quidẽ vt primùm in Cyrenem Pentapo-
bem venit, cælesteque Christi regnum magn-
tute prædicauit, protinùs ingentia ibidem m-
la, ad populi perfidiam expugnãdam patrau-
rimosque stupendis rerũ factis à tenebris ad
adduxit: ac postremò ab omnibus delictis p-
salutarem expiatos in Christi Ecclesiã intro-
Ibi verò quanquàm fructus minimè pœnitẽ-
ceret, indiesque de inimico præclaram victo-
tineret à diuino tamen spiritu Alexandriam
iussus est. Nec mora. Generosus & fortis
prompto alacrique animo ad stadium, dec-
bus eum ad nauim fratribus, properauit.

Multos conuertit.

Abit Alexãdriam.

Cumque insequenti luce secũdo admod-
to Alexandriam appulisset, factaque desce-
bis portam, ad locũ qui Mendion vocatur,
sus esset, soluto ibidem pedis eius calcea-
sistere nonnihil coactus fuit: visoque vete-
ceamentorum sutore ei suum reficiẽdum
Ille verò diuino proculdubiò nutu magis
su sinistram subula perforauit, exclamauit
nus est Deus. Quo audito beatus Marcus
intellecta in humum despuit, factoque ex
lo luto manum illius illiniens: In nomine
Iesu Christi viuentis in secula esto sanus,
citiùs manus sanitatem consecuta est. Quo
cio pariterque potentia confestim permo-
Marcum Apostolum summis infimisque

Sanat manũ sutoris.

ad suas ædes inuitare cœpit, ac obnixè rogare vt communi secum mensa frui dignaretur. Apostolus ea sutoris beneuolentia ac animi præcipuè candore guisus plurimùm, Dominus, inquit, dabit tibi panem vitæ cælestis.

Interea sutor tacitus secum multò magis orationis efficaciam habitumque virtutis in beato Marco admirari atque suspicere cœpit. Cumque fusis primùm in ipso domûs ingressu ad Deum precibus accederent, mutuisque sermonibus sese recrearent, Anianus, hoc namque sutori nomen erat, Pater, inquit, obsecro quisnam es tu? Et vndè tanta tibi orationis efficacia vt solo verbo repentè mihi sanitatem impetrares? Cui diuinus Apostolus: Ego, inquit, seruus sum Dñi Iesu Christi, filij Dei. Vellem, inquit ille, Deum videre. Tum sanctus Marcus: Illum ipsum tibi ostendã. Cœpitque illi magna cum auctoritate ac gratia initium Euangelij secundum Matthæum exponere, totamque Christi generationem & oracula per Prophetas multo antè tempore prolata explicare: tanta cum animi eius delectatione, vt ingenti cum admiratione ac gaudio nunquam se eiusmodi audiuisse testaretur: sed Iliadem & Odysseam, quæ plurimùm ab ijs discrepabant, sedulò voluisse ijsque animũ oblectasse. Marcus verò longiori orationis seriè Christi Euangelium contexens tanto amore animos omnium inflamauit, vt ipse non modò Anianus eiusque familia, sed magna quoque regionis illius multitudo ad Christum accederet, auideque cælestem disciplinam à Marco allatam arriperet. Sutor credit in Christum cum multis alijs.

Cum verò ciuitatis illius optimates de beati Apostoli aduentu certiores facti essent, cernerent-que calcato deorum cultu ac neglectis sacrificijs,

Alexādrini cogitant ei necem inferre.

solum Christi nomen celebrari, hominesque p
fligatis antea moribus & infinitis sceleribus p
tos, mutatis repentè animis, honestatis ac virt
studium sectari; consilium ab insita inuidia co
runt, quô sanctum virum per insidias oppri
simulque cum eo constitutam cęlestis vitę dis
nam extingerent. Quo cognito Marcus ne suo
te communem Christianorum rem in apertu
crimen adduceret, fuga salutari non tam sibi
ecclesię consulere studuit. Igitur Anianum C
ana disciplina optimè iam tunc instructū &
magnisque virtutibus ornatum episcopum o
uit, Malchum verò, Sabinum & Cerdonem p
teros: additisq; diaconis septem, & alijs vn
qui ecclesiastica ministeria ritè obirent, Al
am fidei & pietatis operibus florētem reliq
susque Pentapolim repetijt.

S. Marcus ordinauit Aleandriæ Episcopū presbyteros & diaconos.

Ibi annis admodùm duobus exactis, & e
pis clericisque per regionē illam constitutis
Alexandriam venit: vbi aucto mirabiliter e
tium numero Christi Ecclesiam cunctis vir
mirificè efflorentem & egregio templo, in
loco, visendo triumphantem inuenit: adeo
tritis idolis palàm iàm Græcorum insania
narent; ac Christi trophæa in conspectu o
erigerent. Marcus verò ea re plurimùm g
lios item atque alios scelerum suorum tab
infectos ac perfidia contaminatos virtutib
miraculis ad sanitatem reuocare pergebat.
tos enim sanabat, leprosos mundabat ac
credibili multitudine visum pręstabat. Hæ
vt Christi fidelibus summam animi lętitia
luptatem, ità perfidis idolorū cultoribus
inuidiam conciliabant. Hinc rabie quad

furore agitati diuinũ Apostolum ad necem inquirere cœperunt. Itaque die illo, qui Christi resurrectioni, ingẽti fidelium lætitia, sacer est; quo die nefarij cultores Serapidis Dei sui nefaria festa celebrabant, Apostolus sacris intentus mysterijs comprehenditur, iniectoque in eius collum fune, cum dissonis clamoribus huc illucq; trahitur: tanto furore & crudelitate vt copioso sanguinis imbre humum tingeret, stratosque lapides coloraret. Cumq; animos hoc furore ad vesperã vsque inebriassent, eorum eum in carcerem compegerunt: donec, quo mortis genere de medio tollẽdus esset, decernerẽt.

S. Marcus Missam celebrãs comprehẽditur.

Cõijcitur in carcerem.

Ecce autem nocte concubia ingens terræmotus excubantium animos subito terrore concussit, tanque formidine compleuit, vt neque fugiendi neq; consistendi mentem haberent. Angelus autem Domini immenso coruscans lumine, clausis carceris januis, beato athletæ astitit, animumque hisce ferè verbis mirificè recreauit: Serue Dei, en cælestis vitæ liber nomen tuum consignatum tenet, neque vlla vnquam obliuione hominum delebitur. Consors itaque regni cælestis eris, & relictæ in terris reliquiæ non peribunt. Hac visione mirificè exhilaratus Apostolus sublatis in cælum manibus, gratias quantas potuit maximas, Christo egit, illiusque nomen laudibus & hymnis celebrare non destitit. Cumq; incredibili delibutus gaudio in diuinæ bonitatis consideratione diutiùs exultaret, eccè Christus Dominus, figura illa, qua in terris cum Apostolus versatus est, illi apparuit, dixitque: Pax tibi Marce. Marcus verò interclusa præ gaudio voce Domine, inquit, mi Iesu Christe: simulq; disparuit.

Angelus ei in carcere apparet.

Item Christus.

Mane autem facto gentilium multitudo eodem adhuc furore ebria è carcere eum rapuit, rursusque

iniecto in collum fune eum protrahens clamab
Trahamus bubalum in bubulci stabulum. At M
cus ea contumelia supplicioque nihil motus m
res Deo sine fine gratias agebat, exclamansque
manus tuas, Domine, commendo spiritum me
impollutam inter carnificum manus Deo ani
tradidit. Gens autem indomita & effrenis coll
vndique sarmentis raptim pyram ingentem e
uit, vt sacrum corpus flāmis illis absumeret. S
uina prouidētia repentè excitatus turbo, cum
rendis tonitruis ac crebris fulgetris omnem
tudinem in effusam fugam compulit, immi
de cęlo imbribus sublatas in altum flāmas ex
Tunc Christiani secretas à cineribus viri san
liquias magno cum honore ac gaudio colleg
collectasq; cum precibus ac hymnis in mon
tum è lapidibus excisum intulerunt.

Migrat è vita.

Sepelitur à fidelibus cū honore.

Fuit autē B. Marcus primus omniū qui in A
pti Alexandria Christi Ecclesiā suo sanguine
gnauit: Vir canis aspersus, oblōgo naso, sub
supercilio, pulcher oculis, recaluaster, prolix
ba, velox incessu, habitudinis optimę, ętatis
affectiōe continēs, ac gratia Dei repletus m

Forma S. Marci.

MARTYRIVM S. BASILEI EPISC

Amaseæ. ex ea quæ est per Iohannem Pres
Nicomediæ scriptum. Extat in Metaphrast

26. Aprilis.

CVm deuicto Maximino impio Christ
hoste Licinius totum sub se Orient
iugasset, pacemque tyrānorum armis
secutionibus fugatam diuina virtute quasi
minio reuocasset, accidit vt protinùs, vel p
rerum successibus elatus, vel dæmonis stim
Christianam Rempub. pace & otio const

tentem per suos satellites oppugnabat, concitatus
nouo furore ac scelere perturbaret. Nam cùm ad
eam vsque diem animum suum sceleris & perfidiæ
plenum simulata quadam fidei ac religionis specie
occultasset, tum impietatem adeò impudēti ac ne-
fario ausu expromere cœpit, vt impio deorum sa-
crificio se suosque omnes polluere non contentus,
omni nefanda libidine per summum scelus sum-
mamque virginum ac matronarum iniuriam con-
taminaret. Rapiebat scelestus violenta manu sena-
torias mulieres virginesque Dei hominumq; fidem
obtestantes, eosque in omnium conspectu ad suam
libidinem abutebatur. Ad hæc, infinitis calamitati-
bus alijs miseram gentem opprimere nō desistebat.

Licinij simulata religio.

Effrenis libido.

Quæ cùm pia Licinij coniunx magni Constātini
germani soror videret audiretque, miseræ gētis ca-
lamitates miserata clanculùm pium Imperatorem
per literas monuit vt Licinium per omnia libidinū
genera vagantem comprimeret, multosq; mortales
ab eius furore liberaret. Erat ea tempestate virgo
quædā Reginæ deputata obsequijs, moribus ac vi-
ræ integritate adeò eximia vt nihil in ea desiderari
posset. Hanc Licinius propter formę elegantiā cùm
deperiret, ad nefarium coitum per Benignum cubi-
culi sui præfectum inuitabat. Illa verò virginitatis
amatissima tota mente scelus detestabatur, ac viam
omnimodumq; exquirebat quo Licinij congressum
subterfugeret. Tandē ex Reginæ ipsius cōsilio, sum-
pta virili veste, in Armenię regionē aufugit inq; vr-
bem Amaseam peruenit: vbi à Quintio vrbis illius
viro cumprimis illustri hospitio excepta fuit. Erat
eodē tempore apud eundē Quintiū Basileus loci il-
lius antistes sanè eximius & virtutibus admirādus.
Is cùm templū insigni opere cōstrueret, magnaque

Licinij coniunx accusat maritum apud Imperatorem Constantinum.

Glaphyra virgo fugit impium Licinium.

Venit ad Basileum & suas ei offert facultates.

pecuniæ inopia laboraret, Glaphyra (hoc nam
virgini nomen erat) ingentem auri & argenti
qua donata à Regina abierat, in ædificationem
tulit, omnesque ferè facultates ad Basilei volun
tem liberaliter expendit.

Temporis deindè interuallo Licinius intell
Glaphyræ fuga facibus furoris inflãmatus mi
prouinciæ Præsidem edictum, quo virginum
cum Basileo Antistite ferreis constrictam vin
ad se mitti mandabat. Sed diuina factum est p
dentia vt antè vitam hanc miseram & caduc
meliore permutaret, quàm tyrãni vultum su
Itaque Prę̃ses ab omni humanitate & miseri
alienus accepto edicto sanctum Episcopũ co
hensum vinculisque adstrictũ ad Regem mis
vir sanctus multis in via onustus cõtumelijs
giam vrbem Nicomediam deductus, tetrum
carcerem coniectus. Assumpserat sibi diaco
os itineris & laborum suorũ comites, Parth
& Theotimum insigni pietate ac eruditione
quos ad futurum certamen verbis planè di
rili fortique animo subeundum hortatus est.

Glaphyra feliciter obit.

Basileus vinctus mittitur ad Licinium.

Iacebat vir sanctus humi prostratus tota
cælum mente intentus cùm subitò irrumpe
carcerẽ carnifices, dimissis iam antè diaco
scopum corripiunt, vinctũque ad regem de
Ibi post crimina falsò obiecta eaque diluta
rege sacrificare iussus est. Si faceret magno de
tus honore abiret; sin minùs diris excarn
supplicijs vitam cum morte mutaret. Basil
rò qui mente ac cogitatione in cælestibus h
bat calcatis huius mundi iam antè honoribus
uitijs respondit: Se nunquàm eò dementiæ p
pturum vt viles ac perituros honores semp

Vinctus ad regis tribunal trahitur.

Basilei responsum ad regem.

cælestis regni gloriæ proponere velit. His auditis rex mandauit Tribuno, vt capite truncatum in maris fluctus demergeret. Fuit continuò crudele regis ipsius mãdatum sacro Antistiti expositum: qui incredibili cum gaudio illud excipiens, dixit: nihil sibi potius in votis esse quàm capite nõ modò truncari, sed infinitos pro Christi nomine cruciatus sustinere.

Hanc animi constantiam Tribunus cùm intellexisset, iussit mediocriter flagellis cæsum capite plecti, ac truncum corpus maris fluctibus demergi. At episcopus ea sententia exultans certamen intrepido animo præstolatus est, vltroque inimici rabiem prouocauit: quò citiùs mortalitatis solutus ergastulo, desiderato Domini Dei sui conspectu fruerentur. Itaque fixis in terram genibus preces insigni sanè cum pietate ad Deum, cùm pro se, tum pro commisso sibi grege fudit, extentamque animo maximo ceruicem ferendam carnifici præbuit: vnaque percussus plaga præclaram martyrij palmam adeptus est. Corpus fuit in mare piscibus deuorãdum præcum capite obiectum: sed ô immensam Dei bonitatem, qua ipsa etiam cadauera eorum, qui pro nominis eius gloria decertant, prosequitur. Eccè enim Parthenius & Theotimus nocturna visione à Deo admoniti vt preciosas illas reliquias ad dextrum vrbis sinum piscarentur, misso in mare reti corpus ità capiti coniunctum extraxerunt, vt sola sectionis vibex in sacro illo collo inueniretur: nec tantùm ab omni corruptione liberum sed tanta insuper odoris suauitate refertum, vt incredibilem omnium naribus voluptatem, iucundissimumque oculis spectaculum præberet.

Flagellis cæsus capite plectitur.

Corpus eius capiti diuinitus iunctũ ex aquis extrahitur.

Funus multis fuit lachrymis prę gaudio fusis cu-

ratum & Amaseam in templum nuper ab ipso an-
tistite constructum, illatum: vbi inter alia sancto-
rum martyrum corpora admirandis operibus cla-
rum, maximum loci illius incolis solatium in-
bus asperis præstat.

VITA BEATISSIMI RICHARII PRE-
*sbyteri. ex ea quam Albinus Flaccus ad Carolū Im-
peratorem scripsit. Claruit circa annū Domini se-
centesimum trigesimum.*

26. Aprilis

Richarij paria.

TEmporibus Dagoberti Francorum regis g-
riosissimi, Richarius quidam in villa Ce-
la prouinciæ Pontinæ nō tam natalium spi-
dore, quàm morū honestate ac omni probitate
lustris, velut quidam lucifer inter vmbras orien-
micuit. Contigit autem illo tēpore duos sacer-
tes, quorū prior Caidocus vocabatur, virtutū
niū meritis ac præcipua sanctitate florentes de
berniæ partibus ad Pontinas peruenire regione
optimam diuini verbi semētem in terram ster-
prorsusque incultam iacerent. Sed cùm à loci
rusticis propter morū insolentiam, non modò
admitterentur, sed quāplurimis etiā affecti in-
à finibus illis expellerentur, Richarius impijs
conatibus obsistēs, Christi seruos de manib' im-
rum ereptos domū suā deduxit: ac singulari
benignitate fouit. Intereà cū quotidiè de reb-
uinis mirabili eloquentię suauitate dissererent,

Eius conuersio.

chariū adeò diuini amoris igne inflāmarunt, vt
lictorum etiam leuissimorū memor incredibi-
chrymarum vim profunderet summaq; cōten-
ad summā vitæ innocentiā ac mentis puritatē
raret. Itaq; mox tam dira castigatione corpus
strinxit, vt post lōga & diuturna ieiunia, pane

deaceo cinere mixto, & aqua lachrymis tempera- Abstinentia eius admiranda.
tu, fessum ieiunijs corpusculum refocillaret: deuo-
tusque Christi athleta contra inimici insultus vigi-
lijs & orationibus tanta instantia militabat vt plu-
rimos suo exemplo à prauitate vitę ad omne hone-
statis studium inuitaret: prorsùs vt dignis successi-
bus ad sacerdotalem honorẽ proueheretur, quô li- Fit Presbyter.
beriùs maioreque cum auctoritate ac gratia diui-
nis suis sermonibus, quibus pollebat plurimũ, pro-
fligatos hominum mores reformaret, & extinctam
vbique pietatis lucem nouo splendore excitaret.

Quod sanè quãta cum dexteritate ac fructu præ-
stiterit nulla vis orationis explicare potest. Nam
populus qui effrenata priùs mente in scelerum om-
nium licentiam ruebat, & obstinata mente verba
vitæ repellebat, adeò eius prædicatione repẽtè im- Fructus concionũ eius.
mutatus est, vt præclara quædam fidei incrementa
susceperit, atque egregijs pietatis operibus conce-
pram fidei vim declarauerit. Richardus autẽ vt om-
nibus virtutum ornamẽtis populum exornaret, ad-
mirabili sanctitatis exẽplo laborabat. Quicquid in
stipendia prædicationis populus sponte obtulisset,
mox pauperib⁹, quorũ patrociniũ insigni alacritate Benignitas eius in pauperes.
gerebat, distribuebat, indignũ planè reputans, eũ de
crastino presentis vitę cogitare, q æternę vitę diui-
tias anhelat accipere. Hinc vndiq; ad eũ infirmi con-
fluebãt: quos lęto hilariq; suscipiẽs animo suauissi-
mis primũ cõsolationib⁹ fouebat, deindè necessita-
tib⁹ eorũ larga manu succurrebat, sauciaq; eorũ cor-
pora tãto charitatis studio tractabat: vt nec lepro-
sorũ qdẽ deformia fœtidaq; mẽbra horreret. Ege-
nos vagosq; ad domũ suã euocabat, & opẽ benigni-
tatis suæ vltrò offerebat, eosq; pecunijs ac vestimẽ-
tis instructos ita à se dimittebat vt etiã magno se ab

eis be-

eis beneficio affectum existimaret. Vndè tantus
honor accreuit vt populus inter se beneficijs ac mu-
neribus in eum conferendis certaret, & tãquàm ca-
licolam quendam in terris coleret.

Et quidem vir sanctus oblata quęlibet eo anim
acceptabat, vt eadem in pauperum solatia dis-
bueret. Cumq; alios occultis diabolica fraude pe-
catorum vinculis obligatos per sedula prædicat-
nis hortamenta solueret; tum alios seculari cap-
uitate oppressos, pecuniæ largitione redime-
carnalique seruitute liberatos ad suauissimam
cundissimamque Christi seruitutem conuert-
Neque solùm in his regionibus, nocturnas suo
ortu discussit vmbras, sed in vltramarinis etiã
tanniæ partibus cæcas ignorantiæ tenebras su-
uentu expulit, tantoque lumine illustrauit vt c-
cti eius se beneficijs diuites factos gauderent, e-
benignitatem ac sanitatem miris laudibus ac p-
conijs celebrarent.

Captiuos redimit.

Exacto autem prædicationis in Britannia
cio, cum multiplici verbi Dei fructu in patriam
uersus est: vbi tanto se ardentiùs seruituti Dei
egit, quanto sibi viciniorem remunerationis
esse cognouit. Cumque magnos sibi cùm à Reg-
goberto tum à cæteris nobilibus ac plebe de-
vniuersa honores deferri cerneret, voluit sa-
ad eremum fuga eos declinare, ne perpetuos
cælestes vel amitteret vel certè manifestum
riculum adduceret. Itaque Tristiacensem cum
comite ingressus syluam tuguriolum ibidem
struxit, solique Deo ac animæ puritati inten-
gnam cælesti patria vitam exegit. Neque tam
clausa eremi angustia lucis columna latere po-
quin potiùs sui fulgoris radijs longè lateque

Fugit ad eremum.

innotuit. Quapropter vndique ad hominem Dei diuersis fatigati infirmitatibus confluxerunt, quos orationis suę medicamine sanauit, omnesque ad se quocunque morbo afflictos venientes, vel tristitiæ cuiuslibet rãcore angustiatos, sanos hilaresque domum remisit.

Ægrotos & infirmos ad se venientes sanat.

Intereà dum pius Pater omnibus benignè consulit, præscius diei, quo ex hac vita ad æternã vocandus erat, Sigobardum commilitonem suum euocauit, eique præcepit vt funeri necessaria præpararet. Quo dicto totus lachrymis perfusus discipulus lignum quęsiuit, è quo aptos sacro Patris corpori loculos formaret: quod inter aptandum tot penè fletibus rigauit quot ictibus percussit, & amaris antè lachrymis, quàm paternis membris impleuit. Interim dum sancto Patri magna cum tristitia pius filius pararet obsequium, validiore oppressus infirmitate inter orationis verba feruentesque gratiarũ actiones spiritũ efflauit. Fuit corpus manibus ipsius discipuli in sepulcrum à se præparatum, repositum, ac ingenti lachrymarum imbre curatum. Sed dictu mirum, cùm discipulus inter paternas exequias prænimio luctu, graui oppressus somno humi decũberet, eccè vidit in aula incredibili splendore decorata luceque Solis clariore inambulãtem Richarium, sibique de præclara illa mansione pro vili abiectoque tugurio mirificè gratulantem, & Christi bonitatem hymnis ac canticis extollentem. Vnde Sigoberdus ingenti cum gaudio euigilans lætior exequiarum opus prosecutus est, Deo disponente, vt & filius à luctu gemituque consolaretur & patris gloria ad notitiam omnium perueniret.

Moritur S. Richarius.

Visio Sigoberdi discipuli eius.

Non multò pòst Abbas Ocialdus qui monasterio in Centula sanctissimis disciplinis optimè constituto

Corpus eius Centulam transfertur.

ſtituto cum pari pietatis laude præerat ſanctiſſim
viri corpus ſummo cum honore ac gloria trãſtul
ſuoq; in monaſterio honorificè collocauit vbi mul
tis admodum miraculis clarum, immenſa opem
ius dignè implorantibus, & corporis & animæ bo
neficia largitur, pręſtãte Domino noſtro Ieſu Chri
ſto à quo omnis ſanctitatis laus & miraculor
virtus ad nos dimanat.

MARTYRIVM S. ANTHIMI EPISC
pi Nicomediæ. ex eo quod eſt apud Metaphra
Succeßit hic S. Cyrillo eiuſdem ciuitatis Epiſcop

27. Aprilis

ANthimus in præclara nobiliq; ciuitate
comedia oriundus eam ab infantia pie
ac modeſtię prę ſe faciem tulit, vt nihil
ribus illius ornatius, nihil vitę integritate cand
us videretur. Erat adoleſcens adhuc adeò Chri
næ philoſophiæ deditus, tãtaq́ue grauitate mo
præditus, vt ſolo vultu oculisq́ue, è quibus ad
bile pietatis ac prudentiæ ſpecimen elucebat,
ad virtutis ſtudium excitaret, & quaſi quibu
amoris diuini facibus inflammaret. Hinc cu
hominis virtus in oculis & ora omnium verſa
ad ſacerdotij dignitatem, magnum id tempor
noris gradum euectus eſt: nec multò pòſt, ſub
è viuis Nicomediæ antiſtite, cõmuni omnium
fragio in cathedrã eius fruſtrà reluctans collo

Admiranda in adoleſcẽte morũ grauitas & pietas.

Fit Sacerdos & Epiſcop⁹.

Ille verò cùm ſacri iſtius muneris functio
lis precibus nullaq́ue arte ſubterfugere poſſe
dentiſſimi gubernatoris inſtar vtraque manu
arripuit, ſummisq́; viribus laborauit, vt cõm
ſibi eccleſiæ nauem, ſedatis impietatis fluctib
optatũ ſalutis portum dirigeret. Quod ſane q
pru

prudentia & constãtia præstiterit, testes sunt Indes & Domna, qui relicto Imperatore, & omnibus huius mũdi honoribus ac diuitijs spretis studio & labore Anthimi assiduo, ad fidem pietatemque adducti sunt. Testes etiam sunt Glycerius & Theophilus qui pietate huius viri excitati intrepidè mortis aculeum pro Christi nomine acerbissimum superarunt. Testes postremò viginti martyrum millia qui voracibus flammis corpora sua obijcere non dubitarunt, quò haustam ab Anthimo fidei ac pietatis formam in extremum iudicij diem conseruarent.

Indes & Domna per Anthimum cõuertuntur.

Glycerius & Theophilus martyres.

Viginti martyrũ millia.

Ea tempestate Maximianus Imperator Christianorum sanguine ebrius grauissimam longè lateque persecutionem excitauerat. Cumque alij ad vincula, alij ad supplicia & crucem traherentur, Anthimus virtutum splendore inprimis illustris nequaquam latere potuit. Degebat vir sanctus in pago Semana, vbi dum verba vitæ populo ministraret, missus à Maximiano viginti equitibus haud parùm diligenter ad vincula & necem quæsitus est. Cumque errabundi in ignotum incidissent, auideque ex eo loco cuperent, vbinam locorum antistes Nicomedia degeret, ille cernens diu desideratam iam adesse martyrij palmam, eos benignè admodùm hospitio excepit, appositisque dapibus ad epulas eos hortatus bono animo esse iussit, se Anthimum illis adducturum. Igitur solutis liberisque animis illis epulantibus Anthimus in medio ciborum apparatu exurgens: O optimi, inquit, ac strenui milites, ego sum is qui hactenùs tanto à vobis labore ac sudore quæsitus est. Estote animo bono hilarique vt expleti moderatis epulis Maximiano me sistatis. Hijs auditis equites stupore propemodùm oppressi conticuêre, ac venerandos illius canos reuerenti ne ocu-

Maximianus Imperator.

Anthimus se vltrò hostibus prodit.

ne oculos quidem in eum figere præsumpserunt. Cumque ex vna parte animis reputarent insignem viri beneuolẽtiam oblatumque gratis cum magno cibi ac potus apparatu hospitium: ex altera vero intolerandam Maximiani tyrannidem cogitarent, ingenti pudore suffusi, scelus, propter quod venerant, execrati sunt Anthimoque sine fine gratias agentes liberam abeundi facultatem concesserunt.

Anthimus conuertit milites qui ad se capiendũ venerant ad Christum.

Eos baptizat.

At ille incredibili martyrij cupiditate incensus statim luculẽta oratione de pietate ac recta in deum fide ad eos disseruit tanta auctoritate ac gratia vt profligatis ex eorum mentibus errorum tenebris omnes ad Christum adduxerit: & salutari regenerationis lauacro expiatos admirando quodam gaudio & exultatione perfuderit. Tùm verò ipse in omnes futuri certaminis iter ingressus manibus a tergo reuinctis ad tyranni tribunal peruenit: sed vltrò in conspectum eius obtulit. Imperator autem vt tantam animi eius magnitudinem frangere satis protinùs cruciatuum instrumentis sic eum fatus est: Túne es ille Anthimus qui innumerabilibus deos nostros afficis contumelijs, & rudem plebeculam tecum in eandem impietatem trahis? Ad hæc Anthimus leniter subridens: Certè, inquit, Imperator, ne ad hæc quidem tibi respõderem, si execrabilis tua impietas vel tacere etiam volentem prouocaret. Nam anteà quidẽ mentis tuæ errorem vehementer deplorabam cùm intelligerem te omnibus quibusdam simulacris diuinos honores tribuere; nunc verò cùm speras me tuis vel minis supplicijs in eandem animi pestem pellendum, animo hæc feram? Deliras planè Imperator, deliras inquam, si credis me cruciatibus à Christi confessione vel amore auelli posse. Oportet vt ac

Vltrò se sistit Imperatori.

Præclarè respondet Imperatori.

rum subijcias oculis qui animo pusillo & angusto pluris lubricas huius vitæ voluptates, quàm cælestes delicias nulla vnquàm ægritudine cõtaminandas faciunt.

Hæc cũ sacerdotio magnus & decertatione maior Anthimus disseruisset Imperator subiũxit: Sunt hæc quidem inania verba sed exitus acta probabit; iussitque durissimis sancti martyris ceruicem lapidibus verberari. Ille autem tãquàm certaminis sui primitijs iam decoratus magno exultabat gaudio grauioraque supplicia desiderans exclamabat: Dij, qui cælum terramque non fecerunt, pereant. Hac contumelia grauiter commotus Imperator, talos martyris ferreis iussit fibulis igne candẽtibus transfigi; atque in solum acutis stratum testis prosterni, virgisque crudelissimè cædi. Cumque martyr inuicto æquè animo in tormentis persisteret, tyrannus inita ei tibialia adhibuit, summaque contentione laborauit vt suppliciorum acerbitate generosum athletæ animum vinceret. Sed cùm ijs tormentis acerbius torqueretur, animoque in medijs cruciatibus deficere videretur demissam cælitùs vocem audire visus est: quę & labãtes vires reparabat, & amplissima cum insigni victoria præmia spondebat. Tum verò vultu animoq; protinùs alacrior factus non modò non concidit, sed mira cordis tranquillitate ipsum Imperatorem stupescentem affatus est: Ceu conuincam te inani religionis opinione tuidum deos colere & Christi nomen blasphemijs sectari.

Ceruix martyris lapidibus tũditur.

Horrendum supplicium.

Vox cælitus missa eum confortat.

Hac libertate dicendi lacessitus Maximianus iubet martyrẽ rotæ alligatum sine intermissione verberari carnesque ignitis lampadibus paulatim exuri. Sed carnifices (ò immensam Christi potentiam &

Alligatur rotæ.

bonitatem) cùm admotis sacro corpori lam-
bus martyrem se totum flammeum facturos
rent, humi protinùs strati conciderent ac
bus è manibus cruciatuum instrumentis
sopore quodam graui oppressi permanserunt.
verò Maximinus furore incredibili inflamatus
ledictis carnifices insectari, & tertio quoque
stolidos, socordes, ac effœminatos appellare.
li ingenti timore ac horrore perfusi membra
nibus trepidare, seseque nullo modo spl
trium virorum, qui immenso coruscantes
Anthimo astabant, ferre posse clamabant.
autem in precibus & hymnis exultans diui
des concinebat tyrannũque ignem præ nimi
re spirãtem multò maioribus afficiebat su

Carnifices prosternuntur.

Martyr in carcerem deducitur.

Itaque Maximianus constãtia tanti mart
ctus solutum è rota, ferreis vinctum catenis
leficorum iussit deduci carcerem. Sed accid
lutis in via diuina virtute catenis nouo lict
raculo percelleret, & admirabili spectacul
faceret. Cumque humi strati trepidarent,
manu sua sublatos cœptum iussit iter perge
comitantibus lætus carcerem ingressus est.
non pauci propter scelera vinculis astricti
uentu pijsque sermonibus adeò recreati su
totos ei sanandos traderent, nullosque pr
labores in peccatorũ remissionem recula
vir sanctus Christo conciliauit aquisque
bus à sordibus peccatorum ritè purgatos
uos cælestis regni filios effecit. Maximian
cùm maiora impietatis suę damna ab eo p
rursùs è carcere eductum pro tribunali in
præmia ac summi sacerdotis deorum ei
obtulit: si thura dijs adolere vellet. Sed Ac

Maleficos in carcere ad pœnitentiã adducit & baptizat.

Maximian pro tribunali ei blandi-

irrisa Imperatoris dementia, Ego, inquit, summi il- tur & munera promittit.
lius & præclari Pastoris & Pontificis Iesu Christi
Sacerdos sum, cui meipsum sacrificium offero. Dij
autem vestri & eorum dignitates planè omni sunt
ludibrio ac contumelia dignissimi.

His ira percitus Imperator, iubet generosum
athletam capitalem subire sententiam, qui dubia Capite plectitur martyr.
minimè futurorum bonorum spe exultans, cōstan-
ter ceruicem lictoris gladio subiecit, ac desidera-
tam diu martyrij coronam gaudens percepit. Cor-
pus eius fuit magno fidelium gaudio in eodem cer-
taminis loco honorificè tumulatum.

---

*MARTYRIVM SS. VITALIS ET VALE-
riæ eius coniugis. ex actis SS. Geruasij & Protasij,
quæ S. Ambrosius in sua Epistola scripta reliquisse
putatur.*

Vitalis & Valeria optimi sanctissimique san- 28. Aprilis.
ctorum filiorum ac martyrum Geruasij &
Protasij parentes fuêre: coniuges tantis ex-
tis disciplinis tantisque ornati virtutibus, vt &
filij sanè perquā eximia martyrij gloria co-
ronari meruerint. Vitalis enim cùm multis magnis- Vitalis cum Paulino iudice Rauennam veniēs qnendam in certamine martyrij trepidantem confirmat.
tibus mundi suffultus honoribus, cōsularis mi-
nistraret, & cum iudice suo Paulino Rauennam ve-
niret, cerneretque ibidem hominem Christianum,
natione Ligurem, arte medicum, quem Vrsicinum
appellabat, post varia tormenta egregia fortitudi-
ne superata, ad capitis sententiam subeundam ve-
nientem trepidare, pedemque ab instituto certa-
mine inani perculsum timore retrahere voce ma-
gna exclamauit: Noli, noli, Vrsicine medice, qui a-
lios curare cōsueuisti, teipsum æternæ mortis iacu-
lo vulnerare. Noli quæso coronam à Dño tibi præ-

paratam perdere, qui per tot tantaque supplicia
Palmam peruenisti. Locus enim Christianorum
putatus certaminibus, Ad Palmam, vocabu-
mirùm quòd magna palmarum arborum fre-
tia celebris esset. Itaque Vrsicinus Vitalis voc-
metu & timore ad constantiam reuocatus sing-
xis in terram genibus capitalem sententiam
excepit: &, palmã martyrij adeptus ad cæl-
migrauit. Vitalis verò peracto feliciter cer-
martyris corpus rapiẽs, intrà Rauennatium
sepeliuit; expletisque debito cum honore
ræ obsequijs, ad iudicem vltrà venire con-
Magna profectò inuictissimi militis Chri-
magnũ pectoris robur, qui de suo periculo
securus, de alieno solicitus, vno verbi re-
micum percussit, & claudicantem inflicto
socium ad agendum viriliter excitauit.

Locus Ad Palmam.

Vrsicinus martyr.

Paulinus iudex comprehendit S. Vitalem.

Paulinus igitur cõsularis iudex partim
temptu irritatus, partim Christianæ pietat-
offensus comprehensum eum in eculeo le-
sit, vt victus cruciatuum tormentis idolis
ret. Cui Vitalis in medijs supplicijs: Infir-
tuæ menti dominatur stultitia, qui cùm a-
riculo deceptionis liberare studuerim,
fraudem ac pestem animæ corporisque
nam pellendum putas. Tunc Paulinus
mixta repletus martyrem ad Palmam de-
sit, ibidemque pubetenus in terram defo-
bus obrui. Sacerdos autem quidam Apo-
tale consilium suggesserat, protinùs à dra-
reptus eodem in loco septem continuos
gumenus exclamabat: Incendis me sanc-
martyr Christi, & crucias me. Die verò
diabolo præcipitatus, in flumine expira-

Deducitur martyr ad Palmam, & lapidibus obruitur.

Vltio diuina in interfectore eius.

...sus autem Christi martyr, iuxta ciuitatē Rauen-
...atium sepultus res ibidem admirandas suis orati-
...bus gerit; ac præclara beneficia omnibus opem
...ius implorantibus præstat.

Valeria autē eius coniunx audita beatissimi con-
...gis morte, non auidos peruasores suis possessio-
...bus timuit, non potentioris cuiuslibet patrocini-
...m quæsiuit, non more viduarum dispersas vbi-
...que res suas in tuto colligere studuit: sed castis-
...mi coniugij fidem seruans, ad impendendum fu-
...eris obsequium de Mediolanensi vrbe vsque Ra-
...ennam mirabili feruore peruenit. Non illam de-
...ruit tam longi itineris difficultas, non retinere
...uit metus amittendę possessionis, non eam con-
...laris immanissimus furor à Rauennæ finibus ex-
...rbuit. Illuc quippè erectus eius spiritus medul-
...tus intendebat, quò beatissimum virum, calcata
...m morte, præcessisse cognouerat. Gaudebat ab
...minibus vxor martyris appellari, sed multò ine-
...rabiliùs æstuabat eadem martyrij gloria coro-
...ri. Quapropter cùm à Christianis esset prohibi-
...& ab ipso martyre in visione admonita nè sa-
...as reliquias optimè collocatas turbaret, neve
...eri quadam translatione violaret, ad vrbem Me-
...olanensem reuerti constituit. In via autem ido-
...latus Syluano sacrificantes incurrit, qui eam ad
...fatas epulas inuitabant. Illa verò constanter vo-
...que libera, reiectis cum indignatione pollutis e-
...lijs, Christiana, inquit, sum: neq; vllo mihi mo-
...licet de Syluani dij vestri sacrificijs vesci. At il-
...hæc audientes adeò districta cæde eam mactarūt,
...via seminecem sui homines ad Mediolanensem
...bem perducerent: ità vt intra triduùm martyrij
...ctiori doloris effecta ad Dominum migraret.

Valerię eius coniugis egregia virtus.

Eius martyrium.

MARTYRIVM S. THEODORAE V

ginis. à S. Ambrosio scriptum lib. secundo de V
nibus. Passa autem est quarto Kal. Maij, & qu
Alexandriæ non Antiochiæ. quemadmodum
riorum vitio in Ambrosio legitur.

28. Aprilis.

NVper Alexandrię virgo quædam incre
pulchritudine, quo magis virorũ e
conspectũ eo ampliùs incendebat. P
tudo enim audita, nec visa, plùs desideratur
stimulis cupiditatum amoris & cognitioni
& nihil occurrit, quod minùs placeat, & pl
tur esse quod placeat, quod nõ iudex oculis
rat, sed animus amator exoptat. Itaque sanc
go, nè diutiùs alerentur potiendæ spe cup
integritatem pudoris professa, sic restinxit
borum facies, vt nõ iam amaretur, sed prod
Ecce persecutio. Puella fugere nescia, certe
nè incideret in insidiatores pudoris animi
tutem parauit tam religiosa, vt mortem m
ret: tam pudica vt expectaret. Venit coro
Maxima omniũ expectatiõ. Producitur pu
plex professa certamẽ & castitatis & relig
vbi viderunt constantiam professionis, m
doris, paratam ad cruciatus, erubescentem
spectus, excogitare cœperunt quemadmod
cie castitatis religionem tollerent, vt cùm
lissent, quod erat amplius, etiam id eriperen
reliquerant. Aut sacrificare virginem, aut
prostitui iubent. Quomodo deos suos c
sic vindicant? aut quemadmodùm ipsũ v
ità iudicant? Hic puella non quòd de relig
bigeret, sed de pudore trepidaret, ipsa sec
agimus? Hodiè aut martyr, aut virgo al

Theodora virginitatẽ profitetur.

Duplex certamen castitatis & religionis.

inuidetur corona. Sed nec virginis nomen agnoscitur, vbi virginitatis auctor negatur. Nam quemadmodùm virgo, si meretricem colas? quemadmodum virgo, si adulteros diligas? quemadmodũ virgo si amorem petas? Tolerabilius est enim mentem virginem, quàm carnem habere. Vtrumque bonum si liceat; si non liceat, saltem non homini castæ, sed Deo simus. Et Rahab meretrix fuit, sed postquàm Deo credidit, salutem inuenit. Et Iudith se, vt adultero placeret ornauit: quæ tamen quia hoc religione, non amore, faciebat, nemo eam adulteram iudicauit. Benè successit exemplum. Nam si illa quæ se commisit religioni, & pudorem seruauit & patriam: fortassis & nos seruando religionem seruabimus etiam castitatem. Quod si Iudith pudicitiam religioni præferre voluisset, perdita patria, etiam pudicitiam perdidisset. Itaque talibus informata exemplis simul animo tenens verba Domini, quibus ait: Quicunque perdiderit animam suã propter me, inueniet eam: fleuit, tacuit, ne eam vel loquentem adulter audiret: nec pudoris elegit iniuriam, sed Christi recusauit. Existimate, vtrùm adulterare potuerit corpus, quæ nec vocem adulterauit. Iamdudùm verecũdatur oratio mea, & quasi audire gestorum seriem criminosam atque explanare formidat.

Meretricem Venerẽ dicit.

Ios. 2. & 6.

Iudith 10.

Claudite aurem virgines: ducitur puella Dei ad lupanar: sed aperite aurem virgines Dei: Christi virgo prostitui potest, adulterari non potest. Vbicunq; Dei virgo est, Dei templum est. nec lupanaria infamant castitatem, sed castitas etiam loci abolet infamiam. Ingens petulantium concursus ad fornicem. Discite martyrũ miracula sanctę virgines, dedisce locorũ vocabula. Clauditur intùs columba,

Adducitur ad lupanar S. virgo.

ſtrepunt accipitres foris: certant ſinguli, quis p
dam priùs inuadat. At illa manibus ad cęlum e
tis, quaſi ad domum veniſſet orationis, non ad
dinis diuerſorium: Chriſte, inquit, qui dom
virgini feros leones, potes etiam domare hom
feras mentes. Chaldæis rorauit ignis, Iudæis
da ſuſpendit, miſericordia tua, non natura ſua
ſanna ad ſupplicium genu fixit, & de adulte
triumphauit: aruit dextera, quæ templi tu
violabat. Nunc templum ipſum attractatur
ne patiaris inceſtum ſacrilegij, qui nõ paſſus
tum. Benedicatur & nunc nomen tuum, vt q
adulterium veni, virgo diſcedam. Vix com
rat precem, & eccè vir militis ſpecie terrib
rupit. Quemadmodum eum virgo vt vidit,
it, cui populus tremens ceſſit? Sed non illi
mor lectionis: Et Daniel, inquit, ſupplicu
ſannæ ſpectaturus aduenerat, & quá popul
nauit, vnus abſoluit. Poteſt & in hoc lupi
ouis latere. Habet & Chriſtus milites ſuos,
legiones habet. Aut fortaſsè percuſſor intra
vereare animą; talis ſolet martyres facere. O
fides tua te ſaluam fecit. Cui miles, nè quæ
as ſoror. Frater huc veni, ſaluare animam,
dere. Serua me, vt ipſe ſerueris. Quaſi ad
greſſus, ſi vis, martyr, egrediar. Veſtimenta
mus: conueniunt mihi tua, & mea tibi, ſed
Chriſto. Tua veſtis me verè militem faciat,
virginé. Benè tu veſtieris, ego meliùs exuar,
perſecutor agnoſcat. Sume habitum, qui ab
fœminam: trade, qui conſecret martyrem.
re chlamydem, quæ occultet membra virg
uet pudorem. Sume pileum, quod tegat cr
condat ora. Solent erubeſcere, qui lupanar

Teclã dicit.
Daniel. 3.
Ioſ. 3.
Daniel. 13.

Vide egregij militis exemplum.

rint. Sanè cùm egressa fueris, nè respicias retro, memor vxoris Loth, quæ naturam suam, quia impudicos licèt castis oculis aspexit, amisit. Nec vereare, nè quid pereat sacrificio. Ego pro te hostiam Deo reddo, tu pro me militem Christo. Habes bonam militiam castitatis, quæ stipendijs militat sempiternis: loricam iustitiæ, quæ spiritali munimine corpus includat: scutum fidei, quo vulnus repellas: galeam salutis. Ibi enim est præsidium nostræ salutis, vbi Christus: Quoniam mulieris caput vir, virginis Christus.

Et inter hæc verba chlamydem exuit: suspectus tamen adhuc habitus & persecutoris & adulteri. Virgo ceruicem, chlamydem miles offerre. Quæ pompa illa, quæ gratia, cùm in lupanari de martyrio certarent? Addantur personæ, miles & virgo, hoc est, dissimiles inter se natura, sed Dei miseratione consimiles, vt compleatur oraculum: Tunc lupi & agni pascentur simul. Eccè agna & lupus non solùm pascuntur simul, sed etiã immolantur. Quid plura? Mutato habitu euolat puella de laqueo: & egreditur de lupanari virgo, sed Christi. At illi, qui videbant oculis, & non videbant corde, ceu raptores ad agnam, lupi fremere ad prædam. Vnus, qui erat immodestior, introiuit: sed vbi hausit oculis rei veritatem: Quid hoc, inquit, est? Puella ingressa est, vt videtur. Eccè non fabulosum illud, cerua pro virgine: sed quod verum est miles ex virgine. At etiam audieram, & non credideram, quòd aquam Christus in vina cõuertit. Iam mutare cœpit sexus. Recedamus hinc, dum adhuc qui fuimus, sumus. Aliquid & ipse mutatus sum qui aliud cerno quàm credo? Ad lupanar veni, cerno vadimonium: & tamen mutatus egrediar: pudicus exibo, qui adulter

Vide certamen pietatis.

Esa. 66.

Ioan. 2.

intraui. Iudicio rei, quia debebatur tanto corone victori, damnatus est pro virgine, qui pro virgine comprehensus est. Ità de lupanari non solùm virgo, sed etiam martyres exierunt.

Certant inter se virgo & miles de nece.

Fertur puella ad locum supplicij cucurrisse, et tasse ambos de nece, cùm ille diceret: Ego sum ... sus occidi: te absoluit sententia, quandò me ... At illa clamare: Non ego te mortis vadem eleg... prædem pudoris optaui. Si pudor quæritur ... nexus: si sanguis exposcitur, fideiussorem non ... dero: habeo vndè dissoluam. In me lata est ista ... tentia, quæ pro me lata est. Certè si pecuniæ te ... iussorem dedissem, & absente me iudex tuum ... sum fœneratori adiudicasset, eadem me sente ... conuenires, meo patrimonio soluerem tuos ... Si recusarem, quis me indignam morte cen... Quanto maior est capitis huius vsura? Mor... nocens, nè moriar nocens. Nihil hic medium ... hodiè aut rea ero tui sanguinis, aut martyr me ... citò redij, quis me audet excludere? Si mor... ci, quis audet absoluere? Plus legibus debe... non solùm fugæ meæ, sed etiam cædis alienæ ... ciunt membra morti, quæ non sufficiebat ... Est in virgine vulneri locus, qui non erat con... liæ. Ego opprobrium declinaui, non martyr... bi cessi. Vestem, non professionem mutaui. Q... mihi præripis mortem, non redemisti me, ... cumuenisti. Caue quæso contendas, caue con... cere audeas. Noli eripere beneficium, quod ... sti. Dùm mihi hanc sententiam negas, illam ... tuis superiorem. Sententia enim, sententia po... ore mutatur. Si posterior me non tenet, tenet ... rior. Possumus vterque satisfacere sententiæ ... priùs patiaris occidi. In te non habent aliam ...

exerceant, pœnam: in virgine obnoxius pudor est. Itaque gloriosior eris, si videaris de adultera martyrem fecisse, quàm de martyre adulteram reddidisse.

Quid expectatis? Duo contenderunt, & ambo vicerunt: nec diuisa est corona, sed addita. Ita sancti martyres sibi inuicem beneficia conferentes, altera principium martyrio dedit, alter effectum. At etiam Philosophorum gymnasia Damonem & Pythiam Pythagoreos in cælum ferunt: quorum vnus cùm esset morti adiudicatus, cõmendandorum suorum tempus poposcit. Tyrannus autem astutissimus, quod reperiri non posse existimaret, petiuit vt sponsorem daret, qui pro se feriretur, si ipse faceret moram. Quid de duobus præclarius, nescio. vtrumque præclarum. Alter mortis vatem inuenit, alter se obtulit. Itaque dum reus moram supplicio faceret, fideiussor vultu sereno mortem non recusauit. Cùm duceretur, amicus reuertitur: ceruicem substituit, colla subiecit. Tunc admiratus tyrannus chariorem Philosophis amicitiam, quàm vitam fuisse petiuit, vt ipse ab his, quos damnauerat, in amicitiam reciperetur. Tanta virtutis est gratia, vt & tyrannum inclinaret. Digna laude, sed minora nostris. Nam illic ambo viri: hic vna virgo quæ primò etiam sexum vinceret. Illi amici, isti incogniti. Illi tyranno vni se obtulerunt, isti pluribus, hoc etiam crudelioribus, quòd ille pepercit, isti occiderunt. Inter illos in vno obnoxia necessitas, in his amborum volũtas libera. Hoc quoque isti prudentiores, quòd illis studij sui finis, amicitiæ gratia: istis, corona martyrij. Illi enim certauerunt hominibus, isti Deo.

Vide Valerium Maximũ lib. 4. cap. 4.

VITA S. HVGONIS V. ABBATIS CLVniacensis. ex ea quæ est per Hugonem monachum Cluniacensem, eius æqualem. Obijt autem vir sanctus anno Domini 1109.

29 Aprilis.

S. Hugonis parentes.

HVgo in Burgundia ex illustri nobilium prosapia oriundus, patrem habuit Dalmatium principem egregium, ac Samurẽsi dominum inprimis illustrem: matrem verò Erenburgem, cum generis nobilitate, tùm multò magis pietate ac integritate vitæ præclaram. Puer autem Hugo optimis à natura informatus moribus cùm aulicorum intemperantiam ac luxum horreret, totaque mente pietatis esset studio deditus, inuitis parentibus ad monasterium tanquam tranquillum vitæ portum confugit, sanctique Odilonis Cluniacensis Abbatis magisterio alacriter se subiecit. Itaque ad monasticæ vitæ disciplinam benignè admissus, tamen mox virtutibus florere cœpit, vt paulò pòst ad Prioris officium assumptus fuerit, ac deindè, subsequenti ex hac vita beato Odilone, Abbatis munere ac honore decoratus.

Confert se ad monasterium.

Fit prior.

Item Abbas

Hanc verò muneris dignitatẽ quàm eximia cum pietatis ac sanctitatis laude administrauerit: quantis miraculorũ virtutibus ornauerit quis verbis consequi poterit? Dæmones hominibus morbundis infesti ad eius conspectum trepidabant, lictisque ægris, quos in extremo spiritu acriùs impugnare solent, ad eius aduentum recedebant. Nauit hoc Stephanus Papa qui apud Florentiam morbi oppressus decumbebat, ac dæmonis infestatione in angustias redactus, huius viri sancti adiutu ita recreatus fuit: vt planè fateretur importunè dæmonem eius accessu in fugam conuersum, se

Stephanus Papa in extremis à dæmonis impugnatione aduentu S. Hugonis deenditus.

à maximis animi angoribus mirificè liberatũ esse. Nec mirum sanè quòd dæmones adeò eum reueriti sint qui tanta & corporis & mentis castitate vigebat, vt mirabili quodam acumine intimos animorum recessus abditaq; ibidem peccata perspiceret. Occulta vitia nouit S. Hugo.

Cùm tempore quodam cum viris auctoritate præcipuis in campum venatorium conciliandæ pacis venisset inter alios adfuit quidam pessimo fœdatus crimine. Quem vir sanctus eminùs intuens ad se vocauit, aitque: Quomodò tu, qui nefario infectus crimine dæmonis te voluntati subdidisti, huc venire presumis? Illo autem admirante pariterque indignate quòd crimen occultum esse existimaret, Hugo confestim sceleris fœditatem ei aperuit. Qui cum illud inficias ire non posset obstupuit, aliosq; omnes in magnam Hugonis admirationem pertraxit: prorsùs vt deinceps alij occulta peccati alicuius contagione fœdati eius subire vultum trepidarent, veriti nè abditas flagitiorum labes proderet, eosque officij sui admoneret.

Insigni quoq; prophetiæ dono clarus admodùm fuit, vtpotè qui repẽtinum Guilielmi regis Angliæ interitũ multò antè cognouit, & B. Anselmo Cantuariensi Archiepiscopo fœlicem ad suam sedem reditum prædixit. Venit quandoque beatus Pater Turones, vt Abbatiam maioris monasterij, quam violenta manu Comes Andegauẽsis Gaufridus oppresserat, in pristinã libertatem vindicaret. Cumque omni humilitate precibusque cõtra vim ac potentiam pugnaret, & Comitis etiam aduolutus pedibus sacrum domiciliũ tutari conaretur, nec quicquam proficeret: sed hominem ab omni humanitate alienum imò saxo quouis duriorem sentiret prophetica voce exclamauit: Scissum est à te regnũ hodiè. Prophetia S. viri.

hodiè. Illo autem abeunte ac viri Dei vaticinium
paruipendente, eccè paulò pòst adest Fulco frater
eius qui iniectis ei vinculis in carcerem eum conie-
cit: vbi mortis oppressus doloribus pœnas tanto
scelere dignas pependit.

Per Vasconiam iter facturus, vidit in via homi-
nem quendam in vili tugurio fœdis elephantiæ
morbi vulneribus saucium, eaque de causa, quæ-
quàm diuitijs ac generis dignitate inclytus, à su-
tamen relictum ac cõtemptui miserè habitum. Hu-
ius miserias vir sanctus miseratus, accessit, fusa
pro eius salute ad Deum oratione pellicea eum
ste induit, ac integræ protinùs sanitati pristinoque
decori restituit. O admirandam viri sancti ora-
nis efficaciam, qua illum non modò sed alios pa-
rimos varijs morbis ac calamitatibus implicitos
berauit. Aldephonsus Hispaniæ rex fratris sui sa-
ctij scelere, regno priuatus fuerat, catenisque
ctus incarcerem missus. Hugo autem audita se-
captiuitate vehementer indoluit, statimque pre-
bus suis opem ei ferre maturauit. Nec mora. Pe-
Apostoli confisus meritis vota precesque die
ctéque Domino nuncupauit: & eccè nocte
dam Apostolus fratri cuidam in Cluniaco ap-
rens exauditas esse Hugonis preces reuelauit
mulque Sanctio in somnis graui cõminatione
cepit, vt fratrem in amissas opes ac regnum re-
eret. Sanctius autem ingenti terrore correptus
dephonsum vinculis protinùs exemptum resti-
Hugonemque non mediocriter reueritus est. E-
dem ratione beatus Pater Berardum, Canaria-
Cluniacensi iuri subiectum iniustis exactio-
per fas perque nefas opprimentem nullisque mo-
tis vel consilijs acquiescentem edomuit. Cl-

Leprosum sanat.

Aldephonsum regẽ liberat è carcere.

Precibus suis ad Deum fusis cõpescit Berardum.

nim pius Pater, pro oppressis pias Domino preces offerret, oppressor subitò membrorum incolumitate destitutus ad mentem redijt, positaque contumacia pœnitentiam assumpsit: Hugoniq́ue supplex factus oppressos liberauit.

Cùm aliquandò ad S. Iohãnem de Angeliaco venisset, vidit nocte in somnis Cluniacense auditorium ruẽte de cælo, impetu quodam, fulgure discindi. Miratus ea visione vir sanctus protinùs in spiritu intellexit, grauissimã eius loci iacturam, nî maturaret reditum, consecuturam. Cœptus igitur negocijs intermissis Cluniacum festinus redit, & conuocatis in Capitulum fratribus, omnes diligenter circumspicit. Mira res. Spiritu reuelante, occultum inter alios reum ilicò deprehendit, arguit, conuincit. Confitentem pius iudex digna castigatione emendatum, misericorditer sonat. His visis, cæteri actus moresq́ue externos ad omnem non modò honestatem componebant, sed intimos etiam animi recessus diligenti excutiebant examine nè quid esset quod spiritualis patris oculus animaduerteret. Visio eius.

Duranus Tolosanus antistes cùm plùs nimium facetæ dicacitati assueuisset, neque vllis Hugonis monijtis à praua consuetudine sibi temperaret, vir sanctus prædixit fore, vt post mortem tumentibus labris & spumoso ore appareret. Episcopus autem cum nec ea comminatione quicquàm à immodicis facetijs remitteret, morte oppressus discessit. Eccè verò defunctus Signino sacerdoti cuidã apparens, vlcerosis tumida labijs ora præferebat: totusq́; lachrymis infusis, eius auxilium, quem in vita audire noluerat, humiliter petebat. Abbas autem pœnarũ eius misertus, excessum oris septem fratrũ septem dierũ silentio sanare festinauit. Interim vno ex illis manda- Episcopi facetijs dediti pœna. Eã S. Hugo vt aboleuerit.

mandatum transgrediente, iterum defunctus in
stes redijt, ac voce lachrymabili dilatam oris sa
tatem propter septimi inobedientiam cõquerens
Abbas igitur reperto transgressore, alium sepe
rium silentio dedicauit. Quo completo, tertio p
sul apparuit & gratias Abbati agens, os sanum
ostendit.

His alijsque signorum titulis celebris esset
Hugo, apud omnes Pontifices magnus habebat
illum Imperatores, illum reges venerabantur.
lis, Gallis, Hispanis, Anglis innotuit, passim
pud omnes monasteria vtriq; sexui aptissima
dabat: antiqua verò ita restaurabat, vt virtu
non minùs quàm structuræ elegantia florerent
tot ac tantæ sunt Patris huius sanctissimi mira
vt cuncta verbis explicari nequeãt. quarè mag
tendendæ virtutes, quarũ imitatione ad parem
riam peruenire licet. Habitus eius, eximiam
dam religionis formam præ se ferebat: vitæ
mam viuendi disciplinam præscribebat. Oculos
torporem mortis instàr oderat, & cùm ab omni
vitijs tum à mendacio ac simulatione abhor
penitùs. Pauperes opulenta manu pascebat,
mos & afflictos plusquàm paterna cura ac
fouebat consolabaturque: pupillos verò & v
quãta vigilantia ac solicitudine tutatus sit qu
dignitate explicare valeat?

Multa cõdit monasteria.

Catalogus virtutũ eius.

Fertur eo tempore quo vir sanctus cæles
cælo præmijs coronandus esset Fulgentiũ Ab
virum & doctrina & sanctitate venerabilem
vidisse angelos mirabili ornatu decoros, ad
ad cælum duos cum hymnis & canticis defer
quos Anselmo Cantuariensi Antistiti & Hugo
vitæ meritis in cælis præparari dicebant. Ne

Visio Fulgẽtij Abbatis.

ta visio existimanda est, quippè quam paucis pòst diebus veritas cõfirmauit. Nam vterque bonorum operum ac virtutum omniũ diues in Domino quiescunt, pariterque ad cælestia regna vnus post alterum commigrauit.

VITA S. ROBERTI PRIMI ABBATIS Molismensis, itemq; Cistertiensis. ex ea quæ est per Odonem Abbatem Molismensem. Obijt vir sanctus anno Domini 1098. Cui successit Albericus & Alberico subrogatus est Stephanus.

BEatus Robertus Campanię partibus oriundus vtriusque parentis genere clarus pari etiam vitæ ac morum splendore enituit, prorsùs vt ingenitam nobilitatem miris virtutibus amplificauerit. Cùm mater eius Ermgardis ex marito Theodorico grauida esset, fertur gloriosa virgo in somnis ei apparuisse & oblato benignè annulo, filium quem vtero gestabat sibi desponsasse. Expletis igitur diebus filium enixa Robertum eum appellauit atque maiore cura & studio nutriuit quãto firmiorem de nocturna visione spem conceperat. Trãsiens igitur puer literarum disciplinis tam eximiis in ijs breui tẽpore progressus fecit, vt plurimos, tum honestate morum ac decore virtutis, qui ex vita & sermone mirificè relucebat, ad sui imitationem inuitaret.

29. Aprilis.

S. Roberti parentes.

Visio matris eius.

Discit literas.

Cùm annum ætatis quintumdecimum attigisset, cura mundi vanitate ad monasticæ vitæ statum apud sanctum Petrum de cella tanquã portum placidissimum confugit: & in eo tãta virtutum omnium incrementa cœpit vt aliorum regimini in Prioris officio suffectus fuerit: nec multò pòst à monachis sancti Michaelis Tornodorensis in Abbatem

Fit monachus.

Item Prior & Abbas.

electus est. Eodem tempore degebat in remotis
morum latebris eremita quidam haud vulgaris
tutum splendore illustris; cumque duo fratres
litari gloria insignes per nemus illud iter habe
inuidiæ veneno miserabiliter tabescentes a
alterius nece tacitus cogitare cœpit: sed vbi
cum sceleri destinatum peruenissent (is erat
tæ tugurio vicinus) statim de conceptò facino
tra seipsos turbati ad serui Dei domicilium
narunt ibique virus pestiferum quod in eorum
dibus latuerat per confessionem euomuerunt
spreta seculi pompa ceruices suas suauissimo
sti iugo subdiderunt. Pauco autem tempore
mo exacta, cùm propter disciplinæ ignor
varios sæpè errores impingerent, & multa
de Roberti fama audirent, auidè ad eius
nam aspirarunt; & summis infimisque pre
eo in Christi recipi militiam postularunt.
nuit vir sanctus imò incredibili cum gau
nuos milites ad sua castra admittere ardebat
verò Præpositus ac cæteri fratres inuidiæ
confessi, pijs eius conatibus obsistere toti
bus anniti cœperunt, nè noui Christi tyro
mitterentur: quorum offensus scelere Ab
Cellense monasterium, vndè euocatus fu
gressus est: & desideratam diu Rachelem
suauissimè amplexatus. Sed illis amplex
frui non licuit: nam duo illi eremi cul
stis vitæ amore inflammati, duos ex fratr
(alij enim quinque se eis in eremo socia
Summum Pontificem direxerũt, qui eis Ro
Abbatem deposcerent. Nec reiecit postul
tifex sed Abbati de Cella mandauit vt com
tioni in omnibus faceret satis.

Duo nobiles fiunt eremitæ.

S. Robertus deserit monachos dissolutos.

Eremitæ expetũt illum in Abbatem

Igitur Robertus ad curam pastoralis officij vel
[illegible]itus tractus, strenuè viriliterque sacram illam
societatem gubernandam suscepit, tanta fide ac pi-
etate, vt indies accessu nouorum multiplicaretur.
Hinc cùm iam cōsiderata loci importunitate, com-
modiorem diuino seruitio locum exquirere coge-
retur, nemus quoddam (cui Molismus nomen) pe-
ruit; vbi proprio labore amputatis de arboribus
[illegible]mis tuguriola construxit; ac in summa rerum in-
[illegible], alacri tamen mente, cum fratribus suis Deo
[illegible]mulatus est.

Multi se eius in disciplinam tradunt.

Molismus extruitur.

Sed cùm paulatim ex piorum hominum oblati-
[illegible] maior rerum copia illis accresceret, omnis il-
[illegible] pietas & infinitis laboribus ac ieiunijs congesta
[illegible]tus repentè concidit: prorsus vt moribus pro-
[illegible]gatis in omnem vitiorum licentiam ruerent.
[illegible]que Robertus totis viribus sceleribus eorum
[illegible]iam iret, frustraque ab instituta perditionis via
[illegible]ocare contenderet, nè animæ suæ detrimentum
[illegible]eret, ijs relictis, ad alios quosdam fratres opti-
[illegible] sanctissimisque disciplinis in loco, quem Au-
[illegible] vocant, florentes abijt, eisque se humilem di-
[illegible]linæ socium adiunxit. Ibi cùm vigilijs & orati-
[illegible]bus instanter insisteret, & cunctos sanctitate vi-
[illegible] excelleret, & tamen omnibus miro humilitatis
[illegible]dio inseruiret non multò pòst ab eis in Abbatem
[illegible]ctus est.

Ex rerū copia quidam insolescunt.

Relictis Molismensibus fit alibi Abbas.

Intereà Molismenses pœnitentia ducti ruinam
[illegible] tam in moribus quàm possessionibus anxiè de-
[illegible]rare cœperunt, omnemque mouere lapidem,
[illegible] virum sanctum reuocarent. Nec renuit Rober-
[illegible], sed protinùs accurrens breui collapsa pieta-
[illegible] fundamenta restaurauit ac locum nimia licen-
[illegible] fœdatum cunctis virtutibus mirificè florentem

Reuocatur Molismum.

restituit. Erant autem inter illos viri quatuor, Albericus nimirùm & Stephanus cũ alijs duobus, qui post cœnobiticæ exercitationis rudimẽta adhuc solitare eremi certamen suspirabãt. Egressi ergo de cœnobio Molismensi venerũt ad locum quendam, nomen Vinicus, quem cùm aliquanto tempore coluissent, coacti sunt loceranni Lingonensis pontificis mandato Molismum repetere. Compulsi eum deserere locum, ad syluam quandam abbatis Cistertium nuncupatam, deflexerunt: vbi constructo in honorem beatæ Virginis oratorio, vitæ innocentia ac morum integritate die ac nocte Domino seruierunt, vt Robertus fama eorum tus assumptis secum viginti & duobus fratribus eos perrexerit, seque eorum propositi cõsortem cerit. Sed Molismenses ægrè ferẽtes se tanto re destitui importunis à Summo Pontifice precibus reditum eius impetrarunt. Coactus igitur mum repetere, Alberico Cistertiẽsibus in Abbatem præfecto ad pristinum locum remeauit: quo biennium defuncto ad sacra loci illius gubernacula Stephanus accessit.

Cistertium à quib' primò habitatum.

S. Robertus præest Cistertiensibus.

Redit Molismum.

Sub hoc Stephano S Bernardus monachũ professus est.

Robertus autem cùm esset vtriusque plantationis institutor & cura in eum omnis incũbens, existimãdum est de cibo potuque alijsque victui caducę rèbus necessarijs solicitum fuisse? Non tandum, congregandis cumulãdisque diuitijs vehemẽter fuisse intentum? Imò certè adeo rum humanarum ac præter labentium contemptor eximius, vt nihil de crastino solicitus, quidquid beret in pauperum subleuanda inopia habebat expromeret, ac totus ex Deo incredibili quadam ducia penderet. Die quadam viri duo sacerdoti sed rerum omnium indigi præ foribus

tij viri Dei benignitatem præstolabantur: quorum inopiam subleuare cupiens, statim cuidam ex fratribus, vt benignè eis faceret, mandauit. Illo autem respondente panes in monasterio prorsùs haberi nullos: vir Dei vndè igitur, inquit, reficiendi sunt fratres? ait illo se nescire. Interim peractis Missarũ solénijs, fratres, œconomo cymbali sonitu eos conuocante, ad mensam accedere cœperunt. Tùm Abbas scisciitari, vndè panes haberet, quos fratribus corpora refecturis appositurus esset. Et ille: Paucos, inquit, reseruaui, in eam curam intẽtus, nè fratribus hora refectionis cibus deesset. His auditis Robertus zelo inflammatus panes mensis appositos in sportas coniecit eisq; nullo modo fratribus vesci permisit, ne diffidentiæ crimen paulatim serperet, ac tandem intimis animorum medullis penitùs hæreret. Volebat enim vt tota fide ac spe ex omnipotentis Dei benignitate penderent; atque ità se totos illi consecrarent instar pueri qui matris vberibus lactatur, quique tam in prosperis quàm aduersis tutissimum ad matris sinum habet refugium.

Insignis ei in Deum fiducia.

Cum autem vir beatus iam planè præsentis vitæ exitus ardenti desiderio ad Christum anhelaret, obitus sui diem paucis ante mortem diebus cognouit, quem fratribus indicauit, eodemque die ætatis suæ octogesimotertio soluto mortalitatis ergastulo laetus ad Christum migrauit. Corpus fuit cum lachrymis suorum lachrymis in ecclesia D. Virgini sacrata ab illo constructa honorificè tumulatũ. Deus autem omnipotens vt post carnis depositionem famulum suum Robertum viuere cõprobaret, multorum eum miraculorum gloria decorauit. Et ipse fuit sanctus vt ostenderet etiam post funera se suorum filiorum curam gerere, fratres ad preces nocturnas

Prædicit obitum suũ & moritur feliciter.

Etiã defunctus curam gerit Molismensium.

cturnas interdum desides excitabat: inertes co-
piens; deuotos verò ad meliora hortans.

Intereà diuinæ dispensationis gratia in omne
terram diuulgante miracula, cœpit vndique ad
clesiam Molismensem gentium confluere multi-
do. In ijs mulier quædam morbo caduco valde
sera assumptis secum duobus puerulis iter Mo-
mum verus ingressa, cùm in via sub dio in
quodam pernoctare cogeretur & excitato ex
tis cineribus ibidem fortè inuentis igne frigo-
iuriam propulsaret, eccè ab altera parte lup
repto ex infantulis minimo aufugit. Inter ea
er vi morbo oppressa concidit ac multo te
omni sensu destituta permansit. Tandem o
mittente se morbo vires mentemque recepit
credibili dolore saucia miserãdo valdè eiul
fantis sui calamitatem deplorare cœpit.
tamen recuperandi filij spem penitùs abie
concepta de sanctissima Virgine & patre R
fiducia illos constanter inuocando vim dolo
exprimebat. Eccè autem immanis bellua
rocitatis oblita de sylua procedens & inno
puerum deferens, matri eum incolumem re

Insigni miraculo lupus reddit infantem.

At verò si vniuersa quæ per seruum suum
nus operatur miracula scribere velimus, ce
tempus quàm rerum copia deficeret. Nam
die in ecclesia Molismensi beati Roberti a
implorantibus adest redemptoris nostri
cordia. Eius interuentu cæci illuminantur
gressum recipiunt, ægri sanantur, maligni
eius præsentiam non ferentes ab obsessis
bus expelluntur.

Multa fiunt miracula ad eius tumulum.

VITA S. PETRI MARTYRIS ORDINIS Prædicatorũ. ex ea quam Thomas Lentinus Patriarcha Hierosolymitanus eius contẽporaneus scriptam reliquit. Subijt martyriũ anno Domini 1252. sequenti verò anno relatus est in numerum Sanctorum ab Innocentio Papa Quarto.

BEatus Petrus martyr, Prædicatorum decus, Italiæ speculum, & fidei pugil ac propugnator egregius, in Gallia Cisalpina, quam Lombardiam vocant, ciuitate *Veronensi ex parentibus hæresi deprauatis traxit originem: vt tanquàm lux è tenebris, rosa de spinis, flos è sentibus ortus, tanto amplius reluceret in mũdo, redoleret in cœnobio, rutilaret in cælo, quòd è parentibus errore obcæcatis, mente sauciatis atque corpore corruptis, decus virgineum, atque è spinis & sentibus æterno incendio addictis, martyr inclytus esset profectus. Nam tametsi parentes habuit hæreticos quorum vt institutione erudiretur & filium vera ratio admoneret, & puerum necessitudo compellebat: at nihilominùs ità se mundum ab illorum seruauit erroribus, vt neque blandis parentum dolis, neque malis verborum frequentia, ad hæreticorum siue colloquia siue consortia, vel induci potuerit vel compelli. Quod enim à natura videmus homini & cæteris animantibus attributum, vt homo serpentem, agnus lupi conspectum horreat, & inditam hostis inimitiam sentiat: hoc puerum bonæ indolis vnctio cælestis edocuit vt venenatorum serpentum consortia fugeret, & lupos rapaces pellibus ouinis tectos inimicos intelligeret, atque eorum commercia vitaret.

29. Aprilis.

* quidã habẽt Cumana

S. Petrus martyr natus parentibus hæreticis.

Itaque pius puer annos natus plùs minùs septem

cùm die quodam à ſcholis rediens in patruum h
reticum magnum diaboli laqueum incidiſſet, h
ctionis ſuæ penſum reddere ei cogeretur: Chri
anæ fidei ſymbolum ilicò recitauit dicens, Cre
in Deum Patrem omnipotentem, creatorem c
terrę, & reliqua. At patruus, qui ſtrenuus Mani
orum perfidei patronus erat, cùm ab eius fide
feſſione puerum tanquam rudem quendam
culum auertere niteretur, ac depromptis ex
literis ad errorem confirmandum argumen
ſuadere vellet, nō Deum, ſed diabolum poti
viſibilium conditorem, puer nullo modo c
voluit, conſtanter ac præciſè Deum vniuer
eſſe conditorem aſſerens. Quod ille ſatanæ ve
ac miniſter cùm accuratè cum mēte ſua perp
ret omnibus modis patri pueri perſuadere co
eſt, vt Petrum à ſcholis remoueret; veritus,
gio minimè dubio, id quod res erat, nè puer
tus ſua eruditione ac pietate ingentem Mani
rum perfidiæ ſtragē inferret. Sed pater diuin
nè nutu ab ea mente abhorrens patrui moni
cit: ſperans filium poſtquàm prima rudime
uoraſſet, per hæreſiarcham aliquē ad ſuam
nullo negotio pertrahendum.

Error Manichæorum.

Itaque Petrus exactis domi pueritiæ annis
hæreticos in ipſa penè infantia ſuperaſſet, Bo
am miſſus eſt vt animum ad omnem diſcip
maximarum artium cognitionem erudire.
rò quanquàm ab hæreticorum infeſtatione
tus, alia tamē certamina ſubire coactus eſt,
dicitiæ florem ei eripere nitebantur: adeò
laſciua & lubrica ſodalium contubernia ſe
& corporis integritatem ſeruare potuiſſe
miraretur, & ſtupens ac gaudens diuinæ

Petrus it Bononiam ſtudiorū ergò.

bonitati ac miraculo aſſcriberet quòd inuiolatus caſtitatis diſpendia euitaſſet. Aduertens igitur ſanctus puer periculi magnitudinē, velut alter Ioſeph pallium reliquit in manu AEgyptiæ ipſius pudori inſidiantis, & ad religionis portum tāquam arcem tutiſſimam confugere deliberans, mundo & parentibus cum errore perimente relictis, fratrum Prædicatorum inſtitutum complexus eſt: vbi in ipſo adhuc nouitiatu tantis ſe ieiunijs, vigilijs ac precibus macerauit, vt menſuram propriæ fragilitatis excedens, dum hoſtem vellet opprimere ciuē propemodùm perdidiſſet.

S. Petrus fit Dominicanus.

Inerat ei ardens quoddam diſcendi deſiderium, tantusque amor ſapientiæ, vt cum illo Eunucho AEthiope etiam in miniſterio quotidiano poſitus ſacras per opportunitatem literas lectitaret vel lectas incredibili quadam mentis attentione reuolueret. Erat ei cor docile & tenax memoria cum lingua præclarè erudita, quæ mirabili quadam ſuauitate & virtute recondita alijs diſpenſabat. Porrò ad eius conciones tanta populi confluebat multitudo, vt ex vrbibus & caſtris cum vexillis & tubis ſonantibus erumperent, obuiamque ei procederent: recedentem verò tam multi ſequebantur, vt vix ab eo ſe auelli paterētur. Hinc Mediolanenſes, inſigni erga virum ſanctum deuotionis argumento, geſtatoria ſella eum excipiebant ſuisque humeris, ne ab importuna multitudine opprimeretur, ad locum concionibus habendis aptum deferebant. Iam verò quā vberes ſuis ſermonibus protulerit fructus quis verbis conſequi poterit? Multi nefarias abiurabant hæreſes: plures longis diſcordijs & ſimultatibus finem imponebant & illatas iniurias benignè remittebant: plurimi verò expiatis per confeſſionē pec-

Quàm ardēs Amor ſapientiæ in eo fuerit.

Eſt inſignis cōcionator.

Fructus concionū eius.

catis, se totos ad agendam pœnitentiam comparabant.

Miraculis coruscat.

Nec defuit ad hæreticorum perfidiam ad internecionem vsque delendam miraculorum virtus. Nam cùm die quodam præ foribus B. Eustorgii rebus diuinis ad populum verba faceret, fuit adolescens quidam, annis decem linguę omnino priuatus. Huic vir sanctus immisso in os eius dito conficiendo Christi corpori consecrato, primùs linguæ eius vinculum ita soluit; vt interrogatus quid in ore habuisset responderet; digitum. simulque coram omnibus laxatis linguæ in vberes gratiarum actiones prorumpens, re apertorum Christo reddidit labiorum vitulos. si autem hoc miraculo meritò hæreticorũ ora qua loquentium obstrui debuissent: nihilominus illi scelerum suorum ac perfidiæ tenebris occ alia atque alia in virum sanctum maledicta mebant.

Episcopum Manichæorum examinat.

Erat apud Mediolanum episcopus quidam nichæorum, sancto viro oblatus excutiendus, tis episcopis & religiosis atque bona ciuitatis ad hoc spectaculum congregatis. Cumque Solis æstus cunctos affligeret, hęresiarcha opp num, vt putabat, subsannandi tempus nact ram omnibus exclamauit: O peruerse Petr ea vitæ innocentia ac sanctitate præditus es, dis ac miser populus te fulgere affirmat, cur pateris tanto Solis ardore cruciari? cur p tuis nubem à Domino non impetras, quæ s um interponat, nè stultus hic populus nimi conficiatur? Cui cùm athleta fidei fideiter re disset, se ità, vt dixerat ipse facturum, se promitteret, se abiurata hæresi fidem sanam

plexurum: multi Catholicorum tristitia affici cœperunt, extremam fidei suæ ignominiam pertimescentes: Hæretici verò inani lætitia exultantes episcopum illum suum, infestis clamoribus hortabantur vt incunctanter promitteret haud dubiam sibi victoriam pollicentes: maximè quòd toto cælo nè exigua quidem nubecula appareret. Sed cùm hac ratione hæretici pertinacia neque frangi, neque emolliri posset: Petrus de Christi potentia ac bonitate egregiè confisus: Vt, inquit, appareat, Deum omnium visibilium creatorem & opificem esse ego illum rogo, vt ad consolationem in se credentium aliquam nobis nubeculam creare dignetur, quæ inter Solem vt populum interposita, nos tueri posset ab hoc æstu. Quod vbi ab illo ex palpito quodam eminēti, præmisso Crucis signo, dictum fuit, mox Dominus nubem tentorij instar effecit, quæ multo temporis spatio populum omnem sua umbra protexit, causamque lætandi & hæreticis insultandi auxit Catholicis.

Nubecula ad eius prèces diuinitus creatur.

Alio item die ab hæreticorum multitudine ad certamen prouocatus, cùm quidam inter eos fidei pugilem multiloquio obruere contenderet, & pedibus eius fraudulentas verborum tendiculas apponeret, quò incautum in ruinam impelleret, vir Dei omissa contentione totum se ad Dominum precandum contulit, vt hostes vel inuiti tanquam tempo obmutescerent, vel pro sua clementia solem iustitiæ eorum mentibus oriri iuberet. Nec moratus rem è duobus impetrauit. Cùm enim fidei propugnator aduersus veritatis inimicum fidenter insisteret, vrgeretque, vt rursùs suam ille quæstionem proponeret: ille qui paulò antè linguam suam nimia garrulitate laxauerat, ita repentè elin-

Hæretic' loquacissimus obmutescit.

elinguis effectus est, vt neque ad quærendum neque ad respondendũ os vel tenuiter aperire potuerit.

Meritis etiam viri sancti mulier quædam Mo[illegible] tuana deploratæ salutis, veniam peccatorũ & [illegible] rare potuit & impetrare. In mortis enim discri[illegible] ne constituta cùm antè sua flagitia oris confess[illegible] expiare recusasset, & tandem linguæ officio de[illegible] tuta non posset: sicque in sempiternam animæ [illegible] niciem tendere videretur, rogatus vir sanctus [illegible] suo accessu non mòdò à certo animæ interitu [illegible] etiã à corporis infirmitate ita liberauit vt alt[illegible] raque voce, congesta per multos annos in im[illegible] animæ sinus peccata enormia, cũ lachrymis [illegible] gultu expromeret. Neque id mirum quandò [illegible] alia plura, dum adhuc viueret, Dominus op[illegible] dignatus est. Complures enim dæmoniacos, [illegible] fisque vexatos morbis solo contactu vel Cru[illegible] gno curauit, sicut multorum fidedignorum [illegible] monijs comprobatum est.

Mulier desperata, in vtroque homine curatur.

Verùm cùm pestis hæretica plurimas inter[illegible] bes sua contagione inficeret Innocentius P[illegible] eius nominis quartus strenuum fidei pugilem [illegible] defessum Domini bellatorem Mediolani & [illegible] mitatu, eum hæreticæ prauitatis Inquisitor [illegible] stituit. Ille verò demandatum sibi munus [illegible] ter obiens, Sampsonis vulpeculas accuratè [illegible] rebat: easque vbique ità dissipabat vt con[illegible] eius vehementer formidarent. Vt autem ani[illegible] aboli astutia in hæresim protractas aliquan[illegible] raret, sæpiùs sese hæreticis ad flammas vb[illegible] undas, pro asserenda fidei Catholicæ veri[illegible] ratum obtulit; si illi pariter ignis certamen [illegible] ri vellent. Denique pro ea fide vitam suam [illegible] dò periculis, sed morti etiam obijcere val[illegible]

Fit Inquisitor in ditione Mediolanensi.

Offert se ad ignis certamen pro veritate fidei confirmãda.

rebat. Et sanè prophetico eum spiritu clarum fuisse dubium non est, cùm de felici suo martyrio ac sepulturæ loco certus, fratribus prædiceret & hæreticorum se manibus perimendum & Mediolani sepeliendum esse. Præuidens autem vir sanctus, è propinquo passionis suæ diem adesse, tantò constãtius hæreticorum perfidiæ obuiam iuit, quanto propiùs iustitiæ coronam sibi repositam cernebat.

Mortem suã prædicit & sepulturæ locum.

Videntes verò hæretici eius animi magnitudinem & constantiam in opprimenda perfidia admirandam, seriò de nece illi inferenda cum suis fautoribus tractare cœperunt. Nec latuêre virum sanctum illorum machinationes, quas inuicto & intrepido planè animo, vtpotè ardenti martyrij desiderio iampridem inflammatus præstolabatur. Itaq; Dominica illa, quæ Palmarum festiuitate Christo Domino cõsecrata est, beati martyrij præscius Mediolani palàm è suggestu dixit se minimè ignorare pecuniam suo interfectori numerãdam alicubi depositam esse: sed illos sua morte non modò contra fideram & orthodoxam fidem non præualituros, sed etiã ex ea maiora perfidiæ suæ detrimenta sentiros. Assignato autem quibusdam hæreticorum fautoribus termino peremptorio ad octauum Paschatis diem, vt mandatis Ecclesiæ omninò pareret, prædicens se ad illum terminum reuersurum, ad Cumanam ciuitatem, vbi Prioris inter fratres suos officio fungebatur, profectus est.

Hæretici de eius nece tractant.

Porrò fortissimus Christi athleta vt præfixũ terminum preueniret Sabbati illius, quod in Albis appellatur, de suo cœnobio Mediolanum ad fidei certamen contendit. Cumque inter medium carperet, quidam funestus hæreticus & cruẽtus satelles, quadraginta librarum precio conductus, in beatum virum,

Crudeliter cæditur à sicario ad id conducto.

rum, iter salutaris propositi persequentem, fu-
bundus ausu sacrilego irruit, sacrumque illius
put cruento ense feriens, dira illi semelatque
rum repetitis ictibus, vulnera imprimit. Deinde
lo seminece relicto ad fratrem Dominicum fu-

Item F. Dominicus.

viri comitem mox cruentus carnifex cõuersus
tuor illi, vi magna, letalia vulnera inflixit. Inter
B. Petrus alia in parte sè Domino commendans
manus tuas Domine, inquit, commendo spiri-
meum: simulque symbolum fidei, quod pro
patria blandimenta puer abnegare noluit, in
mortis angoribus, egregius fidei propugnator
tauit. Cùm autem adhuc palpitaret & cum
mis mortis doloribus luctaretur, homo ille sa
narius cultrum capulo tenus per eius latera ad
eoque confosso beatum illius martyrium abs
Atque ità expleta huius peregrinationis Sepu
sima fœlix viator cælestem peruenit ad pa
ità stolã suam martyr & virgo dealbauit in
ità denique ad æternum celebrandum Sabbat
ex Sabbato temporario migrauit.

Vt primùm fama necis illius Mediolanum
uenit tantus inopinatæ perturbationis meror
tatem vniuersam concussit vt populus, magis
nequicquàm prohibente, effractis vrbis por
cro funeri obuiàm rueret, adeò ad Archiepis
cum Clero ad id officium properanti vt
pateret. Attulit sanè mors illa viri sanctissimi
diolanẽsibus insignem luctum cum multis
mis coniunctum: quanquàm maiora etiam
obitum quàm in vita ciuibus istis & ecclesiæ
que vniuersæ beneficia præstiterit. Nam licet
voce & prædicationis virtute pestifera hæ
tum dogmata egregiè extirpasset: attamen

& morte miraculis, adeò ea profligauit, vt plurimi relictis erroribus ad sanctæ matris Ecclesiæ gremium conuolarint: & multi etiam hæresiarchæ insignes & magni nominis S. Dominici institutũ complexi, ijdemque mirabili feruore hæreticos eorumque fautores persecuti sint. Ità nimirùm Sampson plures occidit Philistæos moriens quàm occiderat viuens.

Multi hæretici conuertuntur, visis defuncti miraculis.

Cæterùm post gloriosum viri sancti triumphũ Dominus qui suorum gloriam tenebris inuolui nõ patitur, cælestibus miraculis martyrem suum egregiè illustrauit. Eodem die quo martyrio occubuit mulier quædã Iacoba nomine cùm frustrà in morbi curatione, quo laborabat, omnes suas facultates in medicos expendisset, ægrè tandem per confertam turbam in ecclesiã S. Simpliciani, vbi corpus martyris iacebat, introducta, super caput suum ex quo fistulæ morbo iam aliquot ossa perdiderat, manu martyris signum Crucis expressit, & integræ sanitatis beneficium obtinuit.

Insigne miraculum.

Super locum passionis eius non rarò luminaria quædam è cælo descendentia & ad cælum redeuntia permulti religiosi alijque conspexêre. Lampades quoque ad sepulcrum martyris in ecclesia beati Georgij pendentes cælitùs absque omni humano studio & opera accensæ sunt. Hæc aliaque quæ prolixitatis vitandæ causa prætermissa sunt Pontifex vt intellexit, & posteà re diligentiùs explorata perspicue didicit famam rerum magnitudine ac veritate vinci, anno nondum à martyrio exacto, sanctorum martyrum catalogo vniuersis mirificè exultantibus, eum asscripsit. Postquàm autem solenni ritu ac celebritate in Sanctorum album relatus est, Catholicorum piæ deuotioni dignum

Lãpades diuinitùs accenduntur.

Refertur in numerum Sanctorum.

planò

planè visum est, vt sacrum eius corpus, quod vi
annum in viscera terræ reconditum fuerat, ad
cum sublimiorem transferretur. Cuius rei ca
fratres Dominicani cùm Mediolani conuenis
ità illud sanum & integrũ, & ab omni denique
tore alienum inuenerunt, ac si eodem die tum
tum fuisset.

Corpus eius post annum inuenitur incorruptũ.

VITA SANCTISSIMAE VIRGINIS
tharinæ Senensis, sanè admirabilis ex ea quam
osè R. P. Raimundus Capuanus Ordinis Præd
rum Magister generalis scriptam reliquit.
etiam nonnulla de huius Virginis virtutibus
Stephanus Senensis, Prior Carthusia Ticinen
ante susceptum vitæ istius institutum virgini
dò familiaris admodum sed & amanuensis &
uiduus omnium itinerum eius comes fuit. Qu
ni iuramento eorum quæ scribit, quorumq; o
testis extitit, fidem facit. Insuper omnia quæ
eius vita referuntur, Pij Pontificis Max. ac
confirmata sunt. Obijt autem sacra Virgo
Christo Domino 1380, quam Papa Pius Se
anno 1461 in Diuorum numero asscripsit.

29. Aprilis.

Patria & parentes Virginis.

APud Senas præclaram Italiæ vrbem,
cobus quidã insigni pietate ac mode
qui ducta in matrimonium Lapa æq
miæ pietatis fœmina, geminas, post alias pro
ea suscepit filias Iohannam & Catharinam
omnium Catharinam cæteris longè chariore
buerunt. Parentes enim cùm essent rerum
rum studio vehementer dediti, prolesque
omnem morum honestatem & virtutem e
vnicè in Catharina optimæ ac religiosæ me

ctia diligebant: quæ in ipsis cunabulis mirificè in
ea relucebant: adeò vt cognati & vicini certatim
eius aspectu suauissimoque alloquio frui desidera-
rent. Tantum enim ex eius præsentia gaudium læ-
tiamque hauriebant, vt eam propter morum sua-
uitatem animique candorem non Catharinam sed
Euphrosynam appellandam dicerent. Cùm annos
nata plus minùs quinque verba iam perfectè sona-
ret, salutationem edocta angelicam, crebrò illam
ore habebat: prorsùs vt cælitùs permota per sin-
gulos scalarum gradus tum ascendẽdo tum descen-
dendo, singulas flexis geniculis Virgini matri salu-
tationes promeret.

Amabilitas S. Catharinę infantis.

Anno ætatis sexto nondum expleto facibus di-
uini amoris mirabiliter incensa ad seruandam vir-
gineam puritatem vehemẽter aspirare cœpit, quo
tempore, Deo reuelante cognouit beatissimam Dei
genitricem omnium primum perpetuum virgini-
tatis votum nuncupasse. Itaque anno maior non vt
septennis puella, sed vt planè mente grandęua, ma-
tura diu, de voto præstando deliberatione habita,
virginitatem suam Christo consecrauit, quem mi-
rabili visione in sua maiestate sedentem contem-
plata est, & arcana cælestis aulæ vidit, quæ non po-
test effari lingua mortalis. Tum verò omnes mundi
delicias à se abdicauit, totamque se orationi ac di-
uinarum rerum studio tradens corpusculum suum
ieiunijs ac verberibus afflixit, & coęquales puellas,
vt idem facerẽt, & docuit & persuasit. Hinc arden-
tiori indies Domini amore magis magisque incen-
sa, cum varia cum animo suo consilia agitaret, quo
modo se totam vni illi tradere posset, vrbe egressa
eremum petijt, & in cauerna quadam, loco solita-
rio, aliquãdiu delituit: donec iubente spiritu pau-

Septennis vouit virginitatem.

Petit solitudinem.

lulùm illic demorata domum redijt: verita ne in-
mici insidijs in cæcos errorum scopulos impel-
retur, suique propositi naufragium faceret.

Vt autem virginei pudoris florem melius illi-
tum seruaret, acerbissimum inprimis tenero
pusculo bellũ indixit. Primùm enim cuiusuis
neris cibos coctos, excepto pane, sibi interdixit
que breui temporis spatio peruenit, vt pane &
dis herbis contenta nihil de corporis necessita-
cogitaret. Anno autem ætatis vicesimo, etiam
abstinuit, prorsùs vt medici totam eius vitam
gnum miraculum esse faterentur. Lectum ex
lis ligneis sibi parauerat, nihil quicquã alteri
addens, inque eo vel sedens meditabatur, vel
strata orabat, suoque tempore, nullis detracti-
stibus somnum capiebat. Exemplo verò sancti
minici inuitata, multo tempore quotidiè ter
rea catena singulis vicibus sesquihora cædeba
guine ab humeris in pedes manãte, vt sangui
sanguine suo Redẽptori redderet. At Lapa m
ius has carnis macerationes indignè ferens,
ad lectum suum pertrahebat: & miserandis
eiulatibus vicinos omnes non rarò ad filiæ
ctaculum flagris & verberibus propter Ch
morem deformatæ excitabat. Postquàm au
nubiles peruenit annos, scissis crinibus mor
iugium recusauit; prorsùs vt nullis vel dæ
vel hominũ tentationibus cederet: sed spre
uicijs & maledictis, quæ parentes & cogna
befactandum virginitatis propositum, in ea
gerebant, ne latũ quidem vnguem à casta m
cedere voluit. Mater verò vt hanc animi
stantiam tandem aliquandò frangeret, am
cilla, sordidissima quæque domûs ministeri

Admiranda vitæ illius austeritas.

Catena se diutissime flagellat.

Capillos sibi ipsa amputat.

mindauit, modisque omnibus vt eam à tanta cæle-
stium rerũ ac præcipuè perpetuæ virginitatis amo-
re euelleret, laborauit. Sed virgo nihil his permota
mirabili ratione ac virtute oppugnationes has su-
perauit, ac omnes inimicorũ machinationes præcla-
re denicit. Nam cùm cerneret sibi externa secretè
orationis loca esse interdicta, intra seipsam concla-
ue fabricata est, vndè nunquã cuiuscunque rei cau-
sa egrediebatur. Imaginabatur patrem suũ Christi,
matrem verò sanctissimæ Dei genitricis præsentiam
illi exhibere: cæteros verò de familia haud aliter
quã Saluatoris Apostolos & discipulos cõtempla-
batur. Hac imaginatione fortiter concepta id asse-
cuta est, vt omnibus illis, cum omniũ admiratione,
humani & officioso animo inseruiret: tum etiam vt
illis seruiendo Christi memoriam continuam re-
seruaret, cui omnia officia se præstare credebat.

Mater eam à virginitatis proposito auellere nititur.

Pijssima imaginatione vincit omnes diaboli machinas.

Flagrabat incredibili desiderio Dominici habi-
tus, cùm eccè nocte quadam in somnis multos mo-
nasticorum Ordinum institutores, ad se venientes
vidit, qui eam, vt aliquod vitæ institutũ deligeret,
hortabantur. Tum illa concito gradu ad S. Domini-
cum perrexit: qui mox ei habitu occurrens bono eã
animo esse iussit, asserẽs fore vt breui voti compos
fieret. Illa cum largo lachrymarum imbre gratias
egit, in ipsis lachrymis à somno excitata, ea visio-
ne adeò confirmata est; vt die eodem conuoca-
tis parentibus fratribusque animi sui propositum
fidenter eis exposuerit; & constanter omnes ac
prudenter monuerit; vt se Deo & mente & corpo-
re consecratam ad mortale coniugium prouocare
desisterent. Hæc cùm dixisset; protinùs tantæ om-
nibus obortæ sunt lachrymæ, vt cùm responsum
dare vellent intercluso crebris singultibus spiritu

Valdè aspirat ad habitum religiosum.

Monet suos ne eam pergat ad coniugium prouocare.

minimè possent. Cùm igitur insuperabilem ani
eius constantiam cernerent, veriti ne diutius
desiderio reluctando grauem aliquam diuin
minis offensionem in se concitarent, liberam
solique Deo vacandi potestatem fecerunt. Q
cepta, dictu mirum, quanto studio & ardo
duæ cælestium rerũ meditationi incubuerit. Q
tidiè gemitus, quotidiè lachrymæ, quotidiè
ad Dominum Iesum, vt habitum diu desid
& à S. Dominico tunc promissum consequi
retur. Quamdiu enim intra domesticos vers
parietes omnia suspecta habebat, neque præc
aliquam sibi de inimicis victoriam promitte
terat, nisi ab intestinis domesticisque inimi
fuga salutari proripuisset.

Sed tandem exauditis eius precibus ac long
spirijs desiderium animæ eius tribuit ei Dom
nec voluntate labiorum eius fraudauit eam
quam igitur nouæ militiæ vel professionis
complexa est, dicebat sibi ipsi: Eccè iam relig
vitæ institutum suscepisti, ad eius præscrip
uas oportet, & quidem multò aliter quàm
hactenùs. Habitus tuus ater & candidus te a
vt mundo, mortua Deo viuas, & summæ p
studeas. Itaque vt vitam ab omni labis con
puriorem duceret, tam strictum sibi silent
dixit, vt toto triennio ne verbulum quidem
peccatorum confessione excepta, loqueretur
sedulo autem pietatis studio & silentio, tan
uinæ gratiæ abundantiam & cum Christo
ritatem consecuta est, vt ab ipso Domino
lutis viam, & cætera quæ ad omnem anim
prudenter fugiendam spectarent, (quemadm
in confessione patri sui spirituali affirmab

Accepto habitu S. Dominici maiori se dat seueritati.

cerit. Sanè hoc constat tãtam fuisse inter Christum & sacram hanc virginem familiaritatem, vt maior inter duos homines arctissimo amoris vinculo sociatos esse non posset. Siue enim orationi, siue lectioni, siue externis occupationibus vel etiam corporis necessitatibus intenta esset, vt plurimùm iucundissima Christi visione recreabatur, ita vt cùm cæteris hominibus, mente tamen semper Christo loqueretur.

Mira Christi ad eam familiaritas

Hæc sanè vt erant valdè admirãda, ita Patri Raimundo, qui ei à confessionibus erat, frequenter solicitum & anxium reddebant, vtpotè qui meras dæmonis fraudes & illusiones esse suspicabatur. Vt autem aliquid explorati de virginis sanctitate cognoscere, post multas preces & lachrymas Deo oblatas, petijt à virgine vt sibi omniũ peccatorum veniam à Domino impetraret, atque vt eius remissionis certum aliquod indicium habere posset, addidit, vt insolitam quandam animi contritionem & intensissimum de peccatis dolorem sibi obtineret. Tum virgo (quam Raimundi patris cogitationem non latebant) fidem dedit se id facturam. Abijt deinde vterque domum suam. Insequenti verò luce pater Raimũdus morbo correptus decubuit, quo tempore sancta virgo febribus & alijs ægritudinibus etiam afflicta decumbebat. Sed vt petitioni patris Raimundi faceret satis, quamuis vacillãte corpusculo, ad eum præter morem abijt. Ibi verò cùm solita consuetudine de Deo & nostra ingratitudine verba faceret, oblata est menti Raimundi quædã insolita peccatorum consideratio, adeò vt præ nimio cordis dolore tãtam vim lachrymarum effunderet, in eumque rugitum prorumperet, vt timeret cor & pectus diruptum iri. Id conspicata virgo sa-

Dubitat initio de illa Raimundus confessarius eius.

Mirabilis contritio præstatur Raimũdo.

cra cōticuit, vt vbertim fletui & singultibus ind
geret. Interim Raimundus memor suæ petitio
& promissionis virginis: Hæccinè est, inquit, bu
quam heri petiui? (Bullam enim vocauerat re
obtētæ veniæ signum.) Illa respondit: Ipsa est
dēsque, vt memor esset gratię Dei, abscessit, ill
terim exultāte & virginis virtutes sine fine m

Iam ad cęlestis sponsi magisteria veniamus
bus erudita virgo, tantò clarius diuinæ lucis
in animæ suæ speculo excepit, quanto ipsum
catius, atque ab omni terrena fæce puriùs era
que cùm sapientissimus ille architectus vir
atque cælestium donorū fabricam in virginis
te erigere decreuerat, firmissima priùs humi
fundamenta iecit, nè miraculorum atque re
onum cælestium magnitudine, humanum a
virginis animus pateretur, tantoque peric
rueret, quanto altius ascendisset. In ipso igi
uinarum visionum initio Christus Dominus
ti apparuit, dixitque: Si nosti filia quis ego
quæ tu sis, beata eris. Ego enim sum, qui sum
quæ nō es. Hac cognitione freta, facilè omn
teres laqueos inimici: & gratiam meam
gocio obtinebis. Hac igitur doctrina sancta
erudita, modis omnibus se demittere, & v
quandam humilitatis abyssum mergere nit

Christi præclara institutio.

Aliud quoque singulare documentum ab
cęlesti Doctore accepit. Oranti enim illi app
dixit: Filia, cogita de me, & ego continen
tabo de te. Ex hac autem saluberrima inst
sacra virgo solebat hoc modo philosophari
doquidem per sacrum baptisma Deo dicat
nulla in re nos solicitos esse debere de nobis
licitudinem omnem eò conferre, vt place

Item alia.

minos dicauimus. Itaque si vidisset suos ob imminens aliquod periculum anxios trepidare, dicebat illis: Quid ita vos de vobis estis soliciti. Permittite vos diuinæ prouidentiæ, quæ semper habet in vos defixos oculos, perpetuumque salutis vestræ curam gerit. Et de hac quidem Dei prouidētia tantum virgo sacra fiduciam conceperat, vt nunquam timari posset, de ea loquendo. Ex hac item fiducia illud etiam euenit, vt quicquid à Deo postularet, multo citiùs obtineret: prorsus vt fusis ad sponsum suum precibus quicquid vellet impetraret.

Tertium quoque documentum duobus his Magister cælestis adiunxit. Cùm enim antiquus hostis virginem, quotidiè proficiētem cerneret, machinis omnibus adhibitis labefactare niteretur, contrà verò ipsa à spōso suo vires & robur inuictum assiduè postularet; ille ei apparens: Si velis, inquit, vincere hostem, crucem pro refrigerio accipe, & amara pro dulcibus sume. At illa nequaquàm surda aures Christi doctrinā accepit, sed vsqueadeò statuit quod se afflictionibus delectari, vt nihil in hac vita tantū ei refrigerij & solatij afferret, quantū afflictiones & cruces; sine quibus (vt ipsa aiebat) vita hæc esset molestissima: propter eas autem libenter habebat beatitudinis dilationē, non ignorans, illam afflictionibus non parum augeri. Sed vbi satis eam Christus cōmunierat, dæmonibus eam tentandam permisit, vt, si quid possent, ab illa obtinerent. Adeamus nunc animis fratres mirandum certamen spectatori. Videbitis enim totam inferorum & dæmonum potētiam omnibus & machinis & viribus adhibitis tenerrimam puellam dimicantem, ipsamq; opē Christi subnixam, de tota dæmonum caterua noua arte gloriosè triumphantem.

Item tertia.

Sitit cruces & afflictiones.

Christus eā permittit tentari.

Tentat eam Satanas rerum turpiũ suggestione.

Primùm igitur scelerum ministri à rebus ve-
reis virgini suggerendis capiunt initium. Immi-
tunt turpes cogitationes, castissimo pectori ab-
bent illusiones & phantasmata dormienti, imm
corpora ex aëre sumpta, oculis & auribus virgi-
tis ingerunt, faciuntq; multa, quæ sine horrore
non queant. Illa è diuerso catena ferrea flagel
corpus suum, fundit sanguinẽ, adijcit perm
ad priores vigilias, ità vt somno penè omni re
ciasse videretur. Non cessant autem hostes, cum
genti multitudine apparent; primò quasi bl
adulantur, hortantur ne seipsam interficiat
vitæ asperitate. Iuuenis es, inquiunt, fac quod
faciunt fœminæ: nubas viro & augeas huma
nus. Proponunt exempla Saræ, Rebeccæ, Li
chelis. Ne facilè credamus hæreticis, quando
nobis scripturas diuinas ad confirmandam in
tatem suam proferunt: faciunt enim hoc etiam
mones. Quid (aiunt ipsi virgini) hæc sibi vul
singularis, in qua tamen perseuerare non po
At quicquid illi blaterarent sancta virgo nil
nitus respondens, orabat. Cùm autem perseu
tiæ desperationem ei vellent inijcere, hoc re
dit procacibus illis, Ego non meis, sed Domi
stri Iesu Christi viribus nitor, nec vllum ali
ea verbum extorquere potuerunt. Solebat

In tentationibus cum dæmone nõ esse disputandum.

familiaribus suis inculcare, ne tentati in disp
onem cum dæmonibus ingrederentur. Cùm
inquit, sint versuti & longa fallendi exercita
instructissimi, facilè sibi victoriam promi
possint cum homine miscere sermonẽ. Itaque
secùs casta anima se ab illis mox debet auert
ad Christum spõsum confugere, quam solet
ultero pudica matrona. Vbi autem sensit

hac via nihil se posse proficere, alia aggressus est. Repræsentabat ei formas virorũ & mulierum turpissimè inter se concubantium & nefandos sermones iactãtium, ipsamque ad eandem turpitudinem inuitãtium: cogebaturque hæc etiam oculis & auribus clausis videre & audire. Accedebat ad cumulum miseriæ, pijssimi sponsi absentia (vt ipsi videbatur) ita vt nullam omninò opem aut consolationem ab eo perciperet. At illa nihilominùs sine intermissione & carnem affligebat, & precibus tota incumbebat. Atque in hoc præclarum de se omnibus, diuinæ gratiæ sensibili suauitate destitutis exemplum præbuit, ne solita sua exercitia propterea remittant, sed potiùs augeant. Dicebat autem virgo sancta sibiipsi: Tunè vilissima vllis te consolationibus dignam putas? Itanè iam oblita es tuorum peccatorum? An non satis est tibi, si possis vel æternam euadere damnationem, etiamsi has tenebras & molestias ad supremum vsque vitæ diem perferre oporteat? An verò Christo propter eius consolationes seruire voluisti, & nõ eò potiùs vt in æternum eo fruaris? Nihil igitur de solitis remittas studijs, quin potiùs semper aliquid addas. His sanctæ humilitatis telis superbum illum Goliath prosternebat Christi virgo. Durante autè hac tentatione plus quàm in Ecclesia hęrebat: nam illis quamuis etiam infestaretur, nõ tamen perindè atque in cellula sua, quin quoties esset ingressa miram illic vidit dæmonum multitudinem & turpissimis sermonibus & fœdis actibus ad libidinem eam prouocantium. Non cessabat autem ad Dominum clamare, donec cessante tẽpestate optata rediret tranquillitas. Iam multos dies isthæc durauerat infestatio, & eccè quo dam die illustrata diuinitùs cœpit hilariter sanè se

Abscõdit se ab illa Christus vt virtus virginis illustrior appareat.

In tẽplo mãnùs infestãtur.

totam ad execrandas illas vexationes perferend
promptam paratamque offerre, quãdiu ipsi vi
esset. Tùm verò dæmon quidam improba proc
tate ad eam ait: Non prius ab hac infestatione
sabimus, quàm voluntati nostræ consensum pr
as. Cui mox virgo magna securitate respondit
hi non solùm has, sed alias quasuis molestias
nomine Saluatoris perpeti iucundum & delect
le est; quatenùs quidem eius visum erit Maie
His dictis totus ille dæmonũ cœtus instàr fum
defactus euanuit, & ingens lux cælitus illa
cubiculo, & in luce Christus vulnerum stig
bus insignitus apparuit, dicens: Filia mea Ca
na, vides quę & quanta ego tua causa perpessus
ne igitur dubites aliquid etiã propter me perp

Christus ei apparet crucifixus.

Deindè alia sub specie magis propinquan
dis admodùm verbis de obtento iam triump
gratulabatur. At illa: Vbi, inquit, fuisti mi D
ne, cùm esset cor meum tot spurcitijs diuexa
Et ille: In corde, inquit, tuo. Rursus Virgo: E
fieri potuit bone Iesu, vt tu in illo meo esses c
quod tot obrutũ erat impurissimis cogitatio
Respondit Dñs: Cogitationes illæ quid in m
ciebant animo? gaudiúmnè an mœrorem? In
rò, inquit illa, non nisi summum dolorem. H
tur, Christus ait, ego mea pręsentia efficieba
si tu destituta fuisses, illas spurcitias in vol
traxisses. Vt enim lucis meæ radio illustra
psam spontè ad tolerandas eas infestationes
listi, mox eas abscedere iussi: neq; enim pœ
volũtate pœnas fortiter perferentis ego de
Tu autem filia mea, quãdo non tua, sed mea
certasti viriliter maiorem à me gratiã conse
His dictis, visio disparuit, relicta in animo

Voluntas prompta ad perferendas crucis Deo gratissima.

suauitate incredibili, maximè quod eam Christus filiam suam vocasset. Clarissima quidem hæc cum principibus tenebrarum fuêre certamina: sequuntur tamen alia non minora, quæ cum ijs hominibus suscepit, qui sacram virginem partim quidẽ irridebant, partim etiam priuatim ac publicè infamabãt: in quibus illa vincens in bono malum clarissima nobis dilectionis erga inimicos exempla reliquit. Frater Gabriel Ordinis Minorum, eiusdemque Ordinis Prouincialis, sacræ Theologiæ Doctor celeberrimus, simul & frater Ioannes Senẽsis ex eorum numero qui D. Augustini institutum sequũtur Theologiæ Professor cõmuni consilio ad virginem venientes, eam, propositis difficillimis Theologiæ quæstionibus in derisum & pudorem adducere decreuerunt. His ergò propositis sacra virgo, magna cum reuerentia respondit, tantaque dicendi vi & gratia apud illos de mundi contemptũ disseruit, vt ipsi contra ingenti pudore suffusi, ad Dominum conuersi fuerint: omnibusque, quæ sanè haud exigui pretij bona possidebant, pauperibus distributis, paupertatis & abiectionis studiũ iterum tota virtute amplexati sint. Sic etiam frater Lazarinus Pisanus qui doctrina & dicendi artificio præ cæteris insignis erat, adeò huic virgini infensus erat, vt non modò priuatim, sed publicis etiam concionibus illi acerbè detraheret. Quid multis? Huius virginis precibus atque doctrina, relictis omnibus quæ habebat, in nouum hominem mutatus est, multorumque animas virtutis suæ exemplo & doctrina locrifecit; sanctissimeque vitam finiuit: quamuis multas fratrum suorum irrisiones perpessus fuerit, qui eum contumeliæ causa Catharinaton appellabant.

Virgo irridetur ab aliis.

Venia-

Veniamus nunc ad certamina quæ cum Deo ipse sacra virgo habuit: quippè quæ vt homines salutaris doctrinę monitis & exemplis vicit: ità omnipotentem Deum feruentissimis precibus superauit. Cùm Lapa virginis mater letali correpta morbo subitò sine Confessionis sacramento è vita excessisset, Catharina cum lachrymis oculos ad cælum iuuans, dixit Domino, se ab eo loco non priùs discessuram, quàm matrem ei viuam restitueret. Oratio igitur feruentissimè multis cum lachrymis, domum defunctam matrem ad vitam reuocauit: quę etiam in vita diutissimè post hoc mansit. Magna profecto orationis virtus quę impœnitentē animam ab inferorum faucibus in hāc lucem reuocare potest. Non dissimile admodùm de patre legitur: qui cum appropinquante mortis termino filiæ se precibus obnixè commendaret, illa pro patris salute Deum deprecans, cùm intelligeret eum salua diuina iustitia nullo modo sine purgatorijs pœnis ad beatam gaudia peruenire posse, obnixius Deum orauit, eademque peruicit, vt sine vllis cruciatibus rectis in cælū reciperetur: ita tamen vt pœnas parentis in se reciperet. Vt autem certò constaret eum rectà in cælum migrasse, eodem temporis pūcto qua anima mortalitatis ergastulo soluta fuit, virginis sanctam iliaci dolores inuaserunt, ijsque ad supremum vsque vitę diem sine intermissione laborauit. Verùm illa non hos dumtaxat, sed etiam quosque alios cruciatus & molestias non modò patienter, sed etiam hilariter ferebat.

Orationum eius efficacia.

Matrem defunctam ad vitam reuocauit.

Patrē à Purgatoris pœnis liberat.

Magna quidem duo hæc cum Deo certamina extitêre. Adijciam aliud quod partim cum Deo, partim cum hominibus susceptum est. Fuit Senis [illegible] quadam de Pœnitētia S. Dominici, Palmerinæ [illegible]

nine: hæc incredibili odio & inuidia ſtimulata, nec nomen ſanctæ virginis audire quidem ſuſtinebat. Obtrectabat ei priuatim & publicè, nec vllis obtrectationibus & maledictis ſatiari poterat. Cernens id ſacra virgo, humilitate & manſuetudine eius animum placare nitebatur, ſed fruſtrà. Confugens igitur ad Dominum, ſingulares pro illa miſera preces obtulit. Audiuit autem preces eius Dominus, ſed priùs iudicium exercuit, percuſſitque grauiori morbo Palmerina. At illa nihilo melior effecta, ſed exacerbata magis, infenſiorem ſe virgini oſtendit. Rurſus ergo nouis humilitatis officijs eam emollire ſtudiuit. Seruiebat illi omnibus quibuſcunque poterat modis, blandisque verbis & obſequijs conſolabatur. Sed ſaxo durior nihil mouebatur tanta humanitate & beneuolentia, imò verò ex ſuis eã aedibus furibũda expelli iuſſit. At iuſtus iudex tantum odium cernens, ita eam percuſſit vt repentè viribus omnibus deſtituta ad inferos properare viderentur. Quod vbi cognouit ſancta virgo, mox clauſo cubiculo inſtantiſſimè Dominũ rogare cœpit, ne ſui occaſione illa anima periret. Oſtẽdit autem illi Dominus miſeriam & periculum infœlicis animæ, dixitque iuſtitiam ſuam ferre non poſſe, quod tam pertinax odium puniretur. Tùm virgo mente & corpore humi proſtrata, dixit ad Dominum ſe nullo pacto de eo loco ſurrecturam, donec Palmerinæ miſereretur. Iam tres dies & noctes miſera illa in agone cõſtituta ſupremum trahebat ſpiritum: quo tempore Catharina in precibus perſeuerabat, & tandem lachrymis inuictum & inſuperabilem expugnauit, ita vt adamantino illi pectori gratiam ſuam inſpiraret, qua peccati ſui fœditate agnita, indoleret: perceptisque ſacramentis

magna

Palmerinæ odium in Virginem.

Mira virginis charitas.

Impetrat Palmerinæ gratiam diuinam.

magna cum cordis contritione è corpore migrat
Cuius animã vidit sancta virgo in tanto decore
pulchritudine, quamuis nondum in gloria diu
visionis esset, vt nullis posset verbis exprimi. Q
hanc virginis patientiam, quis flagrãtissimum
ri ratis ardorem non miretur? Sed ad alia charis
illius opera veniamus.

Seruit leprosæ fœminæ.

Senis fuit mulier quędam inops & ęgrota Th
nomine, quę ingenti paupertatis malo coacta
comiũ petijt, sed adeò tenuè vt vix necessaria
peditaret. Accedebat ad cumulũ miseriæ lepra
totum corpus occupauerat, prorsùs vt abom
relicta, propter contagionis periculum vrbe
enda erat. Quod vbi præsensit virgo mirabil
uore accensa ad eam properauit, & non mod
necessarias, sed suum quoque obsequium ad
obitum eius obtulit. Itaq; quotidiè mattè & v
illam visitabat, Christumque in ea contempl
curatè & reuerenter ei inseruiebat. Ex ipsis a
cræ virginis beneficijs, mulier illã superbia
gratitudinis pestem cõtraxit, cœpitque pro
exigere quod sacra virgo pro solo Christi a
faciebat prorsus vt si non statim ad vota om
cisset, conuicia in eam & contumelias iactare
ijs nihil irritata virgo, studebat iracundiam
verbis & sedulis officijs delinire haud aliter
si propriam parẽtem tractaret, ita vt etiam
ba mulier admiraretur. Eccè autem vt ex ho
riosiùs triũpharet, manus sanctæ virginis le
uasit. Quod illa nihil morata malebat tõtum
pus fœda contagione inficij, quàm cœptum
tatis officium deserere. Paulò pòst excessit
mulier leprosa, virgine illi in extremis all
eam efficacissimè confirmante. Eius corpus

dum sanè sancta virgo diligentissimè abluit, induit & suis manibus sepeliuit. Post sepulturam autem ita omnis lepra à virginis manibus euanuit, vt etiã elegantiores quàm anteà viderentur.

Sed ad aliud multò mirabilius misericordiæ opus veniamus. Quædam S. Dominici soror (quam Andream vocabant) cancri morbo in pectore laborabat. Tantus autẽ ex eo vulnere fœtor exhalabat, vt vix vlla inueniretur fœmina quæ miseræ illi opitulari vellet. Audiens hoc virgo Christi, intelligensque eam sibi derelictam, mox eam adijt, & iucunda facie suum ei seruitiũ, donec curaretur, obtulit. Non potuit non hoc miserę valdè gratum accidere vtpotè quæ se omni penè ope destitutã cerneret. Seruiuit igitur iuuencula seni viduæ, & licèt increscere fœtor abominabilis pari tamen alacritate omnia charitatis officia illi impendebat, adeò vt ipsa ægrota obstupesceret ad tantã iuuẽculę charitatẽ & constãtiam. Videbat hæc & inuidebat tortuosus coluber, & summã operã, vt impediret, nauauit. Adesto quæso animis mirabile certamẽ inter humani generis hostẽ & tenerã puellã spectaturi. Cum voluntatem tantę virginis (vtpotè in Christo fundatã) mouere nõ posset, quodã die, eâdẽ vulnus deregẽte, fœtore intolerabili stomachũ eius propè euertit; ità vt ad vomitũ propẽderet. At sancta virgo sibi irata sic corpus suũ alloquebatur: Itanè abominaris tu sororẽ tuã Christi sanguine redemptã, cùm possis in eundẽ vel etiã deteriorem morbũ incidere? Viuit Dñs nõ feres hoc impunè: simulq; faciem in pectus ægrotæ inclinãs, os & nares horrẽdo illi vulneri applicuit, donec recalcitrãtem spiritui carnem subdidisset, illamq; nauseã extinxisset. Videns autẽ hoc ægrota exclamauit: Cessa, cessa charissima

Inseruit alteri omniũ ope destitutæ.

Eius charitati inuidet diabolus.

En quãtam sibi ipsi vim affert.

rissima filia, noli teipsam tam immani putore co-
rumpere. Victus ergò dæmon abscessit quidem
alias omnes vias tentauit, vt tandem aliquãdo
eximium charitatis officium in virgine impedi-
Ad ægram igitur cõuersus, primò tædium ergo
ginis ministeria, deindè verò etiam odium ex-
uit. Immisit autem in animam eius nefarias
ciones, vt putaret castissimã virginem, quoties
non adesset, obscenis actibus alicubi occupari
que ægrotam perduxit, vt in apertam virginis
miam prorumperet. Is rumor vt primùm ad
reliquarum Sororum peruenit, adeò omnes co-
tauit, vt scelus innocẽtissimæ virgini exprobr
At illa, nihil prorsùs calumniatricis illius me-
cijs permota, respondit: Verè dominæ & so-
meæ, ego gratia Iesu Christi virgo sum, idq; fe-
repetens nihil ampliùs addebat. Interim ni-
pristinis officijs intermittens, seruiebat miser
nocte dieque accuratissimè. Posteà verò mo-
nihil dolore infamiæ, rem totã cum multis la-
mis ad Christum sponsum suum retulit, qui
parens, dextera manu coronam auream, sini-
rò spineam offerens dixit vt alteram earum
vita eligeret. At illa è sinistra Saluatoris spi-
ronam arripiens, vi multa in caput suum im-
dicens: Domine ego in hac vita passioni tu-
formari cupiens, libens pœnas omnes refrig-
co amplector: atque post eam visionem assi-
pitis doloribus vexata fuit. Tum verò Domi-
constãtiam eam adhortans, promisit se mali-
monis calumnias in caput illius retorsuru
namque ei de illo victoriam præbiturum. P
non parua sanctæ virginis consolatio. At La-
ter eius, vbi percepit sinistras illas de virgine

Infamatur S. virgo.

En modestiam virginis.

Christus ei apparet.

ciones, quamuis de eius esset puritate certissima, vehementer tamen aduersus Andream illam commota, acerbè nimiùm ad filiam ait: An non sæpiùs prohibui ne illi vetulæ seruires. En qualem tibi refundit mercedem? Fiebat hoc quoque Satanæ artificio, vt sanctum illud ministerium impediret. At sancta virgo flexis coram matre genibus eam optimis rationibus leniuit: deindè ad ægram se conferens, tanta ei alacritate seruiuit, vt illa planè iam superata in seipsam descenderet, agnitoque facinore suo, animo valdè compungeretur. Interim visionem sanè admirandam vidit. Cùm aliquando eius cubiculum virgo sancta intraret, vidit repentè circa lectum suum lucem inestimabilis amœnitatis diffundi, adeò vt omnium suarum miseriarum oblita, sanctæ virginis aspectu angelicam quãdam præ se maiestatem ferentis satiari non posset. Indè tum in animo eius dolor cresceret, quod tam excellentem virginem spurco ore cõtaminasset, veniam ab ea petijt. quam illa non modò concessit, sed insuper blandissimè ęgram amplexata, culpam omnẽ in tartareum dæmonem trãstulit. Porrò sicut anteà scelerate detraxerat sacrę virgini, ità posteà mirificè etiam multis cum lachrymis prædicauit, & pretiarum sanctitatis eius testimoniũ dixit: prorsus vt serpens inuidus, crescente indè virginis sanctissimæ fama, omni suo conatu frustraretur. Sed rerum redijt ad faciendum periculum si eam stomachi euersione frangere posset. Nam cùm virgo hominabile illud vulnus aperuisset vt ablueret, miserabilis fœtor, dæmone id efficiente, immoditam eius stomacho nauseam attulit. Sed illa in suũ corpus sancta quadam iracundia incitata, Viuit, inquit, altissimus, quia hoc ipsum quod vsqueadeò

Vincit officijs teterrimã calumniatricem.

Iterùm dæmon ab officio charitatis auertere nititur.

perhorrescis, intra tua viscera condetur: stati-
illius horrēdi vulneris ablutionem seorsùm ab-
dens totam ebibit, nauseæque tentationem ita
piuit, vt ipsa posteà patri Raimūdo fateretur,
quam se tam suauem cibum aut potum in omni
ta hausisse. Apparuit autem ei Christus noc-
quenti, eamque ad sacratissimum lateris sui vul-
admouens ineffabili potu admirabiliter refec-
dè tanta gratiæ abundancia in eius mente d-
est, vt etiam in corpus redundarit, nec deinc-
quam more solito cibum acceperit: quod c-
mo fuit argumento eam visionem minimè d-
fuisse. Tanto autem sacrę communionis ard-
siderio, vt nisi ea frueretur animi deliquio
more oppressa concideret. Ex ipsa autem E-
stia tanta cælestium consolationum copia
mentem dimanabat, vt alimētum omne sto-
planè reijceret, & si quid per vim ingestū es-
sùs violēter per os reijceret. Sed pergamus
eius charitatis officia sanè admiranda pert-

Vide exemplū eximiæ charitatis.

Iterū ei Christus apparet.

Mirabile sacrę communionis desiderium & effectus mirabilior.

Prima ei & præcipua semper in vita c-
pauperes omnes beneficijs quamplurimis d-
ri. Orabat quandoque in templo Dominica-
cùm quidam mendicus ad eam accedēs inf-
cibus opem petijt. Illa cùm nihil quod la-
ad manus haberet, rogauit vt tantisper exp-
donec domū reuersa afferret, quo eius inop-
gnè consulere posset. At illo dicente, se mo-
diù nectere non posse, sancta virgo eius no-
afflictionem, dùm anxiè cogitaret, quid-
mendico dare posset, argēteam crucem, q-
fortè in sinu fouebat, prompsit, eamque m-
tribuit. Qua accepta lætus ille abscessit. P-
verò nocte Christus virgini oranti appa-

Benignitas eius in pauperes.

crucem multis gemmis egregiè ornatam protulit, eamque in extremo iudicij die se in angelorum & hominum conspectu ostensurũ promisit. Alio tempore sacræ virgini ex eodem templo domum redire volenti Christus in specie pauperis & peregrini occurrens vestem ab ea petiuit. Illa festinanter ad sacellum rediens, tunicam nõ manicatam cautè sibi detraxit, pauperique nesciẽs esse Christum tribuit. Ad ille etiam lineum vestimentum petijt. Tum illa eum se sequi ad ædes iubens & subuculam & subligaculum ei dedit. Verùm ille, qui virginis animum probare volebat, plura mendicare non destitit asserens se tunica, quòd manicis careret, commodè vti non posse. Illa perlustrãs domum suspensam à pertica nouam ancillę tunicam arripuit, ablatasque ab ea manicas pauperi dedit. Rursus ille etiam socium se in domo hospitali habere dixit, qui extrema constrictus inopia eiusmodi charitatis officio valde indigeret. Tum verò sancta virgo nihil sibi prorsus superesse cernens, respondit pauperi: Reuerà charissime, libenter si qua ratione possem socij tui inopiæ consulerem, sed planè vndè succurram relictum est nihil. Ille verò subridens: Video, inquit, promptum tuum benignè faciendi studium, sed iam benè suauiterque vale. His dictis ex oculis eius euanuit. Nocte verò sequenti Dominus ei oranti manifestè se in illius pauperis effigie visendũ præbuit, in manu ferẽs tunicam quam ipsi virgo dederat, margaritis iam & coruscantibus gemmis conspicuam, aitque se illi daturum vestem, quæ ab ea tuum vtriusque hominis arceret frigus. Quod certè etiam reipsa præstitit, adeò vt ijsdem semper non hyeme quàm æstate contenta vestibus, nullam aliis iniuriam vnquam senserit.

Mirè eius charitatem probat Christus sub pauperis specie.

Magnæ ſanè hoc miſericordiæ opus extitit, in
longè tamen maius ac mirabilius eſt, quod nos
ſubijciemus, quodq; ſingularem huius virtutis
dem cõtinet, eamque nobis omnibus mirificè com
mendat. Alexia vidua adeò feruenter amabat
virginem, vt eius conuictu ægrè carere poſſet.
cidit autem anno quodã vt magna eſſet tritici
Senenſes inopia, prorsùs vt non niſi vile & m
lens venderetur, cuius partẽ Alexia, nè omni
ne careret, emere coacta fuit. Antè quàm aut
tridum illud triticum abſumeretur, nouum
purum in foro proſtrabat. Itaque cùm Al
quod reliquum erat corrupti tritici, abijcere
tum emere cogitaret, priùs virgini mentem
aperuit. Illa verò reſpondit: Itanè tu abijce
quod Dominus voluit eſſe hominum alimen
Quod ſi tibi nõ libet illo veſci, da pauperibus
bus aliud quod edant eſt nihil. Alexia rurſus
te non poſſe ſe tranquilla conſcientia tam p
pauperibus offerre panem virgo ſancta ait: P
quam, & corruptam illam farinam ad me
ego ipſa panes indè in vſus pauperum con
Alexia facit vt iuſſa erat, & ſancta virgo ex
farina celerrimè tam multos effecit panes, v
tis hebdomadibus præter omnium expectat
ſufficerent, nec in his vllis ſentiebatur put
qui illis veſcebãtur, dicebant ſe nunquàm tam
ſoporis panes deguſtaſſe. Poſteà autem ſan
go ſecretè patri Raimundo rem certè admira
digniſſimam retulit, & quæ apud eos ſolùm
habere poterit, qui beatiſſimæ virginis m
ſerationes ſunt experti. Dixit igitur illi ſe
gno charitatis & miſericordiæ affectu ad il
ceſſiſſe farinam, mox verò beatiſſimã Mari

gnem ipsi sanctis Angelis sociatam apparuisse, sumque sacratissimis manibus cum ipsa panes compositisse, atque indè sic auctos fuisse.

Cæterùm hæc misericordiæ opera ad corporis principuè obsequiũ spectant. Ad maiora veniamus, quæ ad animæ salutẽ pertinent quæ tanto sunt præstantiora, quantò anima mortali corporis natura præstãtior est. Principio igitur cùm hæc sancta virgo puellari adhuc ætate cõstituta, incredibili salutis animarum desiderio flagraret illos peculiariter amabat sanctos, qui lucrãdis animabus operam darent, intellexitque diuinitùs beatissimum Patrem Dominicum zelo fidei & salutis animarũ incensum, Ordinem Fratrum Prædicatorum instituisse. Quæ res in eius animo tantam erga illum Ordinem reuerẽtiam excitauit; vt si quos vidisset fratres S. Dominici suas ædes transeuntes, illorum obseruaret vestigia, eaque illis abscẽdentibus, humiliter ac deuotè exoscularetur. Porrò creuit in eius pectore ingens desiderium illius instituti complectendi, vt posset cum fratribus saluti animarum incumbere: sed sexu id nõ permittente cogitabat sanctam Euphrosynam hac in parte imitari, & instar illius fingere se masculum, atque procul in regionibus ignotis fratribus se Dominicanis adiungere. Hoc autem fraternæ salutis desiderium in matura ætate auxit animarum sanctarũ pulchritudine mirabiliter ei ostensa. Orante enim sancta virgine vt dignaretur sibi Dominus hanc præstare gratiam, vt posset videre elegantiã animarum omnium cum ipsa versantium & ad ipsam venientium vt tantò magis ad curandam earum salutem accenderetur; Dominus eam exaudiuit: atq; ex eo tempore, quotquot aliqui ad eam venissent, magis ad eorũ animas,

Virgo Catharina flagrat incredibili desiderio salutis animarũ.

quàm ad corpora intenta erat, ità vt sæpè non ad-
uerteret corpora: nec quisquam ferè ad eam pos-
accessisset, cuius animæ statum non peruideret, di-
cebatque patri Raimundo: O pater mi, si vidisse a-
nimæ pulchritudinem, non dubito quin pro illius
salute libens centies mortem oppeteres.

Animæ pulchritudo quãta sit.

Addã his aliud longè mirabilius, eius donorum
cessum qui in cunctis operibus suis est mirabi-
In maturiori ætate ex multa gratiarum affluen-
ità cor virginis diuino est amore inflammatum
planè lecto affixa decũberet nec posset è lecto
gere. Is languor cùm ab amore proficisceretur
acriter stimulabat, vt ardentissimis à Domino
cibus peteret, quô eam dignaretur ex hac vita
re. Sed cùm sentiret Domini voluntatem his p-
bus aduersari, rogauit vt quamdiu in corpore
permanere vellet, dolorũ, quos ipse in hac vita
tulisset, participem facere dignaretur. Id verò
stitit ei Deus, eamque, vt charissimos filios so-
gregiè afflixit. Porrò cum incremẽto afflicti-
multis modis Christi etiam amor auctus est:
tanta demùm vis fuit, vt cor virginis à sum-
que deorsum crepuerit, ruptisque vitalibus
sola ei diuini amoris, spiritum reddiderit.
autem rei complures fuêre testes qui ibidem
re: idemque ipsa virgo testata est, animam
cet à corpore disiunctam fuisse, vidisseque
Dei, quæ nullis possint verbis enarrari: vidisse
riam Sanctorum & pœnas peccatorum, tam
inferos, quàm in locis Purgatorijs, prorsùs in-
cabiles: quarum minima tanta sit, vt si ea ho-
bus cognita foret, millies potiùs mortem opp-
ri essent, quàm illam vel vno die sustinere. D-
autẽ hæc animæ à corpore separatio ad hora

Amor virginis incredibilis penè.

Videt gloriã & pœnas æternas.

mor, tandemque non absque summo dolore vitæ addita tribus diebus & noctibus fleuit continēter. Ne quis putet res vanas nos referre, nouerit, eo tempore, quo sancta virgo animam efflauit, quatuor ei adfuisse fratres Dominicanos, ex quibus vnus Ioannes nomine, tantos ex eius morte dolores hauſit, vt in fletus & eiulatus prorumpens, rupta arteria, multum sanguinis vomeret: prorsùs vt eius vitam desperationem ex eo veniret. Tùm frater Thomas, qui virgini à confessionibus fuerat, cum ingenti fide fratrem Ioannem monuit, vt sacras virginis manus horrendo suo vulneri admoueret, & sanitatem minimè dubiam reciperet. Fecit hoc ille cum omnibus & sanitatem repentè adeptus est. Hoc igitur diuino lumine sancta virgo irradiata, tanto ardore animarum salutem sitiebat, vt instar Apostoli Pauli anathema pro fratribus fieri optaret. Sic etiam quidam eam in ecstasi positam ad Dominum orantem audierunt: Mi Domine, quonam modo fieri potero, vt qui ad imaginē tuam formati sunt, in æternum pereant? An nō in maiorem gloriē tuæ cumulum cederet, vt salua charitate, ego sola perirem corporisque mei obiectu aditū ad inferos obstruerem, omniaque gehennæ tormenta perferrem, quam vt tot animarum millia à beatitudinis tuæ consortio excluderentur? Huic autē petitioni Dominus respondit, nullo modo fieri posse, vt charitati locus apud inferos esset. Tantam enim charitatis vim atque potentiam esse, vt magis ipsa gehennē flammas extingueret, quàm ab eis ipsa lædi posset.

Oratio eius ad Dominū pro salute peccatorū.

Quantus aūt animarū fructus indè fuerit cōsecutus, eius vitæ scriptor Raimundus exponit his verbis: Quis narrare sufficiat, quot sceleratos homines ab ipsis inferorū faucib' extraxerit: quos obstinatos

Fructus animarum sanè admirabilis.

ad ſui cognitionem adduxerit, quot mũdo hoic d
ditos, ad eius contemptum induxerit; quot va
diuexatos tentationibus, è Satanæ laqueis liberan
rit, quot cælitùs vocatos per virtutis iter dedu
rit? Vidi ego nonnunquàm vel mille, & eo amp
vtriuſque ſexûs homines ad eam videndam &
diendam confluere, ſoloq́ue eius aſpectu ità ob
maleficia animo compunctos, vt lugentes pro
rent ad cõfeſſarios (de quorum numero ipſe e
qui cum ingenti contritione peccata ſua co
ſunt. Quam ob cauſam Gregorius, eius nomin
decimus Romanus Pontifex mihi & duobus
eam, qua Epiſcopi pollent, abſoluendi poteſ
dedit. Et certè multi venerunt ad nos imm
implicati facinoribus qui nunquàm ritè Pœn
tiæ ſacramento vſi fuerant. Itaque non rarò a
ſpertinas vſque preces ieiunij permanſimus, n
men omnes audire potuimus cõfiteri volente
virgo ſancta ſine intermiſſione orabat, & i
ctrix, capita præda, exultabat in Domino.

Petit aſſiduè à Domino augmẽtum fidei.

Poſt hæc virgo ſaucta incredibili deſider
perfectum fidei gradum perueniendi flagra
pit, adeò vt dies noctesq́ue cum Apoſtolis Do
oraret, vt fidem illi adaugeret, eamq́ue ita p
ret, vt nulla aduerſantium hoſtium vi conc
proſterni poſſet. Cumq́ue ſæpè oranti illi ſæp
reſponderet Dominus, Deſponſabo te mihi i
tandem pridiè illius diei, quo ſolenne ieiuni
drageſimæ inchoatur (quo tempore ſeculi ho
ventri & gulæ ſe totos addicunt, atq; omnes i
perantiæ habenas laxant) illa clauſo cubicul
dentiſſimè eam, quam diximus, fidei perfect
à Domino poſtulabat. Et quia veriſſimè à Pro
dictum eſt, Delectare in Domino & dabit tib

tiones cordis tui; tandem oranti illi, & promissa à Domino fidei sponsalia suppliciter postulanti, ecce fidelis in promissis suis Christus Dominus sanctissima matre & beatis Apostolis Ioanne & Paulo cum Patre Dominico stipatus ad virginem venit, eamque ineffabili quadam ratione sibi despōsauit, quæ nulla humana facundia pro dignitate explicare potest. Post hæc Christus Dominus tam familiariter cœpit cum ea versari, tamque frequenter illi apparere vt propè fidem vincere videatur, præcipuè illorum qui nūquàm quàm suauis & benignus sit Dominus degustarunt. Manebat cum ea solito diutius, & amicissimè sermones miscebat, idque adeò, vt non rarò huc atque illuc in cellula ambulās pariter cum ea Psalmos diceret. Hæc sanè quibusdam incredibilia videbūtur, sed meminerint quàm familiariter idem ipse Dominus olim in terris triginta & amplius annos etiam cum impijs & peccatoribus vixerit: meminerint quæ ex eius persona dicuntur in Prouerbijs Salomonis: Delicię meę, esse cum filijs hominum: quanquàm negari non potest magnam hanc fuisse virginis dignitatem & plane admirabilem bonitatis diuinæ gratiam. Sed sequitur alia huic consentanea & minimè inferior.

Christus eā sibi despōdet in fide.

Die quadam vehemētissimi amoris vulnere vulnerata, instanter à Domino petebat, vt à se cor suum & propriam voluntatem radicitùs euelleret, quo omnibus in rebus sine vlla tergiuersatione se illi obsequentem atque morigeram præberet. Videbatur autem illi sic orāti in visione venire Christus, & latus sinistrum aperire, ablatoque corde reponere. Et reuerà nō poterat illa aliud sentire quam cor de destitutam. Cùm id autem suo diceret cōfessario, ille nō sine risu atque ludibrio eam audire

Petit à Dño perfectam obedientiā.

poterat. Aliquot dies Confessarius in eo perſe-
rabat, quod eam parùm ſane mentis esse credeb-
& eccè illa quodam die è ſacello eccleſiæ exire
lente, cum multa luce Chriſtus ei apparuit, in
nu ferens cor quoddam rubicundũ & illuſtre,
piùsque accedens, illud in ſiniſtrum virginis
impoſuit, dicens: Eccè filia mea habes pro
tuo, cor meum, clauſoque latere receſſit. Sed
taretur hoc inane phantaſma, illo in loco
permanſit, quę à ſocijs eius frequẽter viſa eſt.
autem ex hac adeò ſtupenda cordis mutation
rit conſecutum, facilè quisque poterit di
Non enim rerum omnium cõditor hac mirab
tione tamdiu apud ſe cor illius retinere vol
vt illud ardentiſſimo amore, & gratiarum
um affluentia repleret. Cuius rei eadem ſanc
go certiſſima teſtis eſt, quę incredibilem char
ardorem in cordẽ ſuo ſentiebat: prorsùs vt d
tantam in anima ſua puritatis & humilitatis
uationem exiſtere, vt ad ætatem quatuor vel
que annorum ſe redijſſe putaret.

Quamuis autem hęc quę diximus ſumma
ratione digna ſint, mirabilius tamẽ eſt quod
tur. Cùm Piſis in eccleſia Chriſtinæ virgini
pater Raimũdus virgini ſacram cõmunionem
buiſſet, eaque ſumpta, illa more ſuo oppreſſ
bus concidiſſet, ſubitò corpuſculum eius, q
cebat proſtratum, ſe pauliſper in genua erex
chijsque extenſis & facie rutilante diù ita pe
ſed adeo rigidũ, vt nihil à mortis ſimulacro
videretur: tandem quaſi lethali confectum v
repentè decidit, & paulò pòſt in priſtinum
reſtitutũ eſt. Deindè virgo ſecretò patri Ra
indicauit ſe, ſub illo raptu quinque vulner

gnatibus Christi insignitam fuisse, prorsùs vt tãtos illis in locis corporis sui dolores sentiret vt nõ nisi magno Dei miraculo in vita permanere posset. His dictis, sancta virgo domũ delata, ad extremum spiritum deduci videbatur. Raimundus igitur & socij eius eandem vt mortuam lamentãtes, amarissimis lachrymis se pijssima matre atq; magistra orbatos deplorabãt. Paulò autem pòst ad se reuersa est, sed adeò tenuem vitæ spem ostendit, vt eaipsa acerbiores etiam lachrymas commoueret. Cumq́ue omnes magna vi precũ diuinæ misericordię viscera pulsarent, victus tandem misericordiæ parens nõ solùm acerbissimos, quos sacra virgo patiebatur dolores sustulit, sed eos contra in iucundissimam lætitiam cõmutauit. Nemo autem molestè ferat, quòd huic sanctissimæ virgini sacra Domini stigmata cõcedamus, cùm hoc ipsum Pius Papa II in hymno testetur his verbis: *Quo nequit dici sanctius per orbem, Vulnerum formam miserata Christi, Exprimis ipsa.*

Christus ei vulnera sua imprimit.

Sunt hęc admiranda præter vsitatum ordinẽ cursumq; diuinæ gratię priuilegia, quę nisi in eo diplomate, quo sancta virgo in Diuos relata est, cõtinerentur, referre forsitã dubitarẽ. Sed audite maiora. Ab initio Quadragesimæ ad festũ vsque Pẽtecostes solo sacratissimę Eucharistię cibo victitauit. Quod hoc mirũ videtur addam aliud longè mirabilius, nempe q; octo annorũ spatio simili modo sine vllo terreno cibo permãserit, nisi quòd propter vitandã vmbrorũ offensionem succũ herbarum coctarũ deuoraret, quem tamẽ protinùs vomitu, nõ sine graui dolore eijciebat, stomacho nullã prorsùs cõcoquendi vim retinẽte. Cumq́; ab alijs interrogata, cur nõ aliorũ cibo vesceretur; mirabili humilitate diuinã Dei gratiã, quasi vltionẽ peccatorum suorũ inter-

Mirabilis abstinẽtia.

Insignis eius humilitas.

interpretari solebat ità respondens: Deus propt
peccata mea raro quodam morbo me percussit, n
vt quamuis libentissimè vellem, nullo tamè mod
cibos admittere possum. Quæso illum pro me
orate, vt det veniam peccatis meis, quæ sunt ca
malorum omnium quæ patior. Eccè vndè supe
bat non vulgaris sese efferendi materia, indè sa
virgo de se vilius sentiendi occasionem cœpit.

Fuit sanè tota eius vita perpetua quædà o
prorsùs vt pre amoris & gaudij magnitudine
non modò sentiendi vim amiserat, sed inte
etiam vi spiritûs sacrum eius corpus à terra
tum in aëre pendulum maneret. Quàm rem
gari aliquo testimonio, sed ipsius diplomat
virgo in Diuos relata est, constat: sic enim in
gimus: Rapiebatur sæpè sancta virgo à spiri
in aëra suspensa diuinis contemplationibus p
batur: adeò extrà se acta, vt expuncta perc
nihil omninò sentiret, idq; frequentissimè i
tingebat cùm diuina reficeretur Eucharistia.
ta verò luce, quo spiritûs gaudio quo charita
dore sanctæ virginis mens cõpleretur, cùm
sumeret Eucharistiam, cælestique sponso per
sacramenti virtutem coniũgeretur illud arg
to est, quòd statim ab ea sumpta ecstasim m
abus & interdum tribus horis patiebatur. Q
rò animales homines quæ sunt spiritûs Dei n
sequuntur, varijs modis (dùm sic raperetur
afflictabant, Inter alios homo quidam scel
impressis in virginem calcibus, dum ecstasim
retur, atrociter in eam desæuiebat, qui tam
non impunè tulit. Paucis enim pòst diebus
rimus homo laqueo sibi vitam eripuit.

Ecstases eius

Ex hac autem virginis charitate, tanta vita

tas & innocentia in ea orta est, vt Stephanus Carthusiensis Prior, qui virginis amanuensis extitit, & longo tempore cum ea versatus fuit, post alia clarissima eius preconia, iureiurando cõfirmet, se nullum otiosum verbum tam longo temporis spatio ab ea prolatum audiuisse. Sed quoniam sine aliquo leui lapsu hæc tam periculosæ vitæ spatia (quę tota tentatio esse dicitur) transigi non possunt, quibus gemitibus ac lamentis, quo doloris aculeo virgo sauciata fuerit, si quid tale ei obtigisset, hoc exemplo intelligi poterit. Quodam die festo Conuersionis sancti Pauli, tam sublimiter spiritus eius in Deũ raptus fuit, vt tres dies integros & noctes immota manserit, nullisque corporis sensibus vsa fuerit. Tandem reddita sibi dormitare visa est, adeò ægre spiritus ab illa cælesti visione ad hanc vitam redibat. Intereà venerunt ad illam duo patres Dominicani sciscitantes, num vellet se comitem præbere ad inuisendum insignem quendam virum in eremo degentem. Illa respondit quasi dormitans se velle. Sed simulatque id protulit, tanta ei iniecta religio est, tamque acerbus conscientię dolor (quòd non ex animo sed quasi per iocum locuta esset) vt præ dolore animi tres dies atque noctes sine intermissione tenuissimam illam culpam luxerit, in quam Deus eam ruere permisit, ne reuelationis illius magnitudine extolleretur. Nam reuerà sub hac triduana ecstasia viderat, quæ nullis possent verbis explicari.

Puritas & innocentia S. Virginis.

Nota admirandum dolorẽ de peccato leuissimo.

Ex eodem autem charitatis fonte & familiari cũ Deo amicitia, diuinorum secretorum communionem oriri Saluator in Euangelio docet, cùm ait: Iam non dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat Dominus eius. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcũque audiui à Patre meo, nota feci vobis.

bis. Hanc autem gratiam tanta plenitudine hu
virgini puritatis amator Dominus contulit, vt co
gitationum arcana & secreta diuina & futura m
ta (quæ tùm ad priuatas personas, tum ad tota
Ecclesiam pertinebant) cum ea velut amicus cu
amico, quo familiariter vtitur, communicare
leret. Cuius cùm multa afferri exempla posse
num solummodò proferam quod in Pij Pa
diplomate continetur his verbis: Pro pace Fl
tinorum, qui cum Ecclesia diffidebant, & in
cto suppositi erant Ecclesiastico, Apenninum
pes transire, atque ad Auinionem vsque ad G
rium Vndecimũ Pont. Max. antecessorem no
proficisci non dubitauit. Cui votum suum d
tenda vrbe Roma in occulto factũ sibi soli a
notum, sese diuinitùs cognouisse monstrauit.

Claruit prophetiæ spiritu.

enim in ea spiritus prophetiæ: multa prædixit
quàm fierent & occultissima reuelauit. Qui
illud quod ab hoc cælesti præceptore erudi
modò futura prædixit, & occulta cordium p
cit, sed mirabili etiam sapientia donata fu
& libros & epistolas mirabili doctrina re
composuit: quodque omnem susceperat a
tionem mulier omnis generis disciplinarum
ra, sæpè duobus, sæpè tribus, interdum etia
tuor scriptoribus epistolas sine vlla cunctat
dictabat.

Orationum eius efficacia.

Sed quoniam inter singularia Sanctorum
legia vis & efficacia orationum principem
cum vendicat de hac (cæteris omissis ne lo
simus) breuiter nonnihil perstringamus. An
lutis 1374 plus minus cùm pestis inguinaria
vastaret, accidit vt virum venerabilem Ma
nomine, qui domui S. Mariæ de misericordia

ne ea pestis corriperet. Id vt primùm ad sanctam virginem perlatum est, festina ad illum accessit, & prius quàm ad eum appropinquaret eminùs clamare cœpit: Surge domine Matthæe, surge, non est iam tempus in lecto molliter cubandi. Vix illa verba compleuerat & momento temporis, pestis & apostema, dolorque omnis ità euanuêre, vt ijs nunquam Matthæus laborasse videretur: lętusque & alacer è lecto consurgens, paulò pòst cum patre Raimundo non ægrotorum, sed fortium hominum solidos cibos ederet. Cuius præclari miraculi permulti testes fuêre.

Per id tempus quo illa pestis grassabatur Senis pater Raimundus, cùm fidissimam quibuscunque adesse poterat nauaret operam, accidit vt & ipse contagione pestifera inficeretur. Tum verò vt potuit cum socio ad ædes sacræ virginis se contulit. Illa verò manus suas Raimundi capiti admouens genibus pro salute eius orabat Dominum. Pater orandum autem vt sæpè aliàs in mentis extasim rapta fuit. Cumque ad dimidiam ferè horam ità permansisset, Raimundus sensim sanitatem recepit, prorsus, vt antè quàm illa sibi restituta esset planè curatum se sentiret: ciboque sumpto incolumis ad pristinos labores rediret. Frater Bartholomeus patris Raimundi socius eadem pestis acriùs & diutiùs oppressus, sanctæ virginis precibus itidem restitutus est. Sunt huius generis pene infinita à virgine patrata miracula: quæ si ex ordine referre vellemus vix iusto cuncta volumine comprehendi possent. Vnum adhuc ex omnibus subijciemus ex quo clarissimè virginis sanctitas dignosci poterit.

Pater Raimundus peste infectus à virgine curatur.

Senis-

Duo flagitiosi in sceleribus obdurati à virgine mirabiliter conuertuntur.

Senis duo flagitiosi latrones capti, propter faci-
norum immanitatem atrocissimis sunt supplicij
addicti. Iamque ducebantur ad mortem & curri-
bus impositi ignitis fuscinulis discerpebantur. No-
mo autem eos adducere poterat, vt saluti suæ Con-
fessionis sacramento consulerent: quin potius
(quod dictu quoque horribile est) voces in Deum
blasphemas palàm iactabant. Eo autem tempore
erat sancta virgo apud Alexiam sociam & discipu-
lam suam, cuius ædes miserrimi illi præteribant.
Vbi id autem sensit Alexia, celeriter indicat sanctæ
virgini: illa se totam confert ad deprecandam
mentiam Saluatoris pro salute desperatorũ: cum-
que vidisset per fenestram ingentem turbam
monum, qui obstinatos illos miserè exagitabant,
impetrat à Domino vt possit spiritu se illis ad-
gere, & cum eis ad portam vsque proficisci. Vt
tem eam viderunt dæmones palàm clamitabant:
non cessaueris, dæmoniacam te efficiemus.
spretis procacium minis, in precibus perstitit.
ad portam vrbis ventum est, eccè clementissimus
Saluator apparet obstinatis illis totus vulnerum
confectus & sanguine madidus, inuitat ad pœ-
tentiam, promittit veniam. Illi mox mutati in-
ter petunt sacerdotem, peccata sua confitentur.
cta confessione blasphemiæ mutantur in laudem
Dei, dignos se etiam maioribus tormentis fa-
tur. Stupent omnes repentinam illam confessio-
nem: carnifices quoque mitescunt, nec audent
ua inferre supplicia, dum vident tantam eorum
etatem ac religionem. Denique illi ad mortem
secùs atque ad epulas festinant, spe bona fre-
per supplicia momentanea citiùs ad gaudia ve-
ros sempiterna. Quod multò etiam magis mi-

dum est, quàm si horum extincta corpora ad vitam essent reuocata. Plura eximiæ sanctitatis eius opera referre negligimus, ne pium lectorē nimia prolixitate tædio afficiamus.

Cùm annum ætatis plus minùs 33 attigisset, incredibili Christi desiderio inflāmata, assiduis precibus à Domino postulauit vt huius mortalitatis ergastulo solueretur, quô desiderato diù eius aspectu frui posset. Non cessabat multiplicatis precibus Dominum exorare, vtpotè quæ rerum terrenarum nimiū pertæsa dissolui cupiebat & esse cum Christo, cùm eccè corporis infirmitate, qua detinebatur, indies magis magisque crescente terminum adesse vidit, quem toto vitæ tempore desiderauerat. Ibi verò tanquàm grauissimorum peccatorum rea ab omnibus humiliter veniam petijt, omnibusque Ecclesiæ sacramentis se communiuit, & plenariam peccatorum omniū remissionem auctoritate Gregorij XI & Vrbani VI Romanorum Pontificū impertiri curauit. Tum verò mortis angoribus repente correpta cum teterrimis dæmonibus in singulare certamen ingressa est. Quod sanè tam ex dictis quàm factis eius facilè animaduerti potuit. Dæmones enim cùm instarent vrgerētque vt eam vel meritorum excellentia in superbiæ crimen extollerēt nonnunquàm tacebat, nōnunquàm verò respondebat interdū leniter subridens, obiecta crimina contemnebat. Semel autem quasi attonitis auribus arrecta cùm parumper conticuisset, læto vultu respondit in hæc verba: Vanam gloriam nunquàm, sed veram vtique gloriam & laudem præpotentis Dei. His dictis cùm aliquamdiu viribus iam destituta silentium tenuisset tandem exclamauit: Domine in manus tuas commendo spiritum meum: si-

Migrat è vita anno ætatis 33.

Vide humilitatē S. virginis.

In agone à dæmonibus acriter expugnatur.

mulque animam tot tantisque virtutibus exorta-
tam in manus Creatoris efflauit.

Funus fuit multis ciuium omnium lachrymis
curatum & in Dominicanorum ecclesiam depor-
tum: vbi mox insignia valdè & præclara diuinitus
edita sunt miracula: adeò vt ea propter toto tri-
inhumatum permanserit. Postquàm verò honori-
cè sepulturæ traditum fuit, eadem ipsa non mo-
non extincta sed etiam præclariùs aucta sunt: p-
sus vt eximiam virginis sanctitatem omnibus
confluentibus notissimam facerent.

Miracula ad funus eius.

---

*MARTYRIVM SS. MARIANI LEC-
ris & Iacobi Diaconi. Conscriptum ab eo qui
terfuisse testatur. ex quo Vsuardus etiam qua-
in suo Martyrologio descripsit.*

30 Aprilis.

CVm pari socioque comitatu viam Nu-
am versus ingressi essemus, & ad locum
appellatur Muguas, cui Cirthensis Co-
suburbana est vicinitas, venissemus, vbi diabo-
bies ad tentādam iustorum fidem acriter sæ-
Marianus & Iacobus beatissimi martyres ad
coronæ locum intrepidè vestigia direxerunt.
enti & cæcati Præsidis furor per militares
omnes Christo dilectos requirebat: & incre-
quadā crudelitatis insania mulctatos iam ar-
lio retrahebat, eorumque vt se sanguine ine-
auidis faucibus anhelabat.

Colonia Cirthēsis.

In his Agapius & Secūdinus antistites am-
missimo inter se ac indiuiduo planè societa-
culo coniuncti, alter etiam carnalis con-
sanctitate eximius à certamine ad certamen
euocati sunt: vt qui captiuos à seculi pomp-
tinendo Christi nomine subegissent, etiam

Agapius & Secundinus Episcopi, quos Martyrologia habent 29 Aprilis.

aculeos consummatæ fidei virtute calcarent. Contigit autem vt fratres Agapius & Secundinus ex illustri sacerdotio martyres gloriosi, in eo transitu, quo ad beatum passionis suæ prælium, Præsidis quidem temporanea potestate, sed Christi electione pergebant, nostrum interim dignarẽtur hospitium. Quibus tantus inerat gratiæ & viuificationis spiritus, vt tam sanctis & præclaris Dei testibus parum iam esset, quòd ipsi martyrio preciosum sanguinẽ destinassent, nisi etiam alios martyres fidei suæ inspiratione fecissent. Horum tanta fuit charitas, tantaque dilectio, vt licèt tacitis insitæ virtutis exemplis fratrum fidem satis superque extruerẽt, tamen paucis illis diebus, quibus nobiscum degebãt, adeò nostrum omniũ mentes diuinis sermonibus inflammarunt, vt Marianum & Iacobum exemplo & magisterio suo dispositos incredibili quodã martyrij amore ebrios relinquerent. Cùm enim biduum ab eorum certamine sanè glorioso fluxisset, nos qui in villa relicti recẽtissima gloriæ vestigia ingredi paratus, violẽta manu ad idẽ certamẽ requisiti sum⁹. Et quidem cùm à Muguis in Cirthensem Coloniam traheremur, Marianus & Iacobus penè sequentes cùm nos exultantiùs ad constantiam hortarentur, se quoque Christianos essẽ liberiori gaudio prodiderunt. Mox igitur interrogati, cùm in fortissima Christi confessione perstarent, deducuntur in carcerem. Tunc attentantur numerosis durisq; cruciatibus per stationarium militem, iustorum pio. Tamque carnificem adhibitis in auxilium crudelitatis eius centurionum & Cirthensium magistratibus tanquàm fides eorum, quibus corporis cura vilis erat, membrorum laceratione frangeretur. Et quidem Iacobus, qui in virtute fidei magno ex-

Marianus & Iacobus ducũtur in carcerem & dirè torquentur.

celsoque animo præditus erat, & iam antè infes-
tiones variæ persecutionis euicerat, se non mo-
Christianum, sed Diaconum quoque esse confes-
est: quem protinus pari virtute secutus Marian
se Lectorem esse exclamauit. Hinc furor carnifi
vehementiùs incensus noua atrocioraque exqui-
uit supplicia. Et quidem Marianum extremis p
licum apicibus suspenderunt, addita pedibus
mani ponderum mole, vt discordantibus pœna
tius corporis compago solueretur. Sed Mar
quanquàm concussis lateribus, diuulsis viscer
& cõpage planè resoluta, immania pateretur
te tamen imperterritus constitit, prorsus vt
torquentium feritate, nouo triumpho exulta
carcerem reduceretur; vbi cum Iacobo & re
fratribus gaudium victoriæ Dominicæ freq
oratione celebrauit.

In carcere autem non sine mirificis visio
commorati tandem in publicum protracti s
eos Cirthensium magistratus eulogio confes
suæ honoratos, transmitteret cum parte dam
nis ad Præsidem. Et eccè vnus è circunstanti
stris omnium in se gentilium cõuertit oculos
iam per gratiam proximæ confessionis, Chri
ore eius & facie relucebat. Cumq; ex eo tum
tis & feruentibus animis quereretur, an etiam
ipse esset religionis & nominis, rapuit tãm d
promptissima confessione comitatum. Sic e
suis beati martyres, plures Dei testes, dum
martyrium parantur, acquirunt: & iam tra
ad Præsidem negociosum ac difficilè iter c
luntate properauerunt. Tunc eos Præsidi ad
iterum Lambesitanus carcer accepit. Hæc e
la apud Gentiles hospitia iustorũ. Interim p

Hospitia Christianorũ carceres.

plurimos rabies insanientis Presidis tam multis laicorum occupabatur vulneribus; quòd ad Iacobum & Marianum clericorumque victimam peruenire non poterat. Nam ità inter se nostræ religionis gradus artifex sæuitia diuiserat, vt laicos à clericis separatos, tentationibus seculi & terroribus suis putaret esse cessuros.

Nota multã cædem Christianorum.

Ergò charissimi nostri & fidelissimi Christi milites cæterique de Clero contristari aliquantulùm cœperunt, quod laicis certaminis sui laude perfunctis, seruaretur sibi tam lenta & sera victoria. Tunc Agapius, qui iamdudùm martyrio suo consummatæ fidei sacramenta perfecerat, qui & ipse, cùm pro puellis duabus Tertulla & Antonia, quas sibi charissimas ad vicem pignorũ diligebat, repetitis frequẽter precibus oraret, vt secum & illæ Dei dignatione martyres fierẽt, retulerat meritorum suorum tali reuelatione fidutiam: Quid assiduè petis, quod vna oratione meruisti? Is ergò Agapius agenti Iacobo in carcere secũdùm quietis tempus apparuit. Nam ipsa, inquit, nocté Agapium nostrũ videbam inter omnes alios lætiorem, quos vnà nobiscũ Circensis carcer incluserat, solenne quoddam & lætitiæ plenum celebrare conuiuium. Quò cùm ego & Marianus quasi ad Agapem spiritu dilectionis & charitatis raperemur, accurrit obuius nobis puer, quem constabat esse alterum ex geminis ante triduum cum matre passis, corona rosea collo circundatus, & manu dextera palmam viridissimam præferens. Et, quò properatis inquit? Gaudete & exultate, cras enim & ipsi nobiscũ cœnabitis. O Dei magna in suos & præclara dignatio. O verè paterna pietas in Christo IESV Domino nostro, qui dilectis suis & indulget tam larga beneficia, & clemen-

Agapius martyr.

Agapius apparet Iacobo in carcere.

Gemini cũ matre passi.

tiæ suæ munera præstaturus antè declarat.

Dies à visione primus illuxerat, & iam promissis Dei sententia Pręsidis seruiebat: quæ Marianum & Iacobum & cæteros clericos, tandem patriarchas cum gloria redditos, è pressuris seculi sententia animaduersionis emisit. Et perducti sunt ad conuenientem locum, qui riparũ collibus hinc indè sublimis, media fluminis conualle subsederat, sed & spectatus erat celsa vtrinque altitudo aggeris. Aluens in medio sinu fluorem beati sanguinis hauriebat. Videerat vtriusque sacramenti genus, cùm & baptizarentur suo sanguine, & lauarentur in flumine.

Baptismus sanguinis & fluminis.

Mira tũc ibi cernere posses & exquisita commodia sęuiendi. Nam cùm manum carnificis gladiumque ipsum tot ceruicibus debitum, numerosissimorum populus vrgeret, artificis feritas dispositis agminum series in ordinem dirigebat, scilicet vt crilegi percussoris ictus velut impetu quodam roris pia colla percurreret. Deinde, vt nè expedibile fieret cruentum illud & barbarum minimum, hanc sibi expeditionem sceleris inuenit. Nisi vno in loco percussurus ipse consisteret, immensam struem corporũ cumulus aceruaret, & ipsa denique spatium tanta strage completus aluea negaret. Tunc oculis sub ictu ferri de more velut nullæ tamen aciem liberæ mentis clausère tenebræ, sed largus atque inestimabilis splendor immensi lucis adfuit. Nam plerique cum proximis atque assistentibus sibi fratribus, quamuis in visum carnalis aciei pars non pateret, videre se tamen & quædam loquebantur, quòd sibi apparerent desuper, niueo colore candentes, quibus velut iuuenes candidati. Nec defuêre ex eodem martyrum numero collegarum quidam, qui reuelati

nem attestarentur auribus, & ex auditu equorum fremitus ac sonos recognoscerent. Ibi & Marianus prophetico spiritu iam repletus, fidenter ac fortiter prædicabat proximã iusti sanguinis vltionem, variasq; seculo plagas, vel de cæli iam culmine minabatur luem, captiuitatem, famem, terræque motus, cynomiæ venena cruciantia. Qua prędicatione non tantùm Gentilibus insultabat fides martyris, sed etiam fratribus vigorem æmulandæ virtutis, & quasi classicũ præcinebat, vt inter tantas seculi plagas iustis Dei tam bonæ atque piè mortis raperetur occasio. His peractis Machabæico gaudio Mariani mater exultans, & passione perfecta iam secura de filio, non illi tantùm cœperat, sed & sibi, quæ tale pignus ediderat, gratulari. Complectebatur in filij corpore suorum viscerum gloriam, & in ipsa cervicis vulnera frequens osculum pietas religiosa figebat. O te meritò Mariani, ô te beatam & filio tuo matrem & nomine. Quis in ea tanti vocabuli fœlicitatem credat errâsse, quam sic vteri sui fœtus ornauit? Inæstimabilis verò Dei omnipotentis & Christi eius in suos misericordia, qui fidentes in suum nomen, non solùm gratiæ dignatione confortat, sed & sanguinis sui redẽptione viuificat. Nam quis digna æstimatione possit eius beneficia metiri, qui in hoc paterna indulgentia semper operatur, vt in nos & hoc ipsum quo Dei nostri sanguine rependi credimus, conferatur. Cui gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

Mariani prophetia.

Matris Mariani virilis animus.

MARTYR. S MAXIMI. EX ACTIS, VT putatur, publicis quæ cõsularia dicebãtur, desumptũ.

DEcius Imperator volens profligare Christianorum legem, promulgatis per orbẽ vniuersum decre-

30. Aprilis.

Decreta Decij Imperatoris.

decretis statuit, vt Christiani omnes, relicto De-
viuo & vero, dęmonijs sacrificarent: qui verò id
cusarent suppliciorum atrocitate necarentur. Q
tempore Maximus homo quidem plebeius sed
mia pietate præditus palàm se Christianum con
sus optimo Proconsuli apud Asiam oblatus est.
quidem Proconsuli de nomine & conditione
interroganti martyr respondit: Maximo mi
men est, conditione quidem ingenuus, sed
Christi Iesu, etsi peccator. Tunc Proconsul:
ne, inquit, inuictissimorum principum decre
Christianis omnibus, relicta superstitione,
cultum præscribunt, & verũ principem, cui
subiacent, cognoscere iubent? Cui Maxim
quam huius principis sententiam cognoui,
me palàm ostendi. Ego autem non sacrifico,
li Deo, cui me ab ineũte ætate sacrificasse gr
Cui rursùs Proconsul: Sacrifica, inquit, ne te
affectum tormẽtis extremo supplicio subijc
gar. Et Maximus: Hoc est, inquit, quòd se
votis habui, vt huius corporalis ergastuli
solutus, ad sempiternam vitam migrare
Tunc Proconsul fustibus eum cædi iubens
dendum dixit: Eripe te, ô Maxime, maturo
cio ab his supplicijs. At martyr in consid
suppliciorum suorum exultans: Ego, inq
quę pro nomine Domini nostri Iesu Chri
nullo modo tormenta reputo, sed tum de
vera & sempiterna tormenta incidam, si
ius ac perituræ vitæ amore perfidè à Chri
sione defecero. Tunc Proconsul ira inflam
eculeo eum suspensum torqueri iussit, dic
tãdem agnita stultitia tua sacrifica, vt vita
tis supplicio penè circumuentam, lucretis

Maximus Consuli oblatus pręclarè respõdet.

mus: Lucrabor planè, inquit, vitam, si neglectis foretisque olidis hisce membris non sacrificauero. Ibi verò nec fustes, nec vngulæ, nec ignes tui vllũ dolorem adferunt, quia in me manet gratia Christi. Tunc Proconsul lata sententia lapidibus eum obruendum tradidit. Raptus est confestim à ministris diaboli athleta Christi, gratias sine fine Deo agens quòd eum tanta gloria dignum faceret, & triumphum de diabolo, cui nulla in terris potestas comparari potest, adeò gloriosum concederet. Perductus igitur extra muros martyr, lapidibus cæsus beatam animam Christo tradidit: cui est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

MAIVS.

RES GESTAE ET MARTYRIVM S. APOSTOLI PHILIPPI.

Ex ijs quæ sunt apud Metaphrasten.

PHILIPPVS Christi Iesu Apostolus, Bethsaida ciuitate oriundus à parentibus optimè institutus atque imbutus, postquã Mosaicę legis cognitione haud mediocriter animum erudijsset in Galilæam se recepit, quò altioribus adhuc disciplinis mentem excoleret, atque ad perfectissimam cælestium rerum cognitionem, quarum desiderio vehemẽter flagrabat, tandem aliquandò perueniret. Ibi verò cùm Christus Dominus diuini verbi semina tunc sperperet, & hunc æternæ salutis amore flagrãtem cerneret eũ se sequi iussit. Qui protinùs diuino splendore mirificè illustratus verę salutis authorẽ agnouit,

1. Maij.

Philippus vocatur a Christo.

uit, cuius aduentum in terris Prophetarum omn
um vocibus promissum iam antè legerat, eumq
secutus est. Itaque Christo tota mente & corpo
adhærens, tanta ex eius consuetudine ac stupe
rerum factis admiratione cum eximia volupta
coniuncta affectus est, vt alios similiter primæ
amicos & familiares vehementer alliceret. In
quos Nathanaelem virum mira simplicitate p
tum & omnis doli ac fraudis ignarum ad Chri
adduxit. Quo adducto Philippus in consider
ne bonitatis Christi exultans: Magister, inq
verè Rex es Israelis. Christus autem ea homi
etate ac fide delectatus diuinorum arcanorum
stam eum futurum esse pronũciauit verbisq
rissimis se vnicum patris filium ad humani g
salutem in terras missum ostendit.

Philippus alios ad Christũ adducit.

Ab illo ergo tẽpore Philippus indiuiduus C
sti discipulus factus quotidiana Christi mi
spectabat, animumque ad cælestium rerum
rem ardentiùs excitabat: & alios praua op
imbutos mirabili charitatis studio veritati
illustrare conabatur. Hinc quidam ex ijs, qui
gentilium religione miserè conflictabantur,
Hierosolymam summam Iudæorum festiu
contemplaturi venissent, fama rerum admi
rum quas Christus gerebat prouocati, ad Phi
accesserunt, seseque visendi Christum vehe
cupidos dixerunt. Philippus autem salutis
gentis auidus re cum Andrea priùs cõmunica
su eos pręsentauit: qui prorinùs de imminen
sionis suę ignominia & gloria eis differens lu
tis verbis ostendit, similitudine ex grano in
misso sumpta, se crucis & mortis supplicio
bus sempiternam salutem & gloriam allatu

Postquàm verò mundi totius salute egregiè confecta victor Christus Iesus glorioso triumpho cęlis conscendit: protinus Apostoli in opus sedulò incumbentes omnes mundi partes euangelij face illustrandas susceperunt. Cumque alij Orientales, alij Occidentales sortirentur, admirabili huic Apostolo Asia obtigisse fertur. Quam quidem tanta virtute peragrauit, vt innumerabilem hominum multitudinem euangelio genuerit, ac salutaribus aquis expiatos regni cęlestis consortes fecerit. Et quidem cum mentes in scelere penitùs obduratas nulla verborum virtute emollire posset, facta admirāda adhibebat, prorsùs vt omnia morborum genera solo verbo vel sacræ manûs suæ contactu fugaret, dęmones ex obsessis corporibus, non sine ingenti astantium stupore expelleret. His rebus fidei pietatisque fundamenta egregiè collocabat: & aduersarios liuore & inuidia inflāmatos confundebat: adeò vt vel inuiti diuinæ virtutis testimonium Philippo perhibere cogerentur.

Philippus in Asiam mittitur.

Huic Apostolus demolitis dæmonum aris sacra Christo altaria erexit & viros eo munere dignos constituit, qui sacra ibidem mysteria peragerent. Itaque maior indies credentium numerus fiebat, omnimque quilibet suum Christo nomē dare ardebat: cum Philippus cælesti pro meritis gloria coronatus ex hac vita à Dño vocabatur. Est ciuitas in Phrygia rerum omniū opulentia & ædium magnificentia insignis Hierapolis dicta: quā Apostolus vt deleuit simulacris deditā & nefaria superstitione, qua viperę cuidā prodigiosæ diuinum cultū tribuēbāt, miserrimè conflictatā, protinùs diuino spiritu concitatus gressus eò direxit, vnoq; Christi nomine fidenter inuocato eam internecione deleuit.

Hierapolim petit.

Deinde

Deinde aduocata concione luculēter admodum
vnius & sempiterni Dei omnipotentia eis disse
& Christi in terris aduentum meridiana luce
us exposuit: omnesque in communi hortatus
relictis dæmonum præstigijs eum agnoscerent
pro salute omnium preciosum sanguinem fu
minimè dubitasset & acerbissimis supplicij
tè susceptis nos à sempiternis cruciatibus
bus nostris debitis eripere voluisset.

Apostolus capitur & dire cruciatur.

Hæc aliaque nō sine fructu Apostolum di
tem quidam diaboli inuidia concitati nefa
ripiunt, vinculisque iniectis in carcerem de
Indè verò maiori furore agitati flagris verb
que eum concidunt ac postremò è talis funib
ctum in sublime suspendunt. Eodem tempo

S. Bartholomeus socius periculorū Philippi.

tholomeus eiusdem periculi cum Philippo
Hierapoli versabatur, qui cùm gentem nefa
moniorum cultui deditā ad veritatis agni
instātiùs adducere conaretur crucis suppli
iudicatus est. Porrò Mariamna insigni p

Mariamna soror Philippi.

virgo Philippi soror cùm fratri immanes cr
patienti adesset incredibili dolore confli
quòd nullas pro volūtate suppetias ei ferre
Interim verò dum hæc fierent, terra subito
gitata ingentem omnibus formidinem in

Terræmotus horribilis.

horrendo quodam hiatu præsentem omnib
tem extremumque excidium minitabatur.
periculi magnitudine perculsi cùm ipsa
illati Philippo supplicij pœnas exposcere
tur, eum circunsistentes Saluatoris nomen
bant & supplicibus animis scelerum suo
am postulabant. Ijs hoc modo supplicantib
preces votaque non sine multis lachrymis
bentibus optata protinùs trāquillitas redi

ab imminentibus periculis liberati vinctos adhuc Christi discipulos à vinculis eripere magno studio contenderunt.

Et quidem Bartholomeo soluto, Philippus nè desiderata diu martyrij gloria fraudaretur, conatu eorũ repressit, ac toto die in supplicijs istis constitutus Christum illis instanter prædicauit & supplices etiam ad Deum preces adhibuit vt gentem multis errorum tenebris adhuc occæcatam clarissima nominis sui cognitione illustrare dignaretur.

Fertur Ebionitanorũ sectam, qui Dei filium veram hominis naturam ex Maria Virgine sumpsisse negabant huius Apostoli virtute ac prædicatione Hierapolis euersam & sublatam fuisse, qui ea propter inuidia & scelere concitati Apostolum in crucem actum lapidibus obruerunt: eoque fine desideratissimam martyrij palmam contulerunt.

Apostolus Philippus in cruce suspensus lapidibus obruitur.

RES GESTAE S. IACOBI APOSTOLI fratris Domini. ex ijs quæ sunt apud Metaphrast.

NIhil sanè est viro bono & virtutis amanti æquè iucundum atque viri iusti memoria. Ea enim præterquàm quòd animos ad inæstimabilem quandam lætitiæ magnitudinem excitat tantam etiam vtilitatem adfert, quantam res alia in terris potest nulla. AEmula namque virtus ad res præclare & fortiter gerẽdas stimulos addit, nec patitur animũ cupiditate laudis incensum otio vel torpore languescere. Agedùm igitur nos quoq; magnum illum Iacobum in medium adducentes qui eximia quadam virtute Iusti nomen assecutus est, communem ex rebus illius vtilitatem cum nõ mediocri voluptate coniunctam capiamus.

1. Maij.

Et quidem patria Iudæa oriundus Alphæum patrem,

Patria & parẽtes Iacobi.

trem, matrem verò Mariam (quę in sanctis Scrip-
tis Maria Iacobi, interdùm Ioseph mater, interdùm
etiam Maria Cleophæ scilicet filia dicitur) habu-
Hic quidem propter insignem virtutem & mun-
integritatem & eximium iustitiæ splendorem u-
mirificè relucebat Iustus appellatus est. Erat-
cùm externo tum interno mentis habitu adeò
mnem modestiam lenitatem ac sanctitatem
que compositus vt cuncti ex eius aspectu im-
quoddam cordis gaudium haurirent. Omni-
poris membra certatim virtuti studebant.
ad cęli sydera cum pietate erecti admiranda
pera sine fine contemplabantur. Aures diun-
bis & secretis eius inspirationibus semper pa-
Os perpetuum quoddam diuinę legis prom-
um mirificam quandam consolationem aff-
ructabat. Manus à benefaciendi studio ce-
nunquàm. Venter non modò vitæ huius delic-
spuebat, sed tanta se inedia affligebat vt aqua-
tum suauissimum, panem verò siccum delic-
existimaret. Vini vsus planè ei incognitus fu-
nua eius ex assidua precatione ita obdurue-
pellis cameli instar callem obduxerit. Vesti-
insuper sua asperitate fractam longis ieiun-
nem acriùs atterebant. Vestibus lineis non
sacra peragenda vtebatur. Nullum ei nocti
discrimen fuit, prorsùs vt pari alacritate
semper operi incumberet ac perpetua quadam
tutis exercitatione omnium sibi animos inc-
li amoris vinculo deuinciret. Tanta nam-
viri illius sanctissimi apud omnes opinio v-
ij, qui à Christianæ religionis sacris abhor-
constanter affererent, non aliam ciuitati H-
Iymitanę excidij causam ascribendam, quam

virum hunc Iustum & maxima sanctitatis laude florentem per summum scelus morte affecissent.

Sed quomodò alias eius virtutes pro dignitate explicare poterimus? Postquàm peractis nostræ redemptionis mysterijs Christus cęlos conscendisset & Apostoli in varias orbis terrarum partes ad omnium salutem ritè constituendam dispersi fuissent, Iacobus hic à S. Petro ad clauum Hierosolymitanæ ecclesię gubernandum missus fuit: quem sanè quanta animi prudentia & vitę sanctitate admini-strauerit ex epistolis eius luce clariùs intelligi potest. Iam verò quanta eius fuerit non modò apud plebeios sed apud Apostolos & apud ipsum gentium doctorem auctoritas & dicendi facultas vel ex eo abundè constat: quod cùm aliquandò quæstio Antiochiæ orta fuisset, an oporteret eos, qui ex gentibus ad verbum veritatis accedebant, more Mosaico deinceps circũdere, Iacobus tanta auctoritate ac gratia disseruit: vt cuncti illius sententiã tanquam certissimũ Dei oraculum amplecterẽtur. Ego, dicebat, fratres Iudico nõ esse molestia afficiendos eos, qui ex gentibus ad Deũ conuertuntur, sed suadendũ tantùm vt ab impio simulacrorũ cultu & fornicatione alijsq; operibus impudicis abstinẽtes pura mente Deo deseruiãt. Hæc Iacobi sententia tanta apud Apostolos auctoritate firmata est, vt toti deindè ecclesiæ pro optima viuendi forma tradita fuerit.

Iacobus à Petro Episcopus Hierosolymitanus constituitur.

Sed licet etiam audire, quidnam de eo scribat ad Galatas Paulus: Ascendi, inquit, Hierosolymam ad videndum Petrum. Alium autem Apostolum non vidi, nisi Iacobũ fratrem Domini. Res sanè magna & digna quę literarum monumentis consignaretur videre Iacobum. Nec immeritò in eo gloriatur doctor gentiũ quòd tanti viri cõspectu frui meruerit,

Galat. 1.

vtpo-

vtpotè quem admirãda vitæ sanctitate decorat
nouerat. Huic etiam illud vas electionis se ei
iecit, illiusque monitiones tanquàm à Deo p
ctas accepit. Nam cùm Hierosolymam ingre
Actor.21. Iacobum diuertisset, eumque in consessu pre
rorum honorificè salutasset, statim singulatim
ordinem exposuit quãta per suum ministeri
gẽtibus Deus operatus esset. Illi autem audi
à Paulo narrabãtur magno exultantes gaudio
munem Dominum glorificárunt: ac Paulo p
serunt, vt gentem Iudeorum, quæ eum defec
à Mose docere acceperat, arctiori vinculo
Christo constringeret. Quod vt faciliori neg
eret, viros ei quatuor voto obligatos addu
vt se cum illis ritu communi sanctificaret a
corum raderet: quô prauam opinionem, q
eius doctrina conceperant, hoc modo depo
Et quidem existimãdum est omninò hæc la
vtpotè ecclesiæ illius principem Paulo per
suaque auctoritate tantùm apud doctorem
vnum omnium præstantissimum valuisse, v
dicto libenter audientem præbuerit.

Hæc Hegesippus lib.5. Hic ergò magnus & diuinus Iacobus p
sanctimoniæ gratia ex vtero matris suæ à D
gnitus, Pontificiam Hierosolymitanæ eccl
gnitatem primus à Deo adipisci meruit, q
ta opinione virtutis ac sanctitatis admi
vt solus in sancta Sanctorũ perpetuò ingre
Non enim semel, sicut ijs, qui legi & vm
stium seruiebant, concedebatur ingressus,
pter puritatem eximiam sacra illa limi
& soli perpetuò patebant: vbi sanè tanta
siduitate iratum patrem placare nitebat
melorũ instar genua eius obduruisse ferat

quàm vino vel alia potione quæ ebrios reddit vsus est, nec animalium carnibus vesci voluit, ferro & macula nunquàm caput eius rasum est, oleo corpus nunquàm vnxit.

Cæterùm quidam ex hæreticorum numero, quorum dux erat Anauus, cùm spe insidiarũ, quas Paulo struxerant, frustrati essent, conceptum animi furorem in Iacobum quouis modo expromere decreuerunt. Itaque coram vniuersa plebe fidei rationẽ ab eo postularunt vt quid de Christo sentiret liberè pronũciaret. Qui cùm anteà semper, tùm verò multò ardentiùs Iesum Christum Dei filium viuorum ac mortuorum iudicem à Deo cõstitutum esse confessus est. Hinc cùm hæreticorum fraude & turbulentis sermonibus alij in alias atque alias opiniones miserè distraherentur, Iudæorum principes seditionem periculosam verentes, Iacobum aduocarunt: rati se virum iustum blanda assentatione in suas partes pertrahere posse. Itaque tanquàm pacis & ciuitatis accommunis denique salutis vehementer cupidi talem ad eum orationem instituisse feruntur: Cùm populum errore religionũ furentem in pestem ac perniciem sempiternam ruere cernamus, te, quantum possumus rogamus, vt eum cohibeas, & ab instituta insania ac præcipiti furore ad sanam mentem reducas. Nosti enim quantũ tibi ab vniuerso populo deferatur, & quanto in honore apud nos propter iustitiæ opinionẽ semper fueris. Iancigitur nobis vicem repende vt errorem, quem Iesu quidam ex nostris conceperunt, ex intimis eorum animis euellas: nè falsa religione cum certissimo ciuitatis totius periculo atq; interitu, diutius conflictetur. Ascende ergò pinnam templi, & altissima voce enuncia ac testificare frustrà in Iesu

Blãda Iudæorũ oratio ad S. Iacobũ.

ſalutis ſpem conſtituendam eſſe.

Iacobus his auditis templi quidem pinnam re-
ſcendit, magnoque principum honoratus con-
(qui aduocata ciuitate ferè vniuerſa verbis
ficis inſigne iuſtitiæ teſtimonium iterum
rebant) ità ſermonem exorſus eſt: Quid me
principes, interrogatis de Ieſu? Quid anima
precioſo ſanguine redemptas in damnatio
piternæ miſeriam præcipitare conamini? Ipſe
qui de cælo ad omnium gentium ſalutem
miſſus nunc ad dexteram virtutis patris ſui
reſidet, venturus poſthac cum poteſtate
nubibus cæli, vt vnicuique digna factis ſuis
in iudicio retribuat. His dictis fideles ſubla
ingenti lætitia vocibus exclamarunt: Oſan
Dauid. Scribæ verò & Phariſæi cùm tale pr
mnem expectationem de Ieſu teſtimonii
ſent, pœnitudine ducti quòd tãto Iacobum
dignati eſſent, contrà voce magna clamàrun
ſtus quoque errauit. Et quidem vt populum
ſtianæ fidei religione deterrerẽt & metu in
fugam conuerterent, ſanctiſſimum Apoſto
pinna templi præcipitẽ dederunt: ac lapid
ruere contenderunt. Ipſe verò inſita pietate
conuerſus, quamuis confractis cruribus
humi genibus: Domine Deus, inquit, ne qu
noxam eis ſtatuas, neq; enim, errore exce
faciant, ſciunt. Hęc aliaq; virum ſanctiſſim
faria gente peccantẽ cùm lapidibus appet
ex ſacerdotibus, qui erãt filij Rechã, filij
clamauit, dicens: Ceſſate, quid tanto furore
Iuſtũ ſæuitis? An non attenditis quanta pie
nobis ad Deũ preces fundat? Hęc eo dicente
riũ facinus deteſtante, quidã fullonis fuſte

Præclara S. Iacobi confeſſio.

S. Iacobus præcipitatur de templo.

Iacobus etat pro inimicis ſuis.

ex officina prosiliēs, valido ictu capiti eius immisso, sacrosanctā illam animā excussit & martyrij coronā ornatā ad cælos transmisit. Funus fuit non sine multorū lachrymis & multorū gemitu haud procul a templo sepultū. Et quidē viro sanctissimo hoc modo defuncto extrema mala continuò ciuitatē illam inuaserant: prorsus vt causam miserādi valde excidij, quod deindè consecutū est, neci huius Apostoli ascribere nō vererētur: tanta namq; apud oēs de insigni illius iustitia ac sanctitate opinio erat.

Percutitur fullonis fuste.

VITA SS. EREMITARVM ZOERARDI *Confessoris & Benedicti martyris. auctore B. Mauro Quinquecclesiensi Episcopo.*

Quo tēpore sub Christianissimi Stephani regis moderamine rudis adhuc religionis cultus in Pannonia pullulabat, multi ex terris alijs veræ pietatis ac religionis amantes, audita fama boni rectoris, ad ipsum tāquam ad patrem confluebant: vt solutis ab omni bellico tumultu & persecutionis metu animis, pietati vacarēt. Inter quos Zoerardus quidam rusticano quidem sed pio admodum stemmate natus de Polonorū terra in hanc partem venit: vbi à Philippo Abbate, qui monasterio Zobor, in Nitriensi territorio ad honorem Sancti Hippolyti martyris sito, cum laude præerat benignè acceptus est. A quo optimis disciplinis ad cultum spiritualis vitę certamen strenuè viriliter aggrediēdum instructus & habitu donatus Andreas nominatus est. Itaq; eremū ingressus primùm assiduis ieiunijs vigilijsq; carnē domauit, tātā constantia ac virtute, vt post triduū exhaustā ieiunijs pectora pertenui cibo reficeret: & sacro quadragesimali tēpore solis quadraginta nucibus ad exēplum

1. Maij.

Stephanus Christianissimus Rex Pannoniæ.

Zoerardi genus.

Vocatur Andreas.

Mira abstinentia.

Zozimæ victitaret. Et quidem in tãta ciborum pa-
citate nunquàm à labore cessauit; sed accepta sera
quẽdam solitarium syluæ locum intrabat, ibidem
que in opere persistebat, quòad nimia fatigatio
oppressus humi laberetur: adeò vir sanctus omni
omnium vitiorum originem detestabatur. Atque
autem vt die quodã humi instar mortui stra-
ceret, cumque dubio procul, omni solatio humano
destitutus, vltimo mortis aculeo oppressus fuisset,
eccè iuuenis candore eximio adueniens eum vel-
culo impositũ ad cellam adduxit, ac protinus
nuit. Tum Andreas resumptis viribus vt cogi-
admirabili Dei misericordia ex præsenti se
periculo ereptum exultare, & gratias agere cœpit
& Benedictum (is erat viri sancti discipulus) ad
mento constrinxit nè ante diem obitûs sui re-
mirandam propalaret.

Otium detestatur.

Liberatur à mortis periculo per Angelum.

Post diurnos autẽ labores huiusmodi fessus
pusculo nocturnam quietem adhibebat: si
quies dicenda est, quæ magis nouos doloris
los, quàm dulcem somnum conciliabat. Plu-
truncum quercinum sæpe circundederat, & p-
sam sepem arundines præacutas ex omni par-
xerat. Ipse verò membra quieti daturus ita in
sedebat vt si fortè corpus sopore grauatũ q-
cunque in partem se flecteret, arundinum ac-
uiter sauciatum euigilaret. Insuper & ex lig-
ronam in quatuor partibus totidem lapidib-
matam capiti suo circumponebat, vt si capu-
tum quocunque inclinaret, lapide percu-
O inauditum genus cõfessionis quod precio-
cit regnum promissionis. O beati viri Andreæ
ces, & corona æternæ vitæ præmijs centies o-
quæ in cælo multiplicato fœnore restituit, q-

Nota rigorẽ vitæ sanctissimi viri.

terris grauiter emptum fuerat. Non cibus, non requies vana potuit dulcedine auferre, quod Christus Dominus semel in animũ serui sui immiserat. Hæc, quæ iam dicta sunt, discipulo eius Benedicto referente cognoui, qui & ipse, patre suo defuncto, locum eundem inhabitare decreuit.

Benedictus Zoerardi discipulus à latronibus iugulatur.

Cumque per annos tres exemplo magistri sui districtè vitam ageret, latrones erroris opinione ducti quòd ingentem pecunię vim apud eum reconditam existimarent, in eum irruerunt, raptumque ad ripam fluminis VVag crudeliter interimerunt, & corpus in ipsam aquam demerserũt. Diu verò corpore eius quæsito & non inuento, visa est aquila per annum integrum ipsam fluminis ripam quasi quippiam venans studiosè circumuolare; quæ res corporis ibidẽ demersi præsagio fuit. Nec mora. Quidam natandi peritus se mergit: & corpus sic integrum, quasi recens defunctum, inuenit. Conditus fuit sanctus martyr in basilica B. Emmerammi, in eodem monumento, quo ossa B. Andreæ eius patris sanctissimi iampridem asseruabantur. Iam quæ sequuntur, Philippus Abbas mihi Abbati constituto narrare consueuit.

Cùm tempus, quo ad beatã immortalitatem vocatur, instaret, circunstantibus præcepit, nè quid testamentorum quibus opertus erat, auferret, donec ipse Abbas Philippus, qui accersitus expectabatur, adesset. Et quidem Abbas, defuncto iam patre, adueniens, vt primùm sacrum corpus de more lauandum attigit, catenam ęneam ipsis visceribus penitus infixam inuenit: prorsùs vt hoc martyrij genus occultum mansisset, nisi ad vmbelicum ligati modùs apparuisset metalli. Soluta verò catena dùm ex corpore trahebatur, sonus costarum elisarum

Catena ænea carni penitùs infixa.

omnium aures cum horrore replebat. Cuius ca-
næ partem mediam ab eodem patre impetrau-
nunc vsque custoditam, petitioni Ducis Chri-
nissimi Geisæ, cum desiderio mihi pro ea in-
negare nequiui. Sepulto quoque B. viri cor-
quæ ex Abbate Philippo cognoui, & cognitu d-
esse videbantur, memoria notaui.

Tempore quodã latrones, quorum collegi-
xima ex parte solitudinem inhabitãt, in syl-
gressi sunt. Quibus confligentibus, vnus ex e-
tùm sauciatus est. Conflictu dirempto, cùm h-
cij vulneratum nequaquam in sylua dimitte-
lent, consilio inito ad cellam B. Andreæ, cui-
ad omnes iam circũquaque diffundebatur, e-
ferre statuerũt. Sed cùm longo interuallo ad-
essent, latro in via defunctus est. Corpore ve-
ad cellam deportato, media iam nocte cùm o-
mo commẽdare vellent, subitò defunctus re-
cœpit. Illis autem nimio pauore oppressis &
gam cõuersis, resuscitatus magna voce clam-
pit: Nolite fratres formidare, nolite fugere. S-
Zoërardus suis me precibus vitæ restituit. I-
tem stupentibus & præ gaudio plorantibus
cum eis discederet rogantibus, dixit se nunq-
ea cella discessurum, sed quod reliquum es-
in Dei laudibus ibidem exacturum. Quod s-
supremum vitæ diem præstitit egregie.

Latro defunctus redit ad vitam.

Aliud quoque eius miraculũ, quod eode-
lippo Abbate narrãte cognoui, nequaquam
præterire volui. Nitria quidã reus suspendio
dicatus est. Qui post mirabili Dei misericor-
lutus ad Abbatem Philippum veniẽs, eidem
ter meritis B. Andreæ liberatus esset, indica-
xit enim quod cùm iam damnationis ferre-

Suspensus à patibulo soluitur.

eum lata esset, nomen ipsius sine fine implorasset, eumque in patibulum sublatus conceptam de Zoërodi auxilio spem æquè constanter retineret, statim suis manibus vir sanctus eum sustentauerit. At illi, cùm eum iam expirâsse certo certius existimarent, eoque relicto, domum abirent, Andreas eum manu sua solutum abire permisit.

VITA S. AMATORIS EPISCOPI ANtisiodorensis. ex ea quæ est apud Surium. Vixit temporibus Honorij Imperatoris. Sedit annos triginta. Obijt anno Domini 421. Numeratur sextus eius ciuitatis Episcopus.

SAnctus Amator literis nō mediocriter institutus tandem coactus est à parentibus virginem quandam in matrimoniū ducere. Cùm autem iam tempus adesset, quo inter se coniungi deberēt, ex utriusque exhortationibus ad nuncupandū virginitatis votum se permouerunt. Adfuit autem Angelus Dei qui duabus coronis mirifico splēdore ornatis, laudato proposito ad perseuerantiam eos incitauit. Itaque puella hilari animo virginum se sodalitati adiunxit: Amator autem in clerum allectus tot fuit virtutum ornamentis illustris, vt post decessum S. Eladij ei in Antisiodorensi Episcopatu substitutus fit. Porrò iam factus Pōtifex multis admodùm claruit miraculis: cæcis restituit visum, curauit paraliticos, mortuos ad vitā reuocauit. Cumq; multos ab Ethnicismo conuertisset ad Dominum, tum perpetrādis miraculis, tum instanter concionādo, cerneretque ecclesiam suam angustiorem quàm vt ingentem Christianorū multitudinem capere posset, à Rupellio ciue Antisiodorēsi amplam & excelsam quandam domum intra vrbis mœnia sitam petijt.

1. Maij.

S. Amator & eius coniunx vouent virginitatē.

Fit Episcopus & facit multa miracula.

Ille verò cùm primò petenti assentiri nollet, ne multò pòst grauissimo correptus morbo precib[us] eius cessit. Tum vir Dei condita illic basilica [...] protomartyri Stephano dedicauit, quę miro fide[...] um studio deindè frequentari cœpit.

Condit ampliorem Ecclesiam.

Porrò eodem tempore Germanus Antisiodo[...] sis vrbis gubernacula tractabat, qui venationi[...] dio plus nimio deditus, ferarum capita ex ab[...] quadam piro in medio ciuitatis ad adspectu[...] tissima, suspendebat, vt eo spectaculo industri[...] tandem captaret. Quem Amator antistes fre[...] ter suis compellabat eloquijs, docens & mo[...] re Christianorũ animos haud mediocriter of[...] paganorum verò ad idololatriæ cultum vehe[...] tius incitari. Huic vir sanctus acriùs quotidie [...] re vt relicta cõsuetudine praua arborem ipsa[...] dicitùs extirparet: sed Germanus plus laude[...] manę quàm religionis pensi habens, nullo mo[...] quiescere voluit. Tum Amator quodam die, [...] te Germano, sacrilegam arborẽ radicitùs ex[...] eamque, nè qua incredulis memoria eius ex[...] Vulcano deuorandam obiecit. Quæ res vt pr[...] ad aures Germani peruenit ira vehementer [...] matus mortem viro sanctissimo minitatus e[...] sanctę religionis oblitus, cuius iam munere in[...] tus fuerat, militum suorum stipatus manu [...] bem properauit. Cuius aduentus certior fac[...] mator, ex vrbe protinùs Heduã discessit: non [...] martyrij palmam subterfugeret, sed quia [...] reuelatione & mortis suæ tempus & German[...] bi successorem futurum præuiderat.

S. Germanus gubernator vrbis Antisiodorensis.

Germanus mortem minitatur S. Amatori.

Heduam igitur delatus, fuit à Simplicio vr[...] lius Episcopo summis beneuolentiæ & hono[...] dicijs exceptus: Sed & ipse Iulius reipublicę [...]

& Galliæ gubernator viro sancto honorifico comi-
tatu obuiàm ire non neglexit. Insequenti autem lu-
ce Amator Iulij prætorium ingressus tot tantisque
illorum exceptus fuit honoribus, & obsequijs, quan-
to eo tempore Dei cultorem decebant: prorsùs vt
ipse Præfectus suppliciter eius benedictionem po-
stularet. Deindè beatus Antistes verba ad Iulium
præfectum instituens: Quandoquidem, inquit, præ-
fectum mihi a Domino vitæ terminum instare, &
illustrissimum Germanũ in sacro numero successo-
rem mihi designatum cognoui, peto vt per te liceat
eundẽ tonsura insignire. Cui Præfectus, quanquàm
Germanum in reipublicæ moderamine cõmodum
valdè & perutilem haberet, benignè annuit, & an-
tistitem voti compotem fecit.

Vide quanti olim fiebãt Episcopi.

Tunc Amator cum gaudio non mediocri ciuita-
tem suam repetens conuocata concione obitûs sui
diem instare dixit; monuitque vniuersos vt aliquẽ
ex toto cœtu eligerent, qui sacro muneri præficere-
tur. Illis autem cõticentibus Amator gressus ad ec-
clesiam direxit: cumque populus armis instructus
simul cum eo sacra limina calcare vellet, antistes
vniuersos prohibuit, voluitque vt inermes domum
Dei ingrederẽtur. Illi autem dicto citiùs depositis,
præsoribus, armis subsecuti sunt. Tum vir sanctus,
ianuis primò arctissimè ecclesiæ ianuis, inuocato
Dei nomine Germanum apprehendit, detractaque
capitis cæsariæ & militaribus ornamentis reiectis,
religionis eum habitu induit, hortans vt honorem
a Deo sibi commissum incontaminatum seruaret:
tuta, inquit, me decedente, tibi ab Omnipotente E-
piscopalis dignitas designata est.

Prædicit obitum suum S. Amator.

Non patitur armatos tem plũ ingredi.

Designat Germanum sibi successorem.

His peractis Amator morbi cœpit infestatione
fatigari, populoque luctu ac lachrymis discessum

eius deploranti Germanum commendauit. Nulla
erat ætas, nullus sexus, nullus denique ordo, qui non
insigni luctus deformatus, patris abitum deflet.
Sed is suauissimis verbis à luctu ad gaudium eos re-
uocans ad templum, in quo die ac nocte diuinis
bus inseruierat, suorum se manibus deportari iussit.
Ibi verò pontificiam cathedram conscendens in-
crebros singultus & lamentationes populi hor-
rè diei tertia spiritum tradidit. Et continuo San-
rum chorus, dictu mirabile, cum hymnis & cu-
spiritum eius excepit & ad Dei thronum ad-
Corpus fuit ad locum, qui Autricus appellatur
ductum: & sepultura tali Pontifice digna deco-
Eccè autem homo quidã triginta annis paralyti-
tentus hominum ceruicibus baiulabatur, vt e-
cro funere aliquod tãti mali remedium perce-
Cumque humo iam opertum corpus intelli-
orare & obsecrare miser cœpit, vt vel aquæ pa-
lum, qua lotum fuerat, tribuere dignaretur.
hominis fidem Germanus sanè admirans, iussit
guidi membra perfundi. Qua perfusus, illico
to languore, paralyticus conualuit, nerui-
gentibus sanus & incolumis substitit.

Moritur vir sanctus in templo.

Sanatur paralyticus.

PASSIO VITAE S. SIGISMVNDI

*gis Burgundiorum ex ea quæ est per Gregorium Tu-
ronensem Episcopum lib. 3. cap. 5. & 6. & Aimoinum
lib. 2. hist. Frãcor. cap. 4. Passus est anno Christi*

1. Maij.

Sigismũdus construit Agaunẽse monasterium.

GVnebaldo Burgundiorum rege è viuis
to Sigismundus eius filius regnum ob-
qui ductus pietatis studio Agaunense
sterium solerti cura cum domibus basilicis
cauit. Cùm autẽ priore coniuge defuncta
odorici Italici, ex qua filiũ Sigericum

aliam duxisset, illa nouercarum more filium prio-
ris coniugis tota mente auersari cœpit. Vndè puer
odio similiter in eam concepto, vna solennitatum,
cum eam defunctæ matris vestibus ornatam cerne-
ret, cōmotus ait: Tu profectò minimè digna eras,
vt hæc indumenta, tua terga contingerent, quæ do-
minæ tuæ matris meæ fuisse noscuntur. At illa his
verbis furore succensa, vindicta quauis animum sa-
tare die nocteque meditabatur. Tandem dæmonis
fraude egregiè instructa maritum adijt, eique per-
suasit Sigericum filium eius regnandi cupidum ne-
faria de nece illi inferenda consilia tractare. His ille
incitatus verbis, iniquæ vxoris consilio vsus, iniquo
se parricidio contaminauit. Nam sopitū vino post
meridiem filium, membra quieti tradere iussit: cui
alto iam sopore oppresso lorum sub collo iniecit,
quo, duobus pueris id ad se inuicē trahentibus, suf-
focatus est. Quo scelere vixdum patrato, pater sera
ductus pœnitentia super cadauer exanime ruens,
amarissimis illud lachrymis rigauit. Quo plorante
et lugubri eiulatu locum implēte senex quidam su-
peruenit qui dixisse fertur: Te, inquit, plange amo-
ris qui per cōsilium nequàm factus es parricida sæ-
tissimus: nam hunc qui innocens iugulatus est, ne-
cessariū non est plangi. Nihilominùs ille ad sanctos
Agaunenses abiens multis diebus in fletu & ieiunijs
perseuerauit, veniam patrati sceleris à Deo obtine-
re contendens: & sanctorum interuētu assiduò fla-
gitans, vt iustus iudex in hoc potiùs seculo quàm in
futuro puniret examine. Quam petitionem clemēs
& misericors Dominus benignè admittens Clodo-
mirum Francorum regem excitauit vt bello eum
lacesseret. Itaque Sigismundus audito Francorum
adventu instructa manu obuiam eis ire decreuit.

Sigismūdus necat filium suūm.

Facit pœnitentiam.

Sed

Sed factum est vt commisso iam prælio Burgundiones fugæ præsidio salutem quærere cogerentur. Sigismundus verò cùm tutelam sanctorum Agaunensium martyrum citato expeteret cursu à Clodomiro captus atque Aurelianis perductus cũ vxore & liberis carceri est mancipatus.

Sigismũdus à Clodomiro Francorum rege capitur.

Tunc beatus Auitus, qui in territorio eiusdem vrbis Abbatis fungebatur officio, rogare Clodomirum cœpit, ne tam excellentis nobilitatis, insignique bonitatis virum neci traderet. Si, inquiens, sanguinem te sanguine non cruentaueris præclarum hostibus victoriam obtinebis. Sin, spreto hoc consilio, eos occideris, tu similiter inimicorum gladio cum vxore & liberis tuis ter occumbes. Quod ille consilium reijciens, Sigismundum vnà cum coniuge & filijs, in villa cui lumpina nomen est, capite cæsum in puteum proici iussit: de quo postmodùm sublatus atque ad filicam sanctorum Agaunensium deuectus, cum honore sepultus est. Nec ea res impunita dit Clodomiro vtpotè qui Godomari Sigismundi fratris gladio interfectus eundem vitæ exitum ta Auiti Nutiacensis Abbatis vaticinium, contus est. Porrò Sigismundus qui assiduo lacrum imbre paricidij crimen in vita delere cum fuerat, sanctorum consortio post mortem habitus est. Quod crebra eius miracula testantur. Febricitantes quique, si salutare ter sacrificium obtulerint, continuò ab infirmi suæ liberantur incommodo. Carolus Quartus perator amans patriæ S. Sigismundi exuvias gam multis prodigijs inclytas transuexit.

Sigismũdus capite plecti tur & in puteum cum cõiuge & liberis demergitur.

Miracula post obitum eius.

VITA S. VVALBVRGAE VIRGINIS.

ex ea quæ est apud Surium, optima fide. Claruit circa annum Domini 750.

QVo tempore Anglorum gens Gregorij Pontificis Maximi studio & opera ad Christi fidem traducta fuit, multi eorum virtutis amore ducti in Franciæ regnum peruenerũt. In quibus VVilliboldus & VVinniboldus cum sorore sua Deo & hominibus charissima VValburga, cùm in illas regiones venissent, VVilliboldus à S. Bonifacio primo Moguntinæ Sedis Antistite Eystetensis Episcopus ordinatus est. VVinniboldus autem totus Christi amore inflammatus locum, quem Heydenheim vocant, sibi incolendum sumpsit: vbi monasticæ vitæ professionem ad supremum vitæ diem summè admodùm prosecutus est, multosque suis exemplis ad benè viuendi studium perduxit.

I. Maij.

VVinniboldus & VVilliboldus fratres S. VValburgæ.

VVinniboldo autem è viuis sublato, fœminei sexus decus & ornamentum VValburga, omnibus sexus præbuit exemplum. Erat enim virginum monasterij Heydenheimensis Præfecta sodalitio & moribus familiàs egregia, quę tota mente cælo intenta omnibus, quicquid petijsset, à Deo impetrabat. Accidit aliquandò vt reuertenti hora vespertina ab ecclesia Gunmeradus custos, lumen præbere nollet. Quo nihil mota iniuria cùm se cæteris virginibus in communi quietis loco recepisset, eccè tanta illic repentè luminis claritas effulsit vt omnes stupore oppemodùm oppressæ ad VValburgã accurrerent, immensum lumen exultantibus animis ei indicarent. Illa autem subortis lachrymis, manus oculosque ad cælum tollens: Tibi, inquit, gratias ago Domine Iesu Chrtste maximas, quòd me, ad excitandas ancillarum tuarum mentes, hac luce indignam

VValburga Præfecta monasterio.

Lumen cęlitùs cubiculo immissum.

gnam consolari voluerîs.

Cùm ex recêti fratris sui VVinniboldi morte in
modico correpta dolore, ad animum à mœrore le-
uandum, monasterio egressa esset, venit ad ædes ho-
minis cuiusdam opulenti, qui tãquàm peregrinam
& ignotam eam respiciẽs à canibus suis discerpen-
dam metuebat. Illa verò nihil canum sæuitia per-
territa VValburgam se esse declarauit, ac domus
mina subiens petijt noctis quietem in eo cubi-
exigere; in quo filia eius, mortis circumuenta do-
ribus grauissimè decumbebat. Tùm illis præ
dolore eiulantibus in cubiculum virgo VVal-
ingressa est, nocteque illa pro salute puellæ D-
num deprecans, altera luce eam parentibus
exhibuit: qui sanè pro tanto miraculo imm-
Deo gratias agentes, munera virgini obtulere
rima, quæ illa recipere noluit, sed vni Christo
cere desiderans, ad suum regressa monasterium
to arctiori se vitæ tradidit, quanto cumulati-
in se Dei gratiam sensit. Tandem multis ornatu-
tutibus, victrix ex hac vita decessit, sepulta ho-
ficentissimè in monasterio suo.

Puellam à morte liberat.

Porrò Otgarius qui Eystetẽsem Sedem de-
VVilliboldo tũc administrabat, visione mini-
bia admonitus ad Eystetense monasteriũ ille
tulit. Anno autẽ salutis 893 Arnulpho regni
nacula tractante apertum est sepulcrum virg-
quod per Otgarum Antistitem repositũ fuer-
verò contigit tunc miraculum haud vulgari
ratione dignum & euidentissimis multorum
monijs comprobatum. Erat puella quædam
rada nomine, quæ herò suo Ederanno & con-
lius sedulò famulabatur. Hæc subitò morbo
dam correpta intolerabili dolorum cruciatu

batur. Cumque ab immensa doloris vi nonnihil respirare cœpisset, tàta eam ingluuies inuasit, vt nulla posset ciborum copia fames eius expleri. Neque interim pedibus insistere valebat, prorsùs vt suis ipsa parentibus perpetuam lugendi materiam præberet. Tandem cùm indies maior famis rabies eam infestaret vltima desperatione adacta, ad ædem S. VValburgæ delata est, vbi triduanas multa instantia preces offerens non sine magno parentum gaudio pedum beneficium recepit. Quo audito herus & hera ocyùs eò aduocantes perpetuæ eam VValburgæ seruituti addicunt: Abbatissæ munere tum illic fungebatur Hubila, quæ eam admittere nolēs, paucis pòst diebus sanam eam dominis suis remisit. Sed domum reuersa confestim extinctus iam antè morbus redijt, tantaque infestatione eam concussit, vt rursùs monasterium petere cogeretur. Et ecce optata sanitas iterum restituta est, sed inexhausta edendi libido mansit. Itaque multò ea causa affecta pudore, eius monasterij procuratrici Thielbildæ morbum suum aperuit, quæ vicem eius dolens, fragmen benedicti panis à sacerdote quodam, qui Mundus dicebatur, obtinuit. Quo gustato ità sensim illa ingluuies euanuit, vt dimidio ferè anno non nisi parum admodùm casei edere & lactis bibere potuerit. Deindè vsqueadeò omnis apprehendi vis in ea extincta est, vt si quid alimenti sumere vellet, mòx rursùs euomeret. Stupebant cuncti, & meritò fraudem aliquam subesse suspicabantur, prorsus vt vel inuitam communi hominum more vesci cogerentur. Tùm illa nè alios omnes præ se contemnere videretur, aliquid viliorem sinceræ sumpsit. Sed mox per nares & oculos tanta vi reiecit, vt oculorum lumine priuata sit.

Ad sepulchrum eius morbida sanatur.

Nota rem miram.

Eare

Ea re ad Episcopum delata, ipse vnà cum reliqu
versutissimi dæmonis fraude eam delusam esse, a
clàm ei soli manenti qualicunque arte aliquid a
menti subministrari dixit. Vndè suis in consilium
adhibitis, eam cuidam presbytero valdè religio
custodiendam tradidit, præcepitque vt diligenti
mè exploraret, num fraude aliqua alijs illudere
Sed reipsa compertum est nullam fraudem subes
vtpotè quæ toto triennio cibi omnis potusque
pers iustum cum reliquis operis pensum per
bat. Quoties autem cælesti pane se reficiebat,
statim somno indulsisset, vomitu conflictabat
Hæc autem ideò hic adscribere volui, vt non d
tèmus facillimum esse diuinæ Maiestati, quod
genij nostri captum excedit.

Post hęc Erckenboldus Eystetēsis Episcopus
gno VValburgę desiderio tactus sacras eius re
as effodi iussit: quę nō modò integræ, sed tem
dam humore aspersę videbantur; ex quo incre
lis odoris suauitas fragrabat. Sublata autem
rum reliquiarum portiũcula quadam, quæ ad
heymēse monasterium deferebatur, puer epi
cus in via sanitatem consecutus est. Et alius m
ipsò ortu contractus, in somnis à VValburga
plum adire iussus, statim membris omnibus
lidatus est, vt tota reliqua vita robustus & i
mis in eadem ecclesia Deo seruierit.

Fragrant odore optimo VValburgæ reliquiæ.

Accidit sanè nuper res stupēda, & quæ, nisi
rorum testimonijs fulciretur, apud paucos
inueniat. Cùm plurimi ad S. VValburgæ bas
confluerent, quidam inter alios habitu peregr
vota precesque incubuit, tanta cum animi at
one ac perseuerātia vt cuncti in eius admirat
raperentur. Is verò rem sanè admirandam, e

ad gloriam virginis haud parùm facit, enarrabat. Anno nāque superiori quo dira fames multis mortalibus necem adferebat, cùm duo extrema inopia veniti vitandæ eius causa, peregrè profecti essent rerius se comitem eis adiūgere voluit. Illis autem interrogātibus quò iter intenderet, respondit se religionis ergò ad S. VValburgam proficisci. Tum illi: & nos, inquiunt, vt concepta pietatis vota eidē virgini persoluamus, eò gressus dirigimus. Itaq; vt iucundius & minori cum periculo institutū iter peragerent eiusdē itineris socium admiserunt. Intereà urgente fame & confecta ieiunijs membra reficerēt pariter considerunt: expletoq; cibo & potione ventre omnes se sopori tradiderunt. Tum duo illi, cùm tertium altissimo sopore oppressum cernerent, ex lectis surrexerūt hominemque innoxium crudelissimè iugulārūt. Sed cùm anxios eos haberet, quid de cadauere facerent, tandem alter eo in humeros sublato, in locum aliquem auium illud proijcere cogitabat. Eccè autem dum suis ex humeris illud deponere conatur, sensit protinus circumplicatis brachijs tam tenaciter sibi adhærere, vt nulla id vi se auellere posset. Quid faciat tunc miser homicida cùm suum facinus celare non posset. Fit ei illic miserè vagāti quidam amicus obuius, qui conspecto cadauere cum admiratione vnde id esset sciscitabatur. Ille autem tanquàm amico fidēs rem vt se habebat, narrabat, orans vt suæ calamitatis misereri velit. Non cunctatur ille, districtoq; ipse, brachia cadaueris hominem arctiùs complexa etiam articulatim dissecare nititur, vt à tanta dominia amicum liberet. Ibi tum nouū licuit, quoque stupendum videre miraculū. Nam simulatque manu sua cadaueris lacertos attigit, eos præ-

Stupendum sanè miraculum.

cidere volēs, etiam ipse cadaueri atque homici-
nacissimè adiunctus est, ita vt se ab illis abstrahe-
non posset. Mox igitur pœnitentia ductus & la-
ob admissa peccata deformatus precibus se Do-
minum conuertit, vt vel S. VValburgæ virginis
tercessione sui misereretur. Cumque in
VValburgæ patrocinium imploraret, illo
li nexu absolutus est, ità vt liberam, quò
eundi facultatem haberet. Nec tamen
miserum illum, sed ad Rheni vsque littus
mitabatur. Quò vt ventum est, alter ille
& dedecore grauatus simul cum cadauere
num se præcipitem dedit. At verò Rhenus
nem homicidam non sustinens, quam
minem scelestum cum cadauere in littus
Qua re non mediocriter terrefactus alter,
quidem ereptione gratulans, ob illius
tatem illachrymans ab eo recessit, & ad S. V
gæ monasterium celeri cursu aduenien
stum esset omnibus enarrauit. Porrò
homicida, sæpè quidem sacra VValburgæ
petere tentauit, sed nunquam eius eccle
tingere potuit, vt vel indè omnes perspicue
intelligere, quàm immani se scelere obst
qui tam procul à S. VValburgæ ecclesia
Viderunt hanc multi fœda exanimis corpo
stum sarcina, vt ambigi non possit verum
multorum testimonio confirmatum est.

Nota rem ad imitandam.

Ea quæ hactenùs commemorauimus
diuinitùs perpetrata post eleuationem
beatæ VValburgæ virginis, multa sane
ne & preconio digna sunt: at verò diuersis
lijs voto Francorum regno, quæ eius reli-
strantur, in dies plura celebrioraque fiunt;

Domino nostro Iesu Christo, qui viuit & regnat in infinita secula. Amen.

VITA S. PATRIS ATHANASII EPIscopi Alexandrini ex ea quæ est apud Metaphrasten. Migrauit ex hac vita anno Domini 371. Gratiano secundum & Probo Conss. cùm sedisset annos sex suprà quadraginta. Corpus eius fertur Venetijs honorificentissimè asseruari.

Athanasius, quem Naziãzenus post alias laudes, oculum orbis, sacerdotum Antistitem, vocem sublimem fidei columen, Christi lucernam & secundum Præcursorem appellat, ex clarissima Aegypti ciuitate Alexandria oriundus, parentes habuit insigni pietate & virtute præstantes, quorum ipse & genus virtutem propria virtute & admiranda planè vitæ sanctitate illustriorem multis reddidit. Cuius generosum & liberale ingenium, morumque probitas & constantia in ipsa eius pueritia mirificè eluxit. Cùm enim die quodã hominis cuperet lusibus (vt est ea ætas istiusmodi dedita) animum oblectare & cùm æqualibus ad quoddam maris littus ludibũdus peruenisset, eas ibidem per ludos pueriles instituit quę futuram eius vitæ sanctitatem haud dubiè declararent. Pueri enim ludum ea quæ à sacerdotibus peraguntur imitantes Athanasium quidem impositis manibus Episcopum ordinarunt: Ipsi verò veluti in Presbyteros & Diaconos electi, alios ad eum pueros ducebant: quorum animi sacra baptismatis vnda nondum expiati erant, vt ab ipso per lauacrum regenerationis Christi gratiam consequerentur. Res ipse puer omnia, cum rara quadam animi & corporis reuerentia, de more peragens, aqua mari-

2. Maij.

Patria & parentes eius.

Vide ludum puerilem.

ua pueros tingebat, & graui quadam oratione [illegible] lenter ad perceptam gratiã ad extremum vitæ [illegible] ritum seruandam hortari videbatur.

Alexander Episcopus Alexandrinus.

Præerat id temporis Alexandrinæ ecclesiæ Alexander qui illam sedem moribus egregijs & [illegible] nis planè virtutibus adornabat. Is cùm à grau[illegible] bus vacaret negocijs, cuperetque iucundissime [illegible] ris spectaculo oculos animumque pascere, [illegible] hunc puerilem incidens ludũ, quæ ab Athanasio [illegible] rebantur sedulò contemplabatur. Stupebat [illegible] modum & ordinem quem diuinus puer in [illegible] do seruabat, prorsùs vt baptisma illud à puero [illegible] actum ratum haberet, & prompta alacrique [illegible] nu ipse quod sacris ceremonijs deerat, supple[illegible] Ipsum autem Athanasium amplissimis verbis [illegible] rentibus commendauit, eosque hortatus est, vt [illegible] erum omnibus maximarum artium disciplinis [illegible] buendum curarent, vtpotè egregiũ Catholicæ [illegible] propugnatorem & rarum quoddam mundi [illegible] futurum. Parentes eo antistitis testimonio gau[illegible] lium optimè instituendum curarunt, instituti[illegible] Athanasio obtulerunt. Is magno cum gaudio [illegible] ptum in clerum cooptauit, & sacerdotali dign[illegible] decoratum hostibus Ecclesiæ obiecit.

Atque erant quidẽ in Athanasio multa & in [illegible] ribus eximia, in doctrinaque & dicẽdi facultate [illegible] nè præclara: ex quibus nihil hominem æquè [illegible] strem reddidit, atque pro rectis dogmatibus [illegible] pta certamina; quæ nos libabimus potiùs, quam [illegible] feremus: quandoquidem tot ac tanta sint vt [illegible] lis verbis dignè explicari queãt. Insanus Arrius [illegible] credibili quadam rabie in Ecclesiam sæuiebat, [illegible] que sceleratis dogmatibus nõ modò labefactare [illegible] planè conuellere nitebatur. Iamque ipsum [illegible]

Artij furor Ecclesiam exagitat.

ctem vniuersum sua improbitate ità infecerat, vt
ncti illum haud aliter quàm virum diuino spiri-
plenum intuerentur. Damnatus exilio & ab Ec-
clesiæ cõmunione abdicatus, sua astutia ac fraudu-
lenta persuasione apud Magnum illum Constanti-
num effecit, vt non modò ab exilio reuocaretur, sed
in gradum pristinũ nouis etiam ab Imperatore au-
ctus honoribus restitueretur. Itaque Alexandriam
redeens cùm in manifestum Catholicæ Ecclesiæ ex-
tium incumberet, neque vllus qui sceleri illius ob-
iam iret satis idoneus inueniretur, vnus Athanasi-
us totis se viribus illius furori obiecit, ipsumque
Pontificem Alexandrum ad rem strenuè gerendam
excitare non destitit. Non cessabat cùm lingua tum
manu immanem belluam submouere, eiusque dia-
bolicas fraudes opprimere. Contrà verò Arrius in-
dissolubili nexu ipsum Imperatorẽ sibi coniungere
studebat, quem ità ad suam plerunque voluntatem
docebat, vt acriter iuterdum & Alexandro & Atha-
nasio minaretur, si non iuxtà latam à se sententiam
Arrium amplecterentur. Erat Eusebius Nicomedi-
ensis qui animum Imperatoris odio in Athanasium
inflammare non cessabat. Intereà Alexander aduer-
sa correptus valetudine honesto fine vitã conclusit;
cum ecce Athanasius cõmuni totius populi suffra-
gio ad illud honoris dignitatisque fastigium euo-
cauit. Hoc virtutis præmio ornatus placidè Alexã-
driam Sedem occupauit, impietatis ministris rem
licet ægrè ferentibus: turbulentos tamen impetus
illos omninò mouentibus. Sed cùm parturiens a-
nimus, cõceptam inuidiæ flammam diutiùs occul-
tare non posset, structis vndique insidijs non modò
sede, sed ipsa etiam ciuitate expellere conati sunt.
Quasprimùm cœpit moliri insidias Eusebius, totiùs

Athanasius se opponit Arrio.

Eusebius Nicomediẽsis.

Athanasius creatur Episcopus Alexandrinus.

impietatis instrumentum. Vt autem facilius quæ
volebãt assequerentur, homines quosdam hæreti
prauitate imbutos & ad omnẽ improbitatem eg
giè instructos conduxerũt, Isidonem, Eudęmon
& Callinicum: qui fictis criminibus Athanasiũ
cusarẽt: Primùm quòd Aegyptios ecclesię Alex
drinæ vestem lineam pendere coëgisset. Secun
quòd literis Imperatorijs insidias parasset. Te
ùm quòd auaritia cæcus arcam quandam auro
nam cuidam amicorum suorum transmisisset.
accedebat quartùm Ischyras quidã homo vers
& vafer moribus, qui grauissimorum crimiñ
mira calliditate, obiecta in accusatores retor
nouerat. Is, cùm arrogato sibi per summum
sacerdotij honore, diuina mysteria pollutis
bus tractare non vereretur: Athanasius, misso
in rem ad Marcoten (quo in loco Ischyras versã
tur) Macario Presbytero cum cõpescuit & sac
ęi functionem interdixit. Qua re commotus
ter Ischyras Nicomediam ad Eusebiũ confug
pudenter aduersùs Athanasium vociferãs plur
que in eum maledicta congerens. Quibus
Eusebius hominem sua sponte iam plus satis
tatũ multis magnisq; pollicitationibus & E
pali etiam dignitate proposita, eò permouit,
quam accusationem institueret qua per fas
nefas Athanasiũ ex illo honoris gradu deturb
Is igitur in ipsum Athanasiũ crimen intendit,
scilicet illius voluntate presbyter Macarius
siam instàr prædonis inuadens ipsum magno
ab altari detraxisset, sacramque mysteriorum
sam euertisset, & codices sacros flammis er
aliaque insuper vel homine etiam ethnico
perpetrasset.

Accusatores in Athanasium.

Accusatio Ischyræ in Athanasiũ.

Hæc cùm ad Imperatorē de Athanasio allata est, primùm nōnihil commotus est: deindè re maturè considerata cùm virtus Athanasij tanti sceleris suspicionem vinceret eum nec cōdemnauit, nec absoluit, sed indicto Tyri concilio accusationem iudicio discuti iussit. Erat hic annus imperij Constantini tricesimus cùm episcopis ex diuersis locis Tyri cōgregatis vinctus Macarius Presbyter adducitur, vt & ab Episcopis, & Præside, qui etiam cum toto magistratu aderat, damnaretur. Ibi calumniatores cùm præfata crimina intentarent & modis omnibus in eo pugnarent vt Athanasium sua dignitate deiectum perpetuo exilio mulctarent, nihil non modò effecerunt, sed ijsdem criminibus reconditam viri sancti virtutem multò quàm antè illustriorem reddiderunt.

Macarius presbyter vinctus Tyrum adducitur.

Cæterùm nè sic quidem desistentes ab insania, ad alios atque alios conuersi sunt cuniculos vt quauis tandem via modoque Athanasium subuerterent. Et quidem adductus accusator Ischyras cum testibus Eusebianis, quos cùm Athanasius à ferendo in se testimonio reijceret, diceretque Ischyræ sacerdotij sui probationem ante omnia incumbere, si vellet contra Christi Sacerdotes accusationem instituere, nihil ea exceptione proficiens tandem absens damnatus, & sacra dignitate per summam iniustitiam priuatus est. His peractis rectâ Hierosolymam ad Arrium contenderunt ficteque in Nicena Synodo Homousio subscripsêre. Sed cùm alij, qui mortalis adhuc puritatem fidei Catholicæ tuebantur, vrgerentque vt Arrius Alexandrinæ Synodus examen subiret, latentem sub multis verborum & sententiarum velamentis fraudem illam deprehenderunt. Intereà dum hæc fiunt missæ

Athanasius absens damnatur.

Arrij fraus in religiōis negocio deprehēditur.

ab Imperatore literæ tam Athanasium quàm Euse-
bianos adesse iubēt. Hæ magnum Synodo timorem
incusserunt, adeò vt singulis ferè ad sua dilapsis, Eu-
sebius & Theognes eum conuentum formulam
per literas Imperatori responderent.

Athanasius se Imperatori sistit & restituitur.

Dùm hæc geruntur Athanasius Nicomediæ in
conspectum Imperatoris se sistens obiecta sibi cri-
mina tam luculēter diluit, vt protinus abipso Im-
peratore in ereptum dignitatis gradum restitue-
tur. Ibi Arriani facta inter se cōspiratione nefaria
populum concitarunt, clamantes indignum esse
iudicio retractari, quæ iam antè à tot Episcopis
etate & eruditione eximijs probata fuerant. Ex-
motus Athanasius cùm non modò Alexandriam,
totam ferè Ægyptum labefactatam cerneret, Im-
peratori discrimen in quo Respubl. versabatur, si-
gnificat, monetque, si eam saluam cuperet, vt de-
tas de Arrio intemperantis animi & linguæ petu-
expeteret. Citatur ab Imperatore Arrius. Is vo-
tis in concilium scelerum suorum socijs, nec Eu-
nec Athanasio parcere statuit. Fraudibus igitur
dolis omnibus instructi Imperatori se stiterunt, et-
terrogatique de ijs quæ in Synodo gesta erant, fa-
dulenta sanè modestia responderunt: De alijs
dem, ō Imperator, non adeò, inquiunt, laborat
quòd verò sacram mensam euerterit, calicem
mysticum confregerit & minutas in partes di-
rit, & sacra deniq; omnia prophana duxerit: cu-
frumentum ex Alexandria ad vrbem mitti so-
se prohibiturum minatus sit: quem hæc non ex-
cient, quem non mordeant, cuius denique animum
vel adamantinum non pungant, moueantque?
rum testes sunt Adamantinus, Anubion, Ar-
& Petrus, Episcopi omnes: a quibus de his omni-
bus

Arrianorū accusatio de Athanasio apud Imperatorem.

bus conuictus, iustum quidem effugit supplicium; effugere tamen non potuit, quô minùs ab vniuersa Synodo, vt impiorum nefariorũque eiusmodi facinorum perpetrator, Episcopatu abdicaretur.

Hæc aliaque simulato quodam animi dolore dicentibus Imperator cùm attẽtas nimiùm aures præberet in iram erupit, & virum iustũ exilio in Galliam condemnauit: quamuis alij accuratiùs fortassè eius rei scopum perpendẽtes, hoc exilium in Athanasium non propter cõdemnationem aliquam, sed potiùs ad tempestatem sedandam & vnionem ac concordiam ecclesiarum conseruandam statutum esse existiment: præsertim cùm morti iam proximus Alexandriam eum reuocari ab exilio, Eusebio alijsque qui ei aduersabantur præsentibus, iusserit.

Damnatur exilio ab Imp. Athanasius.

Cæterùm Imperator in his vita excessit, tricesimo, secũdo quidem imperij sui Anno, ætatis autem sexagesimoquinto, filijs relictis imperij successoribus, eoque inter ipsos diuiso. Nam Constãtino quidem maiori ex filijs, maiore relicto imperio, testamentum apud presbyterũ deposuit, quem Arij laudatorem Constantia soror eius, eademque Licinij coniunx moriens ei vt virum bonum commendauerat. Eo vita functo, qui pestilenti hæresis contagione in cordis recessu infecti erant, eamque mira [illegible] occultauerant, cõfestim alicundè progressi clandestinis colloquijs posthabitis, nudo (vt dicitur) capite cum omnibus congredientes, Arij maxime opinionem obtinere laborabãt. Facilius autem consilium suum ad optatum exitum perducturos sperabant, si Athanasij in vrbem Alexandrinam reditum impedirent. Ad eam verò rem veluti manu [illegible] vsi sunt illo presbytero, qui à Constantino [illegible], iuramento interposito, testamentũ Con-

Mors Constantini.

ſtantio filio, quum ex Oriente rediret, tradendũ ac-
ceperat. Is quòd apud Conſtãtinum non modò ſed
etiam Conſtantium res plerasq́ue ex eorum volun-
tate peregiſſet, nomen aliquod & auctoritatem ob-
tinebat; eoq́ue facilius imo nullo ferè negocio plu-
rimos in aula Imperiali celeriter in ſuam ipſe ſen-
tentiam adduxit. Cumq́ue malum hoc per omnem
iam aulam ſerperet, ad ipſum quoque Imperatorẽ
tranſijt, ac tandem vrbem totã infecit. Itaque Euſe-
bius & Theognes vt Alexandrinæ eccleſiæ Hierar-
cham aliquem, qui eorũ eſſet opinionis, præficerent,
totis viribus laborabant. Atque vt tandẽ aliquando
voti ſui cõpotes fierent, Arrium magna cum auctori-
tate Conſtãtinopolim introducunt vt ibidem fu-
de diuino numine opinionẽ Nicænis decretis con-
ſentaneã declararet. Cumq́; is doloſa adhibita fa-
lacia & Imperatorem & Magiſtratũ eluſiſſet, & ab
eis teſtimoniũ optimum cõſequutus eſſet, Euſebio-
norum fretus auxilio petulanter admodũ ſe geſſit,
prorsùs vt iam deuicto & planè ſubacto Athanaſio
palmã victoriæ ſe manibus geſtare putaret. Ex Im-
peratoris palatio à quibuſdam Euſebij ſatellitibus
deductus per forum inſolenter gradiebatur, per
mediam vrbẽ venditans ſe inferebat. Poſtquã vero
ad Conſtãtini forum ventum eſt, vbi ingẽs illa Ba-
phyretica Conſtãtini ipſius columna magnifice
altum excurrit, derepentè timor ei ex conſcientia
vulnere inceſſit, & alui eum laxitas cõſequuta.
Eo caſu maximè vrgente, cùm ſeceſſum publicum
qui in propinquo erat, petere cogeretur, ibi ani-
deliquio miſerabiliter oppreſſus crepuit medio
& inteſtina omnia multo cum ſanguine effuſa.

Eo autem hoc modo vita priuato, Euſebius
ius aſſeclæ totum bellũ & pugnam aduerſus

Presbyter Arrianus multos in aula inficit.

Arrius Conſtantinopolim introducitur.

Arrij inſolentia.

Arrij mors horribilis.

nasium susceperunt: sed consilium eorum reuer-
sus ab Occidente Athanasius impediuit: vnius Au-
gustorum, iunioris videlicèt Constantini qui Oc-
cidentalibus Gallis imperabat, literis fretus. Is nam-
que vbi cognouit patrem Athanasij exilium testa-
mento abrogasse, reditu concesso, vt Alexandriam
reuerteretur curauit. Athanasius itaque Constan-
tini iunioris literis munitus Alexādriam venit, vbi
ab orthodoxis quidē summa cum gratulatione ac-
ceptus est: sed Arrianæ factionis homines nouas
omnis insidias cōpararunt. Fingebant scelerati pla-
neque perditi & corrupti prestigiatores eum manū
cuiusdam Arsenij ciuis Alexādrini nescio quà arte
corrupisse. Hic Arsenius in numerū lectorum asci-
tus fuerat & grauiore aliquo delicto se contamina-
uerat propter quod fuga sibi salutē querere coactus
fuerat. Eam occasionem nacti Arriani cùm suspica-
rentur hominem nullo vnquàm tempore rediturū,
quoté quem extinctū credebāt hoc in Athanasium
crimen finxêre, & tragico quodam actu nefarium
illud facinus ab Athanasio perpetratū esse iactabāt.
Arsenius quamuis nefando scelere pollutus iu-
dicium sibi supplicium ab Athanasio & Ecclesia con-
stitutum esse certò sciret, audita tamen fraude illa,
quam in illum aduersarij struebant, contempto o-
mni periculo, ad Athanasium venit, vt eum à falsi
criminis suspicione liberaret: quē Athanasius lati-
tare iussit, donec cōstituto iudicio damnādus esset.
Hæc aduersarij maiore inuidiæ flamma cōcitati
eorum criminū virum sanctum accusare nō de-
sistebant. Producūt in iudicio mulierculā vultu mi-
nimè pudentē, & in sycophātijs præclarè exercita-
tam. Hæc ingēti pecuniæ vi corrupta dicebat se domi
pietatis & virtutis ergò Athanasium accepisse,
ab eo-

Redit Alexandriā Athanasius.

Nouæ insidię in Athanasium.

Arsenius se periculo offert ad Athanasiū liberandum.

ab eoque hanc pro mercede gratiam retulisse, quod
eam media nocte per vim oppressisset. Hęc cùm re-
ferret accusatrix, Athanasius vnà cum presbytero
Timotheo ante portam foris stabāt. Ibi tum Timo-
theus callidè sanè & præclarè, simulata persona A-
thanasij, repentè irruens: Mulier, inquit, egon' ta-
noctu vim intuli, vt ipsa dicis, egone? Illa verò
dè impudenter ad iudices conuersa: Hic, inquit,
qui mihi vitiū attulit, hic est qui insidiatus est
pudicitiæ. Illa ergò impudica proprijs verbis
uicta, cùm nec ipsum quidem nosset, quem tāti
leris reum faciebat, iudices qui & testes & acci-
tores erant, cùm quid agerent planè nescirent,
eto ac sereno vultu subriserunt; vt hoc modo
gmentum illud diluerent. Quocircà omissa sen-
tia, lege in calumniatores constituta, ad crimen
leficij conuersi sunt vt priori dedecori aliquo
medium inuenirent. Producūt itaque manum
lus quod misericordes oculi, ne intueri quidē
rant. Hanc illi, immaniter & impudenter viro
cto conquassantes: Hæc, inquiunt, Athanasi
tacens accusat. Hæc te ineuitabiliter & acriter
sequitur. Hanc non verbis, non arte, non alia
ratione poteris effugere. Sciunt omnes Arsenii
ius tu, ô iniuste & impiè, hanc manum exec
Dicas nunc qua de causa eam execueris, & ad
ea vsus sis? Ille autem leni voce & tali viro
respondens: Quis est ergo ex vobis, inquit, qui
senium nouit, & quis hanc eius esse dexteram
tur? Cùm autem non pauci ad hæc è cathedra
rexissent, & Arsenium ipsum & manum &
apertè se nosse affirmarent, Athanasius Arsenii
occultatis sub pallio manibus, introducendum
rauit. Postquàm verò viuus & sanus astaret,

Crimen adulterij ipsi obiectū mira arte diluit.

Accusatur Athanasius quod Arsenio manum amputasset.

...us acriùs eos intuens: Non est hic, inquit, Arseni-
...? Nónne hic est ciuis ille Alexandrinus, cuius vos
...num per me amputatã esse calumniamini? Hæc
...cens Arsenium in medium protraxit & primùm
...tera, deindè sinistra exhibita: Arsenius, inquit,
...s manus habere cernitur: locũ autem vndè ter-
...amputata sit accusatores nobis quæso common-
...rent.

Crimen diluit.

His rebus hoc modo de Arsenio cõfectis, qui do-
...contexuerant, cùm non haberent, quò se verte-
...pudore & mœstitia repleti, relicta cathedra,
...cum lictoribus recesserunt. Cùm autem popu-
...qui Arriana contagione iam plus satis infectus
...eos valdè perturbatos & cùm fremitu quodã
...excedentes vidisset, vt Episcopis & Impe-
...placerent, multis conuitijs aggressi Athana-
...malè eum perdendum clamabant. quin etiam
...iudices maledictis insectabãtur, quòd non po-
...pœnis & supplicijs, quàm iustis probationibus
...submisissent. Ingens populi furor, excita-
...ione, per omnia volitabat, & iam iamque se
...Athanasio illaturos iurabãt. Et certè actum
...dubiò de sanctissimi viri vita fuisset, nisi Ar-
...Præses iudicij blandis verbis tumultuãtem
...sedasset, ipsumque Athanasium è medijs
...manibus rapuisset, & clanculũ subduxisset.
...Athanasio ciuitate egresso, eccè scelera-
...ites, inito consilio, virum sanctissimum ini-
...sententia condemnant, reumque criminum o-
...quorum accusatus fuerat, impudentissimè
...ciant, actaque conscribũt, quibus in omnes
...partes missis, & ciuitate & regione & ec-
...cnique ei interdicunt.

Seditio in Athanasiũ.

Archelaus liberat Athanasium è seditione.

Damnatur absens vir sanctus.

...que vt tandẽ virum iustũ opprimerent ipsum

Impe-

Imperatorem adeò vehementer in eum incitant, vt
eorum accusationibus persuasus, præmium hono-
ris & diuitiarum ijs proponeret, qui Athanasium
vita quoque modo priuarent. Is verò perindè, ac si
non à finibus Romani imperij, sed etiã extra ipsum
orbem terrarum esset damnatus exilio, sex quidem
annis in sicca quadam cisterna & aqua pentris va-
cua delituit. Cùm autem nec sic quidem perpe-
latere posset, sed futurum erat, vt die altero, cap-
retur, diuina quadam prouidentia vesperi è cis-
na egressus aliò commigrauit. Deindè ex alia in
alia fugiens, pericula ab Oriente ad Occidentem
transiuit. Ei tunc imperabat Constans Constan-
frater cui causam suam exposuit, & ad Iulium
manum Episcopum Romam profectus, quan-
periculis orthodoxa fides versaretur, declara-
Paulò pòst cùm certior fieret Gregorium quẽdam
Arriana rabie refertum, in Antiochena Syno-
suum interitum congrata, in Alexandrinam Se-
trudendum esse, mox datis ad clerum AEgyp-
ris eam electionem vtpotè iniustã & nefariam
pedire conatus est. Sed Eusebiani adeò arctè
stantij Imperatoris animum obsidebant, vt
neque nomen quidem Athanasij ferre posset.
verò omnia iam ex animi eorum sententia
suaque dogmata magna libertate inferrẽt,
sebius strenuus impietatis propugnator,
etiam ad Iulium Pontificem destinauit, qui
thanasij & iudicem & punitorem exposcere
Iulius lectis attentè Eusebij literis cùm me-
lumnias esse deprehenderet, Athanasiũ liter-
giè munitũ Alexandriam remisit: aduersar-
acri verborũ castigatione insectatus est. Eius
tota ciuitas cõmota est: prorsus vt certatim

Sex annis in cisterna latitat Athanasius.

Romam venit ad Iuliũ Pontificem.

Gregorium quẽdam Arriani in Athanasij Sedem intrudere conantur.

Iulius Pontifex remittit Athanasiũ Alexandriam.

eius conspirasse viderentur. Venienti Alexãdro obsistebat Imperator, missoq; Syriano duce exercitûs, qui Gregoriũ Alexandriam ad Sedẽ Episcopalem honorificè ducebat, necem illi inferre præceperat.

Sol iam ad occasum præcipitabat, & ciuitas festos agebat dies cùm dux exercitûs ordinata acie, ciuitatẽ ingreditur: & Athanasius curis plenus de salute nõ tam sua quàm ecclesiæ sollicitus in omnem euentum intentus erat. Cumq; ingenti clamore & tumultu cõcitato omniũ mucrones in caput suum strictos cerneret, suis abeũdi facultatẽ fecit. Et illis quidẽ nulla vis à furẽti popula illata est, sed omnes omnium oculi ad solum respiciebant Athanasiũ, vt ipsum vidissent de medio tollerẽt. Is autẽ cùm pars populi factus esset, tanquàm vnus ex multis, militũ oculos fefellit & per mediũ tumultum periculum euasit, Romãque iterùm confugit. Eodem tempore Paulus Constãtinopolitanę Sedis Antistes sua quoque dignitate deiectus Romã venit, factusq; Athanasij pietatis & periculorũ socius vnà cũ illo Constantẽ & Iuliũ adijt, quãtoq; in discrimine res ecclesiæ constitutæ essent, præclarè edocuit. Et quidẽ Cõstantiũ missis ad Cõstantiũ fratrẽ literis nihil nõ fecit, vt suis sedib⁹ sacri antistites restituerẽtur: sed cũ omnem perderet, Athanasius & Paulus, vt Synod⁹ vtriq; parti cõmunis indiceretur, obtinuerunt. Itaque vtriusq; Imperatoris sententia OEcumenica Synodus Sardicæ congregata est, in qua Occidentaliũ Episcopi plusquàm trecenti conuenerũt: Orientalium autem soli septuaginta, inter quos etiã Lucyras Marcotæ Episcopus annumeratus est. Et ex Asia quidem cõfluxerant, ne in Occidentaliũ quidem cõspectum venire sustinuerunt, affirmãtes non aliter cum eis esse sermonem collaturos, nisi

Athanasius Romã confugit.

Synodus Sardicẽsis.

priùs

priùs Paulum & Athanasium conuentu expellerẽt. Cùm autem Occidentales ne ad aures quidem hunc sermonem admitterent, illi reuersi sunt: & Philippis Thraciæ priuatum fecere cõciliabulum: in quo mordicùs sententiam illam confirmarunt, qua tam antè filium diuersæ à patre essentiæ professi fuerat. His auditis qui erant Sardinicæ omnes illos manifestę impietatis damnarunt, suisque gradibus Athanasij accusatores exturbarunt. Quæ vt primũ Constans Imperator intellexit, iterùm Constãtiam fratrem per literas aggressus est vt Athanasiũ & Paulum suis sedibus restitueret: ni faceret se vel eo uito vtrumque restituturum.

Cõciliabulum hæreticorum Philippis.

Constantius reuocat Athanasium.

Constantius igitur fratris minis exterritus, protinùs literis Athanasium reuocauit: sed Athanasio fraudem & dolum suspicante ideoque ve renuente, secũdis & etiam tertijs humanitate & beneuolentia plenis metum illi ademit. His de causis Constans & Iulius & vniuersa denique regio Romano subiacet imperio, incredibili gaudio fusa festum diem instituit, quo Athanasij ad suam reditum celebrabat. Et quidem fuit cùm vulgaribus beneuolentiæ indicijs à Constante vrbe regia exceptus Athanasius. Cumque Imperator comiter ei periculum, quod fuga euaserat probaret, & amicè calliditatis insimularet, tamen ait: Pro his omnibus, ô Athanasi, hãc vnam à tiam reposco, vt vnicam saltem Alexandriæ sectatoribus cõcedas ecclesiam. Quo annuente ea tamen conditione, vt & ipse vicissim ortho Constantinopoli aliã tribueret, libens etiam sus est Imperator: quamuis frementibus ad rijs, qui totis viribus reluctabãtur. Fertur tunc perator admirans cum stupore dixisse: Non

Constantij dictum de Athanasio.

Arriani aduersùs virum talem omnes mouêre machinas. Sic ergo eius admiratus prudentiam Constantius humanissimè eum deduxit, & scriptis ad populum Alexãdrinum & Episcopos ac Magistratus Aegypti literis mandauit, vt quanto posset fieri honore maximo ac beneuolentia reciperetur.

Cùm sic ergò tertiò & cum tanto honore ac celebritate ad Sedem suam redijsset, & innumerabilibus fluctibus & laboribus perfunctus in portu naturæ videretur, tunc vel maximè mare tempestatis in eum surrexit. Nam cùm Magnentius Constãti vitæ finem intulisset, sopitæ nõnihil insidiæ rursùs ab Arrianis in Athanasium excitatæ, & nouæ apud Imperatorem calumniæ delatæ sunt. Ibi tum rursus [illegible] edicta, rursùs minæ, exilia, terrores, per mare [illegible] terrã inquisitio instituta. Quantas tum Georgius ille nefarius in ecclesia Alexandrina persecutiones excitauerit existimo nullis planè verbis explicari posse. Nihil erat tutum, nihil sanctum, sacra non modo profanis miscebantur, sed ij qui vel [illegible] fidei sinceritatem spirabant, ad exilia, ad [illegible], ad flagella, ad ignes denique trahebantur. [illegible] erat qui grassanti impietati obuiàm iret, præ[illegible] cùm è viuis sublato Constante, Imperator Constantius apertè ipsum impietatis patrocinium [illegible] videbatur. Cumque totum Oriẽtem Arriani hæresi repleuisset, Occidẽtem etiam corrumpere aggressus est. Ea ratione Occidentis Episcopos ad dogmatum Arriani communionem magno [illegible] euocauit: ac Mediolani indicta Synodo [illegible] ex fortissimis partim blanditijs, partim minis donis etiam ac muneribus alijsque fraudibus [illegible] voluntatem deduxit.

Athanasius autem cùm insidias Imperatoris ex-

Tertiò redit ad Sedem suã Athan.

Magnentius auctor mortis Cõstantis.

Rursùs eijcitur Athan.

Constãtius impietatis defensor.

Synodus Mediolanensis.

De virgine apud quam Athanasiũ delituisse fertur.

ploraſſet, & iam iamque Præfectorum ſatellites a
vincula ei inijciẽda aduentare cognoſceret, rur
diuina viſione admonitus id quoque periculum
uaſit. Erat Alexandriæ virgo quædam incredib
pulchritudine prædita, qua cum viri non abſque
bidinis ſuſpicione habitare poterant. Ad hanc
ſanctus cùm periculi magnitudine vrgeretur, m
dia nocte confugit. Ea verò rei nouitate ſtupefa
cauſam quęrebat. Cumque epiſcopus eam pro
redderet, virgo ſemota ex animo ſuſpicione, u
nis, vt dicitur, manibus Athanaſium excepit: d
nignè aliquãdiù apud ſe habuit. Nam quod ſe
nis eum ibidem latitaſſe & virginis miniſtere
creatum fuiſſe quidam exiſtimant, videtur p
vero abeſſe: præſertim cùm illud ſexennij te
quo apud virginem delituit, in iuſta annorum
putatione, nè inueniri quidem poſſit.

Vide Baron. 3. Tom. Annalium.

Gregorij furor & perſecutio in Eccleſiam.

Intereà Gregorius Alexandrorum, vt ita d
Erinnys, maiori impetu ac furore in rectam f
ferebatur. Iamque improbitas & inuidia, q
cleſiam omni ex parte conturbarat, confude
ad reipublicę quoque excidium ſerpere incip
Conſtantius, omnibus iam Catholicæ Eccle
pugnatoribus amotis, Iulianum Gallijs cum
ſtate ſumma præfecerat. Is rerum omnium p
di motus deſiderio, cùm in Gallijs magnam f
num conciliaſſet, induit ſe purpura, & ab e
Auguſtus acclamatus, bellum aduerſùs Con
um mouit. Cùm autem Imperator perfidum
coacto exercitu delere conſtituiſſet, inter C
doces & Cilices in loco, qui Mopſi fontes d
ſubito membrorum omnium ſtupore oppre
nà cum imperio vitam abrupit: diuina pro
bio iuſtitia vrgente, quæ iuſtam de eo vind

Iulianus Galliæ Præfect.

Conſtantij mors.

expetebat. Eadem vindicta sceleratum quoque Georgium persecuta est: vtpotè qui à Gentilibus ex ecclesia eductus, & camelo alligatus in communi theatro viuus flammis vnà cum pecude exustus est.

Georgij mors.

Imperatore autem defuncto Iulianus cùm iam imperium assecutus esset, simulato Christianę religionis studio, statuit eos, qui erant in exilio reuocare. Quod quidem cùm resciuisset Athanasius, vt Iulianum priùs in ecclesiam introduceret, eoque obsequio Arrianos præueniret, nocte concubia, in medio ciuitatis Alexandrinæ inuentus est. Ibi clerus, pręcipua ciuitatis pars viso Athanasio mirè exultare, & vocibus manibusque in cęlum sublatis de reditu gratulari cœpit: ac confestim expulsis Arrianis se totos Athanasio tradiderunt. Sed non potuit ea gratulatio & pax, quæ simulata Iuliani pietate Ecclesiæ obuenerat, esse diuturna. Nam is cùm totas dæmoniorum cultui addictus esset protinùs sacra Christianorum templa fumo, nidore, alijsque refarijs animalium sacrificijs contaminauit. Vt verò omnes Christianæ pietatis cultores eadem contagione perfidiæ inficeret, atque in suam sententiam pertraheret, vndique aruspices, præstigiatores & vates coegit: quorum omnium ea erat mens & sententia Athanasium procul amandum esse. Nam si auulsum, dicebant, fuerit fundamentum, reliquæ quoque illorum fidei partes facilè diruentur. Rursus ergò Athanasius ad necem inquiritur. Circundiderat ecclesiam Alexandrinam exercitus, nè qua via antistes elaberetur, cùm ecce superno protectus auxilio per medios hostium cuneos ignotus graditur. Nocte autem illa, conscensa nauicùm Thebaidem magna contentione pergeret,

Athanasij ad Alexandriam reditus.

Iuliani impietas.

Athanasius à Iuliano ad necem quæritur.

cumque satrapa quidam à tergo vrgeret, & remiges
viso procul persecutore, accelerarent: Athanasius
paululùm subsistens, quasi cęlesti monitus oraculo,
iubet protinus remiges proram obuertere, & cursum Alexandriam dirigere. At illi vt par est, con-
turbati, veritique in satrapam nè inciderent, cum
animis hærerent, vir sanctus illos vt strenuè perge-
rent, hortatus est. Itaque Athanasij parentes impe-
rio, conuersa antemia rectâ Alexandriam navigant.
Cùm autem iam satrapæ appropinquarent, barbari
veluti quadam caligine eorum oculis offusa, ut
quam neminem videntes præternauigabant. Ath-
nasius autem instar Elisæi eis acclamans: Et quem
nam, inquit, tanta remigum contentione querim
Cumque illi Athanasium se quęrere respondere
Is, inquit, veluti fugiens quosdam, parùm vos pre-
cedit. Sic decepti quem persequebantur, non sen-
ebant se in manibus habere.

Vide mirâ Dei prouidentiam.

At Athanasius prospero cursu Alexandriam
latus ecclesiam impij Iuliani furore grauiter q
satam mirificè suo aduentu recreauit: ac prud
ter quieti & silentio studens, iustam de cęlo in
anum vindictam expectabat. Et quidem is cùm
mnibus se præstigijs, maleficijs, & magorum
bus contaminasset, iamque de ampliandis imp
finibus & summis honoribus cogitaret iaculo
brachium dexterũ percussus vitam simul cum
perio amisit.

Iuliani mors.

Eo post annum imperij vnum & mẽses octo
modo extincto, Valentianus assumpto in aux
Valente fratre, in imperio successit. Et Valens
quidem in Orientem misit, qui neque de thesau
neque pecunijs neque exercitu quicquàm so
tus, totis in eo viribus laborabat, quomodo
mor

Valentianus cum Valente succedit Iuliano.

norum res amplificaret: & orthodoxos opprimeret. Hoc enim solum ad nominis splẽdorem & gloriam sibi præclarum ducebat vt omnes monasticæ vitæ cultores quàm maximis vexaret incommodis & internecione deleret. Omnes itaque qui Arrianę impietati subscribere recusabãt vel exilio vel morte mulctabantur. Iamq́ue ad Athanasium quoque ventum erat, qui ciuitate rursùs egressus, paternum subijt sepulcrum; in quo mẽses admodùm quatuor belluinum furorem impetumq́; declinans delituit.

Valẽtis persecutio.

Athanasius diù latet in sepulcro.

Quoniam autem populus Alexãdrinus, ptopter Athanasij desiderium, infenso, in eos qui dominatũ obtinebant, erat animo: ac propterea ad arma & seditionem spectare videbatur, Valens eorum rebellionem audaciamq́ue pertimescens ecclesias orthodoxo populo restituere coactus est: cùm eccè Athanasius post longos illos propter Christum sudores, post varia pro recta fide certamina, post gloriosa trophæa, quadragesimo sacerdotij sui anno Gratiani & Probi secundo consulatu vita excedit: vtpotè quidiam satis superq́ue functus laboribus præclaris & diuinus agonotheta cælesti dignus corona haberetur.

VITA S. ANTONINI ARCHIEPISCOPI Florentini. ex ea quæ est iussu Clementis Septimi Rom. Pont. à F. Vincentio Mainordo Ordinis Prædicatorum exactè conscripta. Migrauit ex hac vita anno Domini 1459. Relatus autem in numerum Sanctorum ab Hadriano Sexto Papa anno 1523.

ANtonius, qui propter staturæ breuitatẽ Antoninus vocabatur, Florẽtiæ honestis parentibus, Nicolao & Thomasio, anno 1389, Vrbano Sexto Pontifice & VVenceslao Cæsare natus est.

2. Maij.

Patria & parẽtes S. Antonini.

est. Nicolaus pater vir probatis moribus, Tabellio-
natûs collegio, quod in vrbe Florentina haud con-
temnẽdo loco habetur, quater præfuit. Vt primum
infantiam excessit tanta cœpit morum integritate
ac præcipuo pietatis studio florere, vt potius pe-
ciuitatis ora in se conuerterit. Annos natus qui-
decim perfectioris vitæ desiderio inflammatus, ad
Ioandominicum Florentinum admirandis virtu-
bus & doctrina inprimis clarum, qui ad radices Fæ-
sulanæ ciuitatis cœnobium Diui Dominici à fun-
damentis excitabat, profectus est: vt per eum ad
dem vitæ institutum assumeretur. Sed Ioandom-
nicus quamuis mirificè adolescentis indole & an-
to viuacique ingenio delectaretur, teneram tam
ætatem causatus, & gracile corpusculum mi-
tus propositum eius distulit. Cumque ex eo num
terarum studijs operam daret quæreret, auctor
eum in Pontificis sanctionibus voluendis, (quas
vnum volumen digestas, Decretum vocitant) ...
lum esse: Heus, inquit, fili reuertere ad paternos
res, mox inter nostros admittendus, cum Decretum
totum ità excusseris vt planè imbibisse vide-
Putabat enim se ea ratione pueri ardorẽ tanti
temperâsse, quòd non tam properè tot canon
posset immensitatẽ & volumina deuorare. Sed
toninus propositi sui tenax elapso statim anno
sulas reuersus, promptè & alacriter ad omnia
ta facilitate respondit, vt iam non exclusus, sed
iecto regulari habitu attonsus, annũ agens se-
decimum intra Prædicatorum Ordinem ad-
sit. Cumque Fæsulanum cœnobium nondum
lutum esset, mox Cortonam regularibus in-
dus disciplinis missus est, vbi iam tùm radi-
ctrinæ ac sanctitatis emittere videbatur: q...

Petit admitti in societatem Dominicanorum.

Induitur habitu S. Dominici.

posteà, quasi iubar splendidissimum tenebricosas hominum mentes illustrauit. Exacto anno iurauit in Prædicatorum instituta, Fæsulasque reuersus otio perpetuum bellum indixit, prorsùs vt somni ac cibi parcissimus, aut in orationibus pernoctaret, aut certè lectioni & conscribendis, quos nobis tanta omnium ordinum atque adeò totius orbis vtilitate reliquit, libris incumberet. Ac mirum profectò est, vt tantulus homo grauissimis morbis ad mortem crebrò confectus, potuerit non dicam tot conscribere, sed vel perlegere: præsertim cùm præfecturis plerunque fungeretur, quæ solum hominem & curarum vacuum exigere videntur. Romæ, Neapoli, Florentiæ, Senis, Caiettæ, Cortonæ, Fæsulis Priorem egit. Mox etiam Romanæ prouinciæ ac Neapolitanæ Vicarium generalem, quod illi munus demandatum fuerat, vt collapsas à pietate domos in pristinum vitæ candorem reuocaret. Institutorum sui Ordinis erat seruantissimus. Cilicio & zona interdum ferrea carnis cupiditates domabat. Humi accubans, aut tabulato illisus dormiebat: sed & frequenter intorto semet funiculo verberabat. Vt sacerdotio initiatus est, quotidiè & sæpe sacrificabat, & sacrificio etiam alteri deuotus vocabat. Eò humilitatis se abiecit, vt Præfectus etiam cœnobijs & prouincijs culinam adiret, canthos, ollas, ahena mundaret & infimæ sortis famulis seruiret. Quod ipsum dum Pontificem ageret, non omisit. Iam verò quo charitatis & misericordiæ ardore flagrauerit, quis oratione consequi valeat? Cùm aliquando puellam immanè lachrymantem & quęrulas voces edentem conspicaretur, ingenitaque eiulatûs causa, quòd capisterium capiti in linteis lotis impositum, casu repentino diffregisset,

Vigiliæ, studia & preces eius.

Multis cœnobijs præfuit.

Vitæ austeritas.

Insignis eius humilitas.

gisset, blandè illam affari, & vt domum ad matrem reuerteretur suadere cœpit. Sed illa cũ matris minas & iurgia maximè timeret, Antonini non modo voces ad aures non admisit, sed etiam fuga sibi consulere voluit. Tũ ille misericordia motus, ne quid labis misella contraheret & in apertum salutis discrimen conijceret, acceptas capisterij partes, cum Iesu nomen inuocasset, facto crucis signo ità congmentauit, vt nulla in eo fracturæ indicia apparerent. Hæc illi ante initum Pontificatum primum tutum tyrocinia fuêre.

Eius egregium miraculum.

Intereà Bartholomæo Zarabella, qui Florentiam Pontificiam dignitatem cum auctoritate tenebat, humanis rebus exempto, Eugenius Quartus Romanæ Ecclesiæ Pontifex Antoninum Archiepiscopum Florentinum declarauit. Quod vt vir sanctus primùm intellexit, fugam statim animo volutare cœpit, tantaque animi constãtia ac ferè pertinacia dignitati resistere, vt nisi diuina quædam intercessisset, nunquàm expugnatus ad consentiendum fuisset. Cumque nullum omnino elabendi fugium sibi reliquũ cerneret, ad Præsulatûs molem velut ad pistrinum se trahi passus est. Videre habebat virum sanctum toto in terram corpore prostratum, passisque manibus collachrymantem, pastoralem demùm sarcinam in humeros reclinare. Pontificatum autem euectus, qualem se præstiterit quãtumque sui temporis Prælatos virtutum omnium splendore obscurauerit, non est nostræ facultatis exponere. Ità enim totos tredecim in Episcopatu exegit annos, vt in cæteris quoque Magnum Gregorium, qui tantundem Romanę Ecclesię præsulis sit visus imitari. Primùm omnium in familia se tulit. Plures enim, quam sex, eosq; frugi ac

Designatur Archiepiscopus Florentinus.

Angusta familia & res familiaris.

peratos domi nõ habuit, qui vix obeundis negocijs præpositi possent sufficere, omni luxu tam in victu suo suorumque quàm in amictu resecato. Supellex aut instrumentum aliquod quid esset, nesciuit. Vnicum tantum mulum eumque non coemptum sed dono acceptum ad extremas necessitates aluit, quo tamen non nisi senecta & occulta ægritudine confectus, cùm aliquò proficiscendum esset, vehebatur. Familiam, quam crebrò ad Dei cultum hortabatur, etsi nõ splendidè, non parcè tamen ali imperabat. Ipse parabili faciliq́ue cibo contentus, durum tantùm & inexorabilẽ exactorem placare studebat. Noctu ad matutinas laudes vigilabat semper, quibus attentissima mente persolutis, quod reliquum erat temporibus ad horã diei tertiam, aut lectioni sacræ, aut cudendis libris impẽdebat. Hora tertia sacrificiũ, quod rarò intermisit, offerebat. Peracto sacrificio, reliquum diei tempus in obeundo pastorali munere absumebat. Nemo erat tam vulgaris, cui ad eum nõ pateret aditus. Ingenio fuit humanissimo, vt nullũ vnquàm nè domesticos quidem, qui ob oculos quotidiè versantur, quamuis ob culpam acerbiore verbo prosciderit, sic vt nè paululum quid commoueri, nè dicam excandescere, etiamsi id maximè vellet, posse videretur: denique dicitur vidisses gelidum marmor, quàm mitissimũ patrem incalescere. Omnes omnium causæ, non sanctorum tantùm, sed prophanorũ quoque ad eum vertebantur. AEdes assiduo religiosorum vsu terebantur: qui frequentissimi aut eleemosynas accepturi (cuncta enim in pauperes, pater pauperum erogabat) vel de rebus dubijs consulturi quasi ad cęleste oraculum confluebant. Tanta enim prudentia & mentis acumine atque adeò consilio pollebat, vt

Ingenium placidissimum.

Antoninus Consiliorũ cur sit dictus

cuncti eum etiam ante Pontificatum Antoninum Consiliorum appellarent.

Sicubi verò ab illis negociorũ fluctibus esset fo-
riatus, mirum quanto ardore ad literarum studia
sacrarum, atque ad orationis ancoram recurrebat.
Mitto nunc præter quotidianum horarum munus,
priuatas preces & orationes quas pro varijs eccle-
siæ necessitatibus offerebat: illum mentis affec-
sum, qui nullo labiorum motu, nulla genuum fle-
xura eget, quis (quæso) satis explicabit? Nulla tan-
vnquàm tanta negociorum moles, vt vel tantil-
hominem Deo plenum retinere posset, quin in sub-
lime totus speculatum cælestia raperetur, prout
vt ipsa corporis moles simul cum mente sublata
in aëre pendula maneret. Quod quidem contigi-
constat, dum noctu ad imaginem crucifixi intra
biculum abditus praeret. Accidit etiam cum
quodam ad orationis secreta se conferret, vt ad
limem Crucifixi imaginem raptus, dulciter
amplexibus stringeret, & oscula lateri defoss-
ret. Hinc illa inter tot rerum fluctus animi
quillitas: qua vsqueadeò præstabat, vt nulla
quàm tanta posset perturbatione ac mundi cu-
retiri, vt quoties vellet, non statim ad diuin-
rerum theoremata rediret, & interna quasi
tis dulcedine frueretur.

Eius mirae ecstases.

Rapitur sublimis ad crucifixi imaginem.

Seueritati summam humanitatem & misericor-
diam semper copulauit: qua inprimis in eum
cerdotum vtebatur. Ita factum est vt oleo ca-
tiæ ad rigoris vinum adiecto, neq; ad delicia-
sùs conniueret, neque etiam ad viuum vulnus
secaret. Quo temperamento peritus artifex
Clerum, quem in omne flagitiorũ genus fere
lapsum acceperat, resumpto quodam proba-

modestiæ nitore, in meliorem formam restituit. Non frigora, non æstus, non pluuiæ, non turbines, nulla denique pericula præsulem morabantur, quò minùs omnia sedulò & statim obiret: ita vt robustissimos iuuenes in perferendis laboribus senex ipse & tenui valetudine superaret. Triennio ferè, antè quàm mundo excederet, cùm comperisset in maximo templo diuinas laudes confusiùs, quàm par esset, celebrari: statuit eo singulis noctibus, ad modestiam exemplo magis quàm edicto docēdam, se conferre. In proposito persistentem, nullis precibus & hortatibus potuerunt duo ex domesticis sacerdotibus auocare, quin nocte quadam, quę ventorum turbine & pluuijs solito asperiùs inhorruerunt, ad ecclesiam illam fidei & charitatis igne fervidis properaret. Omnia sui Episcopatûs templa, non per vicarios, sed ipse visitabat. Quas dùm obiret signis numero non paucis ac magnitudine prędicatibus illustrauit.

Fortitudo animi eius in perferendis laboribus.

Omnia Pontificis munia per se obit.

Ad Mugellanam vallem cùm venisset (ea Bononiam versus ad radices Apennini iacet) cognito plebanum quendam graui ægritudine conflictari, accessit lectulo innixus certis precibus cum intima pietate fusis sanauit. Cùm ruralibus ecclesijs adhuc operam daret Franciscus vir & moribus & litteris cultissimus eum ad villam Castilionem benignè inuitauit. Annuit vir mitissimus ibidemque vnde vna exacta cùm postridiè se ad iter pararet, Franciscus paucis euanescentis iam nobilis familiæ calamitatem aperuit, quæ vnum Dantem (is germanus erat) reliquum haberet vxori sterili coniugem. Paternam itaque sufficiendæ proli benedictionem daret. Mariettæ (id enim vxori nomen erat)

Eius miracula.

Sterilē matronam impresso crucis signo efficit valdè fœcūdam.

erat) ad pedes procumbēti, impresso in fronte cru-
cis signo, benedixit: ex illo fœcunda reddita, fœ-
minam primò, deindè septem mares conspicuos
mnes forma, peperit.

Florentię Elizabeth, tertium D. Dominici Or-
nem professa, quæ ad sexennium morbo intestinorum
laborauerat, ad Antonini pedes prouoluta eius be-
nedictionem flagitauit. Accepit, ac dubium, vt
prior in eam salus an benedictio descenderit. Be-
dicto Templo Florentino filius erat adhuc à ma-
nis vberibus pendens: qno morbo conflictatus
ne ipsis quidem medicis satis compertum: vt
plures sentiebant, quem striges compressum
nauerāt. Nunc enim è lectulo, nunc è cunis ra-
interdùm à nutricis complexibus auulsus, nu-
pauimento locabatur: quæ quis faceret, nulla
quàm potuit explorare. In hunc adusquè fere
dullas arefactum cùm frustrà medicorum te-
remedia vidisset, Antonini curatoris optimi
onum præsidia mater implorauit. Ex eo cùm
ptum sudariolum oratione fusa super cubantem
lium iniecisset, statim restituta salute, omnes
dæmonum præstigiæ diffugerunt.

Vide rem miram.

Non contemnenda nobilitate sunt in Flo-
na vrbe Filicarij. Ex ijs cuidam filius erat vt
nitus vnicè dilectus. Is, dubium quo morbi
correptus, misellus tandem exspirauit. Pater
nis affectibus victus cum satis diu dolori & la-
mis indulsisset, tandem armatus fide, relicto
biculo cadauere, ad Antoninum aduolat. (Is
in D. Marci cœnobio nondùm Pontifex habe-
Vbi accessit interclusa frequenter singultibus
interitum filij sui pientissimo patri detexit,
vt eum sibi viuum restitueret, flagitauit. Ant-

...amuis sibi tantum, vt iura naturæ solueret, non ...rogaret, hominem tamen miserando eiulatu & ...deformatum miseratus, obortis lachrymis ...Deum preces fudit: moxque blandè patrem affa... Ne te, ait, plangore ampliùs conficias, nè te ma... I domum & filium ad vitam iam reuocatum ...plexare. Affuit dicto fides. Redijt, filiumque vi... restitutum inuenit.

Insigne miraculum.

A teneris vnguiculis mirificè cum Antonino cre... miseratio. Florentina ciuitas, tametsi multas ...vrbes ingenijs, nobilitate & opibus vel æquet ...superet, ob confertam tamen populi multitu... agri angustia mirum in modum premitur. ...fit, vt qui mercaturę studio non iuuantur (quę ...populi multo maxima) aut nullis omninò, ...guis agrorum prouentibus fulti, possint pro ...dore natalium vitam agere: præsertim si quæ ...filiæ iam maturæ viro, maritis collocandæ. ...vrbis incómodo Antoninus inprimis occur... putauit. Itaque viros duodecim statuit, ...S. Martini liberalitate D. Martini collegium ...uit. Ij quidquid ex ciuium collatione in o... pijssimum coaceruare poterant, totum in hos ...res, sine dolo, sine fraude sola necessitatis nul... vel sanguinis habita ratione, diuidebant: ...præsertim qui nobili prognati sanguine, e... stipem per vrbem erubescebant. Hoc in... labentibus annis tãtùm coaluit, vt eo sex... familijs in totum vel ex parte succurratur: ...& bonam prouentûs sui partem ipse con... & magistratum aliosque tam ciues quàm ex... ad idem beneficium excitauit. Ipse prætereà si ...aliquid in Christi nomine peteretur mira ...tate tribuebat: si domi nõ haberet, à proximis

Collegium S. Martini ab Antonino Florentiæ institutum.

Liberalitas eius in pauperes.

mutuò

mutuò capiebat: qui si recusassent vestes, calig
calceos, domesticam supellectilem erogabat.

Accidit quandoque cùm sub manu tonsora
deret (is Petrus appellabatur) vt ciuis quidam
foribus stare nunciaretur, qui infimis precibus
nem vnum peteret: Antoninus vti petenti fi
ret imperauit. At minister cùm tres tantùm
domi esse referret, diceretque commodum
vt alios pararet, vir sanctus nihilominùs eum
peri dari voluit. At illo abeunte mox alij
peruenêre, quibus pari largitate reliquos
tribui iussit. Tùm præfectus panariæ cellæ
ctus, panes alios instanti prandio parare
Cumque iam tôlo antistite Petrus recedere
Antoninus eum ad prandium inuitauit. At
quid, inquit, me detinere vis, qui pane
Præsul: Ne quæso diffidas, inquit, nam
tis opportuno tempore escam tribuit, is
homines pascere non negliget. Mox igitur
sam sterni, & præfectum panem apponere
At illo nè micam quidem panis in arca
te: Præsul, vade, inquit, & diligentiùs
accepta claue arcam adiens, dictu mirum,
pane refertam reperit, quem angelico
misericors Dominus ibidem collocarat.
quotidianas eleemosynas, nummos aureos
in Paschalibus celebritatibus in subsidia
& pietatis vsus erogabat, vsque adeò
ad futuri temporis vsum in arculas recô
neret, vt etiam eo vita functo, funeri
cessarios defuisse certum sit.

Panes diuinitùs dati.

Ac nè prodegisse fortunas Antoninum
peres recreasse cognoscamus, breuiter
enarrabo. Ambrosiana fortè via solemni

re iter faciens, in pauperis tecti culmine adesse Angelos contéplatur. Rei admiratione perculsus cùm domum introisset, viduam ac tres vnà filias reperit, nudis omnes pedibus & laceras: quę vt paupertatis extremam iniuriam propulsarent lanificio, seu textrinæ (non enim habeo exploratum) certè operi nescio cui, honestæ virgines incumbebant. Antoninus qui totus misericordia redundabat, nè celebri die operam lanificio cogerentur dare, simul in proximè cõmorantibus edoctus, esse probis moribus & ingenuis, statim iubet quantum sat esset, non modò ad inopiam fugandam, sed ad cõmodos quoque vsus erogari. Labente tempore cùm illac rursùs iter faceret, iam non angelos, sed dęmonẽ vidit fastigio domûs insidere: ac tum subesse mali aliquid suspicatus, quærit quid id esset, num prolapsæ in scelus aliquod, florem virgineũ delibassent: Cognito quòd refertæ eleemosynis, iam cũ inopia non pugnarent, quòd lanificio nõ intenderent, quòd multùm à religioso illo viuendi more cõcidissent, quòd delicias demũ in vestibus, tùm reliquos ornatus corporis adamarẽt: ingratitudinis maximæ coarguit, quòd in muliebres luxus quæ ad fugandã inopiã dederat, conuertissent. Tum quòd angelos primùm, mox dæmonẽ vidisset explicauit: malam esse cõuersionem factã: nempè quòd simplici cultu tanto angelis anteà vixissent: nunc insolẽtiores facta ad luxus & illecebras dæmoni aures præberent: [illegible] itaq; ad se, antiqua viuẽdi instituta resumerent, & nullum ocio, nullum dæmoni locum darẽt. Florentino ciui pauperi cõplures erant filiæ iam nobiles & natu grãdes. Is Antonini monitis, Annunciatæ templum non modo in ea ciuitate sed in tota Italia celebre petiturus opem filiabus à Deipara

Obserua hic paupertatẽ multis causam æternæ salutis esse.

para Virgine ante lucem plerunque properabat.
Dumque in officio perseueraret, accidit vt die quo-
dam duos luminibus captos præ foribus templi sti-
pem de more petere cerneret. Ij, cùm se latere pu-
tarent, de quæstu plusquàm maximo colloquentes,
vter maiora lucra reportasset, inter se certabant.
Cùm verò alter in capitio assutos sibi esse duce-
tos aureos nummos, alter in galero trecentos affir-
maret: bonus ille vir vtroque arrepto ad Anto-
num statim conuolauit. Is ilicò aduocatos cæcos
mendaces ac fures increpauit, quòd inopiam si-
lantes eas pecunias egentioribus abstulissent, i-
sanctus Pręsul vni quinque & viginti, alteri tri-
ta nummos aureos: quod reliquum erat pauper
ui ad filiarum dotes fidelis dispensator assigna-

Nota de mẽdicis fraudulentis.

Penè fugerat, quòd eius etiam nuda verba, di-
na quadam liberalitate redundabant. Fiscellam
mis refertam sancto Antistiti vir fortè pauper
amplioris muneris donauit. Antoninus hilari-
tu & verbis dulcibus gratias agens: Retribuat
quit, tibi Deus. Ille autẽ tam angustus animo, q-
fortunis tenuis, amisisse se & oleum & operam
tans, mœrens & quærulus abijt; quòd nihil
quàm verba reportasset. Id vbi Præsuli renun-
est, is reuocato ad se homine, papyrũ, atramen-
& calamum, & præter hæc trutinam afferri i-
Mirantibus cunctis quid ageret: tria illa ver-
pyro perexigua inscripsit: tum in altera lãci-
pyrum, in altera poma omnia cõposuit: ac sub-
trutina, statim papyrus, tãquàm si ferri massam
iecisses, descendens, pomis in sublime volitã-
prępõderauit: Nè me, inquis, ingratitudinis
Disce vel serò, diuina tuis munera prægrauare.

Nota rem miram.

Neque verò inter tot miserantis dulcedines

[illegible] animi magnitudo, vt cùm res posceret, & ire [illegible]iam magistratibus, & intrepidus iniqua consi[illegible] conatus, euertere non auderet. Inprimis verò [illegible]siasticam libertatem adusque dignitatis & vi[illegible]pericula tutatus est. Octouiri (is magistratus [illegible]entiæ quanquàm non supremus vitæ & necis [illegible]perium habet) duos forte sacerdotes in crimen [illegible]hensos, ac noctu à satellitibus captos, primò [illegible]lo ad præsulē clangentibus tubis, deduci im[illegible]nt: satis esse pœnarum sumptum rati, quòd [illegible]ca eos ignominia affecissent. Antoninus ea re [illegible] offensus est, vt statim igne quodam iustitiæ in[illegible]matus, ad supremi magistratûs ædes profectus [illegible]que temeritatis grauissimè coarguens, ana[illegible]te illaqueatos esse pronunciauit, à quo non [illegible] summi Pontificis potestate liberari possent. [illegible]erent in posterum aut nullo pacto, aut certè [illegible]ideratiùs alienas causas tractare. Erant Octo[illegible] quanquā lapsi fuerant, non tamen ingenio per[illegible] & deplorato. Vbi antistitis constantiam co[illegible]erunt, conscientia ducti supplices ad Pontifi[illegible] literas dedêre. At Pontifex iubet eos Antoni[illegible] conuenire, vt vltrò supplices culpam fassi, pro [illegible]m institutis, anathemate soluerentur. Anti[illegible]oniam publicè deliquerant, zona collo indi[illegible] fores templi iussit procedere: atque ibi spe[illegible] populo, cōuerberatos terga vinculo excom[illegible]cationis liberauit.

Fortiter tuetur Ecclesiasticam libertatem.

Vide genus pœnitētiæ.

[illegible] verò anathematis gladium in rebus maximè [illegible] distrinxit: sic ad leuissimos casus, cùm ex[illegible]municatio sit pœnarum maxima condebat. Vt [illegible] pœnæ illius magnitudinem alijs declararet, [illegible] exemplo vsus fuisse legitur. Candidus panis [illegible]dium allatus, cùm in eum anathematis verba

Pœna excōmunicationis quā horrenda.

protulisset, statim in carbonis atredinem est co-
uersus. Mox iterùm: Heus, ait, isthoc nexu ana-
matis te libero, ac statim excussa atredine pris-
candorem recepit.

Nullus fuit locus in quo se fortē & intrepid-
non ostenderet. E templis, in quibus maxime m-
ditiam & sanctitatem diligebat, nō dico semel,
sæpè fœminas impudico habitu, quasi instrum-
dæmonum ad perdendas & in venerem allicie-
animas, effugauit. Iuuenes qui spectatum vene-
quantacunque nobilitate ac gratia pollerent, c-
gatos verbis acriter extrusit. Tum vrbem ina-
cruce præuia aleatores vel solo aspectu pert-
ad fugam compulit. Nouum ludi genus, so-
vrbe tunc exortū, quàm celeriter aduenit, ta-
perè explosit. Mille nummos aureos qui ex e-
genere sacerdoti cuidam obuenerant, inte-
quos pauperibus commodissimè erogauit. H-
la in re non vigil illa addidit: Iohannem Ca-
medicum exterum quidem, sed Florentiæ co-
rantem, necromanticum, in Deiparam Vir-
latrantem, tum hæreticis dogmatibus pert-
inquinatum quanquam reclamātibus ciuib-
cremauit.

Egregiū facinus tanto pastore dignum.

Hæreticum comburit.

Egregium quiddam est, vitę innocentiam
rum integritatem in vitæ cursu retinere: sed
morum sanctimoniam fax literarum adiu-
quid, quæso, absolutius, quid consummatius
ex parte potest cogitari? Præstitit vtrumque
ninus tam egregiè, vt omnes æquauerit, multo
excesserit. Scripta eius, quę omnibus ad ma-
fidem faciunt, quæ quoniam quotidiano vi-
sunt per me vt notiora fiant, non laborabo.
num maximè in homine mirādum, quod, c-

Præclara eius auditio & scripta.

nia omne genus doctrinarum adyta penetrârit, nullius tamen præceptis institutus fuerit: prorsùs vt superno lumine illustratus plurima eum hausisse ... dubium non sit. Nec mirum sanè, qui etiam ... soli Deo cognita penetrauit.

Quidam eius amicus mercaturæ deditus blandè ... monitus nè se tata lucri cupiditate trahi pa... ...tur, neve tanto animi angore in parandis opi... vexaret, sed partis, quibus abundabat, diuitijs ...uiesceret, si vellet ingens, quod imminebat, in ... periculum euadere, eius admonitioni aures ...ludebat. Sed paulò pòst, subita procella, inter ...etias & Patauium facto naufragio monita illa ... contemnenda fuisse didicit. cumque iam pela... submergendus ferebatur, gemebundus Antonini ...diũ implorauit; & eccè Antoninus adesse vi... capillis eductũ ex aquis liberauit. Plurima sunt ... virtutis exempla quæ nos breuitati consulen... præterimus: hoc dixisse sufficiat tantam apud ...es sanctitatis eius fuisse opinionem vt trans... quacunque flexo poplite mares, fœminę diui... inopes, senes, paruuli ad benedictionem Præ... curuarentur.

Prædicit mercatori periculum.

Cum iam tempus appeteret, vt quod in hoc vitæ ...culo in lachrymis seminarat, in exultatione ...lestem vitam translatus, tandẽ meteret: post... annos tredecim ac menses duos Florentinæ ... præfuisset, ad quã quinquagesimo & septi... ...tatis anno fuerat euectus, in morbum incidit: ... paulatim ingrauescente sacro se Eucharistiæ ... extremæ Vnctionis clypeo muniuit. Cumq; iam ... ad ipsum vitæ limẽ processisset, ita vt nihil, ni... ...catum quidpiam eloqui posset, illud tamen ...ibũdis vocibus crebrò repetebat: Seruire Deo,

Corripitur morbo.

Veriſſima S. viri in extremis ſententia.

regnare eſt. Tum illud quoque frequenter iterabat: Sancta & immaculata virginitas quibus te laudibus efferam neſcio: incertũ iam ad Deiparam Virginem conuerſus, quæ ſe luctantem cùm morte ... ſitaſſet, an hilaratus, quod inuiolatum ad illum vſque diem virginitatis florem conſeruaſſet.

Pius II Rõ. Pont. S. viri funus curat magnificè.

Quo tempore ſanctus Præſul animam efflauit, Pius Secundus Rom. Pont. Florentiam appulerat, qui maximè Antoninum obſeruãs, quantopere ... uentem coluiſſet, officijs in defunctũ magnifico ... paratu & honore præſtitis declarauit. Quo die D. Marci templo exequiæ celebratæ ſunt, fœmina inualido latere, & quo non vtebatur, ſancti corpus attigit, & integrum lateris vſum, antè quàm templi limine pedem efferret, redijſſe prædicauit. Sanctus quoque beneficium in præmortuo brachio Marcellus Ciachus recepit.

Miracula poſt obitũ.

Poſtquã verò in ſepulchrũ illatus eſt, tot ac tantis miraculis ſplendeſcere cœpit, vt cuncta recenſeri nequeant. Fabrianum oppidum eſt in Piceno ignobile. Hic fœminæ cuidam tota facies & ... adeò miſerandum in modum intumuerat, vt ... lorum orbes reconditi laterent: Accedebat ... corporis contractio, prorſus vt omnium membrorum officio deſtituta iaceret. Tota erat in ærumnis & angoribus: non noctu, nõ interdiù ſomnum capebat. Habebat hæc germanũ Andream qui ... dicatorum Ordine apud beatum Præſulem ... uſque obitum perſtiterat. Is ſororẽ ſuam adeò ... ſeram ad implorandum beati viri præſidium ... tatus eſt: futurum vt ab eo aliquod calamitatis remedium perciperet. Miſera muliercula cum vndique humano auxilio deſtitutam cerneret, ... tris adhortatione incenſa, Deum, vt ſe ſancti ...

tis iuuaret, maximè precata est. Acceperat à fratre suo Antonini tunicam quæ illi post mortem beati viri obtigerat. Hanc ad carnem induens, fide mirabiliter incalescens tota nocte gestauit: precibus intentum & gemitibus diuinam opem implorans. Vbi diluxit non modò facies detumuerat, sed membris omnibus ac neruis tantus vigor redierat, vt quæ antè nec stare nec iacere poterat, ad flumen lotura linea integra valetudine curreret.

Florentiæ in monasterio D. Luciæ, vbi sub signis D. Dominici nobilis virginũ cœtus militabat, virgo Charitas, Guidonis Tholosini filia, toto sexennio cõtracta, adeò vt os genibus iungeretur, frustrà medicorũ artes & remedia experta fuerat: quæ salutis desiderio ardens cùm in Antonino magnam spem collocasset, vt is à Deo optatã sibi sanitatem obtineret, nocte quadam diuinis in cubiculo meditationibus intenta, ab eodem quod desiderabat, obtinere meruit. Sed nè vastum mare miraculorum eius ingrediar calamum reprimo. Quomodo enim tribendorum miraculorum finis esse posset, qui à parandis miraculis nũquàm abstinuit; adeo vt sole quodam prodigiorum terras illustrare videatur.

DE INVENTIONE S. CRVCIS. EX Historia Ecclesiastica Zozomeni lib. 11. cap. 1. Cui Socrates lib. 1. cap. 13. Theodoretus lib. 1. cap. 18. & Ruff. lib. 10. cap 7. & 8.

NIceno Concilio feliciter ad exitũ perducto, Imperator cùm Ecclesiam vniuersam in doctrina fidei consentientem videret, mirificè exhilaratus, vt pro Episcoporum cõcordia, pro se, pro liberis, pro imperio denique, Deo gratias ageret, templum Hierosolymis, circiter locũ qui Cal- 3. Maij.

uariæ dicitur, ad honorem Dei illustrandum, ædifi-
care instituit. Per idem ferè tempus Helena Impe-
ratoris mater Hierosolymam cùm precandi, tum
sancta illa loca visendi causa venit. Quæ quoniam
religionis Christianæ amore & pietatis studio ma-
xime incensa erat, operæ precium sibi factura visa
est, si venerandę Crucis lignum inuenire posset. Vi-
teres enim Gentiles, qui omnibus opibus viribus
Ecclesiam persecuti fuerant locum illum, qui Chri-
sti pro nobis in Crucem acti supplicio & sepulcro
celebris est, ingenti aceruo obruerant, &, quod
ctu nefas est, Veneris fanum eodem in loco extra-
rant, & simulacrum impuræ meretricis ad eum
nem erexerant, vt qui Christum eo in loco adora-
rus veniret, ipsam Venerem colere videretur: ...
modo Christianę religionis cultũ omninò tolle-
proque eo nefandam superstitionem confirma-

S. Helena inuisit Hierosolymã religionis ergô.

Templũ Veneris in locũ Caluarię.

At verò tandem locus erutus est, & error, in
stabiliendo tantoperè laboratum fuerat, man-
deprehensus, iudicio, vti quidam memorant, He-
bræ cuiusdam Orientem versùs habitantis, qui
ro quodam scripto admonitus, locum commo-
uit: sed quæ verior est opinio, monstratio ...
Opt. Max. qui signis quibusdã & somnijs hom-
ad loci memoriam excitauit. Itaque vt primùm
cus ille Imperatoris mandato fuit perpurgatus
profundo quadã in parte illius antrum, vnde Chri-
stus resurrexit, emersit: in altera autem parte ...
dem loci tres inuentæ sunt cruces, & aliud lig-
separatum quod tabulæ gessit similitudinẽ, ...
& literis non Hebraicis solùm, verumetiam Gr...
& Latinis inscriptum, IESVS NAZARENVS ...
IVDÆORVM. Cæterũ adhuc perdifficile erat, Cru-
cem Dñi à reliquis duabus, quòd inscriptio ...

Tres cruces inuentæ.

...ulsa esset, internoscere: Accedebat præterea ꝙ ...illę Cruces ità promiscuè proiectæ erãt, vt nul...modo lignũ Dominicæ Crucis se proderet. Qua...m hac de causa adhuc ignotũ esset, & diuinio...modam, quàm ꝙ sit in humana positũ potestate, ...et indicio, eiusmodi quiddam accidisse cõstat.

...obilis quædam mulier Hierosolymis in mor...grauissimum, eumque planè insanabilem for...iderat: ad quam in lecto decumbentem Maca...piscopus Hierosolymorum sibi Imperatoris ...e & alijs, quos ipse circùm se habebat, assum...venit: atque vt primùm precatus est, dederatq; ...ectãtibus istud signum, nimirùm eam esse Do...Crucem, quæ mulieri adhibita, morbo illam ...aret: singulas cruces allatas mulieri admouit. ...m duabus illarũ appositis, factum quidem ine...& planè ridiculum visum est: quippè mors ...ominùs mulierem iàm iam erat occupatura. ...simul vt tertia itidem fuit adhibita, derepentè ...uitoculos & collectis viribus, extemplò è cu...sana exilijt. Fertur item, mortuum Crucis vir...simili ratione ad vitam reuocatum. Huius au...Crucis salutaris iam tantùm inuentæ maxima ...adhuc etiam Hierosolymis in capsa argentea ...oditur: reliqua verò ab Imperatrice ad filium ...stantinum deportata est. Quod ad clauos atti...quibus corpus Christi confixum erat, memorãt ...Helena quoque inuẽtos & Imperatori trans...os, ex quorũ altero galeam, ex altero frœnos fi...præcepit, vt scriptum est à Zacharia Propheta, ...quo prædictũ, quod in tempore isto, illud quod ...frœnum equi (his enim ferè verbis vtitur Pro...ta) sanctum esset Domino Omnipotenti.

Ista quidem vt olim præcognita à sanctis Pro-

Macarius Episcop⁹ Hierosolym.

Crux Domini sanat fœminam moribundam, itẽque mortuum.

Zach. 14.

phetis præuisaque fuêre, sic postea factis planè
mirabilibus tum confirmata, cùm Deo tempus
sum est eiusmodi rebus opportunum. Neque
tantoperè mirandum, præsertim cùm ipsi Gen
ingenuè fateantur hoc esse Sibyllæ carmen:

Carmen Sibyllę de Cruce Christi.

O lignum fœlix in quo Deus ipse pependit.

Illud enim ita esse, nemo, etiamsi acri studio co
pugnare voluerit, pernegabit. Quare & ligni
cis & eius veneratio à Sibylla præsignificata est
statur S. Paulinus stupendum planè ac perenne
raculum de ligno S. Crucis toti orbi notissim
nam cùm vndique è remotissimis etiam regio
Hierosolymam religionis ergò Christiani con
re cõsueuissent acciperentque de ligno Cruc
ticulam, illud, diuina quadam virtute operante
lam sentiebat ex diminutione iacturam. Sed
etiam Cyrillus affirmat totum terratum orbe
gno S. Crucis Hierosolymis accepto esse locu
tum. Erat autem custodia Crucis demandata
ex sanctioribus cleri Hierosolymitani, quę Pa
tis tempore ex adytis templi populo adorandam
ducebatur.

S. Paulinus.

S. Cyrillus Cath. 10.

Porrò illud hic obseruandum est, Græcos
etiam de S. Cruce celebrare consueuisse solem
tem ad 16 Kal. Iunij, qua recolitur memoria
randæ illius apparitionis Crucis signi supra Hie
solymam meridiæ factæ; cuius rei gestæ hist
S. Cyrillus tunc eiusdem ecclesiæ Episcopus
describit post catecheses.

ILLVSTRE MARTYRIVM ALEXA
dri Papæ & Euentij atq; Theoduli Presbyter
Item Quirini & aliorum. ex eo quod opuscu
pud Surium extat. Passus est Alexander anno

ni 132. Hadriani Imp. 13. cùm sedisset annos 10, menses 5 & dies 20.

3. Maij.

ALexander ætate quidem iuuenis, sed fide canus & sanctitate incomparabilis, qui quinto loco à B. Petro Romanæ vrbis Cathedrã [illegible]inuit, magnam Senatorum partem conuertit ad Dominum, ipsumq; vrbis Præfectum Hermen cum [illegible]ore, sorore, & liberis lumine fidei illustrauit: [illegible]que omnes cum 1250. seruis eorumque coniugi[illegible] & filijs à veteris vitæ delictis sacro fonte expia[illegible]. Quæ mox ad Hadrianũ vt perlata sunt, is con[illegible]tim misso è Seleucia Aureliano vtriusque mili[illegible] Comite Christianos omnes crudeli internecio[illegible] deleri iussit. Qui vrbẽ ingressus inuidiosis pro[illegible]rum Põtificum criminationibus inflammatus [illegible]men præfectum in vincula cõijci Alexandrum, [illegible] in carcerem abduci iussit. Cùm autem Hermes [illegible] Quirinum tribunum in vinculis haberetur, [illegible] Hermetis æquanimitatem admiratus: Ec[illegible] inquit, ratio, vir illustris, te ad hęc vincula, ab[illegible] honore, suscipienda adigit? Cui Hermes: [illegible] ego, inquit, honorem omnẽ prorsùs à me ab[illegible], sed potiùs mutaui, vtpotè qui pro terreno [illegible] expecto. Cui rursus Quirinus: Equidem [illegible]mirari nequeo te virum prudẽtem eò demen[illegible] esse deuolutum, vt credas te extra hanc vi[illegible] non dico honores sed aliquid omninò adeptu[illegible] cùm humana corpora vsque adeo in puluerẽ [illegible]itur, vt ne ossa quidem post breue tempus su[illegible]. Tum Hermes: Et ego ante hos annos nihil à [illegible] hac expectandum credebam, sed iampridem [illegible]lexandro Episcopo aliter edoctus indubitata [illegible]neo hominem in alium à Deo finem creatum [illegible] quàm vt pecudum instar fœdis se libidinibus

Hermes Præfectus vrbis credit cum alijs multis.

in hac vita non dico oblectet, sed contaminet. At Quirinus, audito solo Alexandri nomine, Præfectū rogare & obsecrare institit, ne se in pestem ante oculos positam tanto mentis furore præcipitē daret. Alexandrum enim esse hominem scelestum & qui propter maleficia flammis exurendus esset. Hermete autem in sententia perseuerante & Alexandrum multis iustitiæ & prudentiæ laudibus extollente, tandem ait Quirinus: Profectò si is est Alexandrum quem tu mihi prædicas, & te, & se pariter ex hac captiuitate liberet: & tum demùm vera te dicere credam. Et iam quidem triplicia vtrique vincula [illegible] ciam, nunciaboque Alexandro, si quidem Dei virtute quem colit ad te peruenire potest, ego [illegible] que vestrę religioni accedam: sin minùs pœnas [illegible] tè suo maleficio dignas protinùs pendet.

Angelus S. Alexādrum è carcere educit ad ædes Quirini.

Cumque abiens Quirinus hæc Alexandro [illegible] asset sanctus Pontifex protinùs in genua prou[illegible] tus ardentes Christo preces obtulit, vt Quirinum [illegible] sempiternis tenebris ad veritatis suæ lumen [illegible] ferre dignaretur. Eccè autem illo in vota prece[illegible] incumbenti astitit protinus Dei Angelus admi[illegible] li splendore coruscans qui aperto ostio Alexan[illegible] ad Hermen gaudentem perduxit. Non multò [illegible] eò adueniens Quirinus cùm vtrumque extensi[illegible] nibus simul orantes inueniret terrore correptus [illegible] stupuit. Tandem resumpto nonnihil animo: [illegible] tè, inquit, hoc artibus magicis effectum est. [illegible] Hermes animo in Christi amorem fidemque [illegible] ficè inflammato: Itanè, inquit, tu magicis [illegible] tribuis, quòd Omnipotentis Dei virtutē mira[illegible] ter gestum est? Sed vt clariùs cognoscas, ô Qui[illegible] quanta Deus noster virtute polleat, quantis [illegible] deles suos beneficijs afficere soleat, non gra[illegible]

ea quæ in me beneficia contulit, explicare. Cùm v-
nicus mihi esset filius nimio languore oppressus
prorsùs vt extremum vitæ periculum ei immine-
re, ab ij cum vxore in Capitolium dijs sacrificatu-
ris: quò vitam ei obtinere possem. Sed postquàm
satis diù in sacrificijs offerẽdis muneribusque Pon-
tificibus largiẽdis sudatum esset, filius nihilominus
vitam cum morte mutauit. Aderat nutrix lumini-
bus orbata, quæ magno animi dolore victa & me &
coniugem increpuit, asserens: si sumpta in Christum
fide ad limina S. Petri eum perduxissem, certo cer-
tius filium à mortis periculo præseruassem. At ego
hæc nutricis verba, stolida planè vt existimabã,
hæc correptus mulierculæ respondi: Tu cæcitate
grauis misera ab ea calamitate te liberare nequis: &
quo pacto tu filio meo sanitatẽ & vitã promittere
audes? Tu vade & priùs per tuum illũ Alexandrum
luminibus tuis cõsulito, & tum demùm credã eum
aliquid opis filio meo exhibere potuisse. Vix hæc
dixeras eram cùm illa horã circà tertiã abijt, & hora
sexta ad me sana reuersa est; imponensque hu-
meris filij cadauer ad pedes Alexãdri illud proiecit
vt tam admirabile Christi beneficiũ potiùs in
illum meũ, restituta ei vita, cõferre dignaretur, mi-
rabilis cæcitate in se redeunte. At Alexãder: Sic, in-
quit, hic Christus excitabit, vt semel tibi reformata
non auferat lumina. Cumq; facta oratione extinctũ
illud vitã reuocasset eũ mihi incolumẽ restituit.
Ego cùm videré an diutiùs obstinata mẽte tãtæ
potentiæ Dei resistere poterã? An non crederem eum
vitæ & necis potestatẽ habere qui mortuos viuifi-
cat & viuos vita spoliat? Certè credidi Christo, eiq;
totum cõsecraui, & in his etiam vinculis, illius
nomine libenter susceptis, exulto, neque perituri ho-
minis

Hermes Quirino miraculũ narrat.

Filius Præfecti mortuus excitatur.

minis offensionem reformido, certò sciens semp
terna mihi bona in cælis constituta esse, cum ijs
pro Christi nomine hic in terris supplicia subeu

His auditis Quirinus: Est, inquit, mihi filia
viro tradere cupio, forma quidem elegãti sed
ma in collo deformata, quam si sanare potestis
vobiscum Christum confitebor. Cui Alex
Eam, inquit, in carcerem ad me adducito, eique
vincula ferrea quæ collum meum circundant
ponito & manè saluam eam inuenies. Abi
festinus: nam is idem qui me huc adduxit, eò
cet, priùs quàm tu ad carcerem venias. His di
greſſus Quirinus ad filiam abijt: Alexander
duce angelo ad carcerem reuersus, custodib
ad portam vigiles excubabant nihil sentien
vincula resumpsit. Mox adueniens Quirinus
toque ostio ad pedes Pontificis procidit, eique
am suam sanãdam obtulit. Tum Alexander:
inquit, perquire num inter vinctos tuos qui
sit qui pro Christi nomine patiatur eũque cum
nore ad me adducito. Mox Quirinus Euẽtium
odulũque presbyteros adduxit, quibus visis
ctus vehementer gauisus vincula sua Balbin
namque filiæ nomen erat) imposuit & ab om
formitate colli, dicto citius, liberauit.

Angelus reducit Alexãdrum in carcerem.

Eo miraculo motus Quirinus carcerem ap
& Alexandro liberam abeundi facultatem, co
At Alexander: Non hoc, inquit, sed aliud m
beneficium exhiberi volo. Vinctos omnes
ducito eosque, vt Christo nomina dẽt, hortar
Quirinus clara voce: Quisquis veram syno
Christi religionem amplecti voluerit, bap
libertate donabitur. Accurrerunt protinus
ad Alexandrum, qui eis Christum annuncia

Captiui oẽs credunt in Christu n.

lumine fidei omnes illustrauit: vt nulla iam pro Christi nomine supplicia recusarent. Exultabant omnes, grauissimo dæmonis iugo à ceruicibus extriso, in Christi benignitate: prorsùs vt carcer ipse in ecclesiam mutatus videretur.

Hæc protinùs ad aures delata sunt Aureliani qui furore correptus Quirinum constanter Christum confitentem in eculeo torqueri iussit. Cumque nullis Aureliani iniurijs, nullis tormentis cederet, tyrannus amputatis manibus pedibusque capite eum plecti, & corpus canibus proijci iussit: quòd à Christianis raptum, humatum est via Appia in cœmiterio Prætextati.

Quirinus torquetur.

Plectitur capite.

Filia autem eius Balbina in virginitatis proposito perseuerans, frequenter beati Alexandri vincula magno cum pietatis ardore exosculabatur. Quo se honore indignum reputans Alexander eam hortabatur vt desisteret, magisque ea vincula quę Apostolorum principem Petrum constrinxerant exquireret, eumq; illis honorem deferret. Balbina his auditis multo studio ac desiderio ea quæsiuit: ijsque tandem inuentis tanta lætitia exultauit vt se à gratiarum actione Domino referenda die noctuq; continere non posset. Tradidit ea posteà Theodorę fœminæ religiosissimæ, S. Hermetis sorori, cuius deuotionis ab Aureliano corpus illa collegerat & via Salaria vetere non longè ab vrbe Roma 5 Kal. Septembris sepelierat.

Vincula S. Petri à Balbina inuenta.

Eodem tempore ira percitus Aurelianus missis militibus omnes in carcere Christianos iam recèns sordibus peccatorum sacro latice expiatos, allicto collo saxis, marinis fluctibus submergi iussit. Hoc cum ijs Christi virgo Balbina quæ gloriosum pateat triumphum glorificans Deum cōsequi meruit.

Christiani multi in mare mergūtur.

ruit. Vnus restabat Alexander cum duobus egregi
pietate presbyteris Euentio & Theodulo. Is igi
in medium productus cùm ab Aureliano Christi
næ fidei rationem, quam ita mordicùs omnes
rentur, reddere iussus esset respondit: Sanctum
re canibus à Christo prohibemur. Ea respons
grauiter lacessitus iudex: Quid, inquit, num ego
nis sum? Certè, inquit Alexander, etiam cane
rior. Post has autem aliasque varias disceptati
vltro citroque habitas tandem Aurelianus fu
excandescens in eculeum eum leuari, vngulis
ctari, & lampidibus latera eius aduri iussit. C
carnifices in supplicijs inferendis persisterẽt,
sanctus nullam omninò vocem vel gemitum
admirans iudex, tam alti silentij causam qu
Cui Pontifex: Orationis, inquit, tẽpore hom
Deo loquitur. Rursus Aurelianus: Capiat te
aliqua vel ætatis saltem tuæ miseratio qui
nondum 30 excedens pulcherrimum iuuen
rem cæco furore perdere festinas. Imò, inqu
xander, vtinam tu animam non perderes. Pe
autem in eculeo Alexandro, misit ad Aurel
vxor eius Seuerina, vt virum iustum missu
ret: nì mallet & ipse mala morte perire, & c
duam relinquere.

S. Alexãder dirè cruciatur.

Eo nuncio sinistra tactus suspicione iude
Alexandrum valdè charum haberet, ægrè p
depositum tamen ex eculeo mitiùs aliqua
habuit. Eo autem soluto immanis tyrannus
uit Euentium, quem ante omnia de nomine, &
pore quo Christo nomen dedisset, percunct
Et Euentius forti virilique animo: Equidem
tius, inquit, vocor: Christiana autem sacra
nos septuaginta suscepi, vndecimo ætatis

Euentius grãdæuus.

pizatus, vicesimo verò ad presbyterij honorem in-
dignus promotus sum. Secundum annum in carce-
rem ago, ætatem vniuersam annum octogesimum
agnam his vinculis & certamine tali quo nũquam
mihi in hac vita gratius, nunquàm iucundius quid-
quàm accidit. Cui iudex: Consule quæso senectuti
tuæ & abiurato Christo nobis adhære vt locum &
honores inter primos cõsequaris. Respondit Euen-
tius: O te miserum & amentem, nunquàm te mor-
talem esse recordaberis? Tu potius Christo Dei fi-
lio adhære vt illius misericordiam consequaris.

Tum Aurelianus, amoto Euentio; Et tu, inquit,
Theodule, pari furore iussa nostra pro nihilo ducis? Theodulus.
Cui Theodulus: Imo, inquit, teipsum pendo nihili,
qui Sanctos Dei varijs afficis supplicijs. Aurelia-
no martyris responso in rabiem conuersus præ-
cepit accendi furnum, & Alexandrum cum Euen- Alexãder & Euẽtius mittũtur in furnum.
tio ad corsum pariter colligatos in ardentes conij-
ciammas: Theodulum verò ad furnum sisti vt fra-
tres eorum cruciatu in dæmonum sacrificia cõsen-
tiat. Porrò Alexander eum inclamans: Frater, in-
quit, Theodule, festinans veni huc & esto nobis-
cum. Nam quartus ille, qui inter tres Hebræos pu-
ros apparuit, etiam nobis adest. Exiliens ergo in
furnum Theodulus illud Psalmistæ cecinit: Igne Psalm. 16.
me examinasti, & non est inuenta in nobis iniqui-
tas. Tum Aurelianus dolore pariter & furore tabe-
factus Euentium & Theodulum capite plecti iussit. Occiduntur.
Alexandrum verò per tota membra creberrimis
ictibus confodi donec spiritum exhalaret. Cumq;
tyrannus defunctis iam martyribus tanquàm vi-
ctor insultaret, repentè vox de cælo ad eum facta,
Diocliane, inquit, his, quibus tu insultas parady-
sus apertus est, tibi verò tartarus. His auditis Aure-

lianus

lianus tremore correptus ad Seuerinam vxorē sa-
am cōfugit, eamque obnixè vt precibus suis omni-
potentem Deum placare & constituta sibi tormen-
ta auertere dignaretur, rogauit: Nam, dicebat, et
quo hæc vox auribus meis insonuit totus intrem
& in febres incidi. Seuerina autem, vt erat præstan-
ti pietate fœmina: Ego verò, respōdit, abibo, Chri-
stique martyres meis ipsa manibus sepeliam: ne
dem clades in me desæuiat. Itaque abiens septim
ab vrbe milliario, via Numentana Alexandrum
Euentium in monumēto prædij sui condidit: Ti
odulum verò alibi sepeliuit. Indè domum fest
Aurelianum alienata prorsùs mente febribus a
antem & mala omnia sibi imputantem inuenit.
autem, marito ijs in supplicijs tādem defuncto
licio se induens ad sanctorum limina abiens de
eorum certamina laudibus celebrauit: donec
Oriente S. Sixtus Episcopus venisset: qui ad
petitionem, relicto ibidē sacerdote sacro sanct
Missæ sacrificium omni die offerri constituit.

Aurelianus male perit.

MARTYRIVM SS. ALEXANDRI
Antoninæ virginis. ex eo quod est apud Metaph.

3. Maij.

CVm esset temporibus illis ingens persecu
inter alios oblata est Festo Præsidi hom
mnis misericordiæ experti, virgo quædā
forma, tùm pietate inprimis insigni Antonina
mine: quæ in perferendis pro pietate certami
admirandam fortitudinis & constantiæ signific
onem dedit. Nam Festus vt eam in suam sent
am perpelleret & donis muneribusq; amplis
& minis horribilibus expugnare conabatur. At
gò eius non modò munera reiecit, minasque
tempsit, sed etiam constāter deos eius dæmones

dixit. Quo verbo commotus Præses primò maxil- Antoninæ maxillæ cæduntur.
las eius alapis cædi, deindè in carcerem à quatuor
militibus abduci iussit. Illa autem læto animo &
hilari vultu in carcerem abijt, ac statim positis hu- Abit in carcerem.
mi genibus nocte & die precibus Deum sibi in au-
xilium poposcit. Cùm verò tres dies in eo pietatis
studio constanter exegisset; repentè horribili de cę-
lo tonitru claustra ipsius carceris perfracta sunt, &
magnus lumen obscuros carceris angelos illustrauit:
vnquemque vox de cælo cibum potumque sumere
mortata est: vt inuicto animo cum tyranno altera
cōgredi posset. Fecit illa vt cælitùs monita erat,
placidè se somno tradidit.

Insequenti luce Præses pro tribunali sedens eam
adduci iussit. Illa autem protinùs adducta sublatis
cum intima pietate in cælum oculis iterùm Chri-
stum inuocauit: cumque Festum in tribunali suo
superbientem cerneret leniter subrisit. Tum Festus:
Ex quo, inquit, tibi ridendi causa est? Cui virgo: Di-
cam equidem: Præuideo istud tuum solium euer-
dendum, ideoque inanem tuam gloriam risi. Sensit
Præses virginis contumeliam iussitque illam flagel- Ridet Præsidem & flagellatur.
lis verberari. Quæ iterùm oculis ad cælū sublatis:
Ecce, inquit, ago tibi Domine Deus meus, quòd
me miseram & peccatricem famulā tuam Sancto-
rum honore dignatus sis.

His auditis Præses magis turbatus cùm se contu-
meliis peti existimaret, iussit eam ad lupanar ab-
duci vt omnium exposita libidini vexaretur. Sed
Deus, qui suorum curam paterna prouidētia gerit,
per angelum suum, quēdam ex militibus annos na-
tus tres & viginti excitauit vt virgini in tantis pe-
ricullis cōstitutæ maturè opem ferret. Is in eam cel-
lam, in qua virgo erat, ingressus se ad eius pedes ab-

iecit: & quomodò per Angelum admonitus è
nisset exposuit. Dum hęc fierent repentè lux m
vtrumque circumfulsit, & vox cælitùs demissa
toninæ, quæ insidias suspicabatur, metum omn
ademit. Tum Antonina induta militis chlam
vultu in terrâ demisso ist inc egressa est, & tan
damna quædam è laqueis liberata corporis p
tionem euasit.

Antonina habitu mutato exijt è carcere.

Præses verò cùm existimaret Alexandrũ es
iam libidinem suam cum ea explêsset, missis
stim quatuor militibus eâ adduci iussit, vt q
cunque posset ignominijs afficeret. At milit
locum ingressi Alexandrum inuenirẽt, perc
riu eum apprehensum ad Præsidem duxerun
viso Præses maiore oppressus admiratione:
inquit, quid sit. Tu nefariam illam à te vitia
nyde tua contectam dimisisti, quam te vxor
cturum promisisti. Sed meas nequaquàm m
fugies. Et conuersus ad milites iussit eum f
& flagellis acriter verberari. Cumque tor
tigaretur, neque tamen vocem vllam, vrg
quicquàm Præside, ederet: eccè Antonina d
mota forti viriliqúe animo ad Præsidem ve
visa Festus mente sanè confusa ac perturba
tibus, vt eam quæstionibus subijcerent, imp
Ardebat enim scire Præses nùm ab Alexand
tum passa esset. Cumque multis eam crucia
gerent vt quid cum Alexâdro egisset, prode
dem ait: Scelerate & crudelissime Præses, m
tuæ crudelitatis neque libidinis particeps
nam Deus ipse, cui seruimus, me sua misera
incorruptam seruauit.

Alexander flagellatur.

Antonina cruciatur.

Festus hoc responsum admiratus, cùm mul
dò eos, vt dijs sacrificarent, impellere posset

rum manus abscindi iussit. Illi verò, prolata sententia, mox manus extendentes amputandas obtulerunt. Eo affecti supplicio cùm generosi Christi milites eandem animi fortitudinem constantiamq; reseruarent, Festus in furorem rabiemque conuersus ingentem in quadam fouea pyram excitari iussit, ipsosq; eam arida pice vehementer flagrantem martyres conijci, nè vlla ipsorum memoria, ossis etiam in cinerem redactis, deinceps extaret. Cumque hæc omnia ex animi sui sententia Festus perfecisset lætus quidem domum redijt, sed mox amissa loquendi facultate, septem diebus continuis, iusto Dei iudicio, tantis cruciatibus vexatus est, vt eorum magnitudine victus animam efflauerit. Quo sepulto, pax Ecclesiæ restituta est.

Præciduntur martyrum manus.

In ignē conijciuntur.

Vltio diuina in Præsidem.

MARTYRIVM S. VIRGINIS ET MARtyris Pelagiæ Tarsensis. ex Metaphraste.

4. Maij.

QVò tempore Diocletianus Imperator Christi Ecclesiam tyrannide vexabat, fuit Episcopus quidam Clino nomine virtute & pietate inprimis clarus, qui, vt Christi oues tyranni furore dissipatas cōgregaret, aliasque è dæmonis faucibus eriperet, atque ad ouile perduceret, admirandam fortitudine laborabat. Virtutis eius fama per totum Orientem celebrabatur. Iamque Tersum vrbem Ciliciæ deuenerat, in qua mirabili pietatis splendore omnes impietatis tenebras ità dissipabat, vt imperator maiore furore commotus eum ad nefas inquiri præciperet. Sed is diuina virtute elapsus euaserat, ac tanta tamque eximia sanctitatis suæ indicia reliquerat, vt nihil eius nomine & fama ea in ciuitate celebrius esset.

Clino Episcopus egregius.

S. Pelagia recusat coniugiũ filij Imperatoris.

Erat eodem tempore virgo quædam Pelagia no-
mine, quam propter eximiam formæ pulchritudi-
nem Diocletiani filius in coniugem expetebat: sed
illa constanter atque præcisè humanas nuptias re-
cusabat, vt Christo multò suauiùs seruire posset.
Cumque virtutis amore Clinonis episcopi conspe-
ctu vehementer flagraret, vt eius sermonibus en-
diri posset: accidit vt noctis tempore diuina re-
latione sanctissimi illius viri adspectũ & formam
contemplaretur: cuius excellenti integritate, gra-
uitate, continentia, constantia, alijsque virtutibus
quas in eius vultu tãquàm lucidissimo speculo
nebat, adeò in religionis ac fidei amorem exarsit
se cõtinere non posset, quin statim illius colloq-
frui vellet. Et nè fortè inani somnio delusa erra
misit confestim quosdam paternæ domûs famu
ad eos, qui pro Christi nomine in carcere vinc
nebantur, & à Clinone Episcopo sacris aquis en
ati fuerant, vt diligentiùs de habitu & forma
explorarent. Qui cùm formæ constitutionem
omnia ei similem quæ nocte in somnis exhibita
erat, referrent, illa nihil deinceps cunctata ma
adijt: finxitque se nutricem suam, quam vnice
ram habebat, inuisere velle. Mater quamuis
annueret, ne tamen gnatam aliqua tristitiæ mo
uolueret, indutam protinus regali purpura
gemmis distincta cum famulorũ & militum
torum comitatu dimisit.

Nondum decem milliaribus processerant
eccè vnus è militibus, cui Longino nomen
dit sanctissimum Episcopum sub montis cuius
arboribus inambulantem: quem vt protinùs
bitu & decora faciei specie cognouit, ad cõmu
nem suum cõuersus (vterque enim eorum iam

Christo nomen dederat) Iuliane, inquit, Frater, en præclarum illum miraculorũ effectorem, Dei hominem Clinonem, cuius fama totum per Oriẽtem vagatur. Hæc fortè eunuchus quidam cùm audiret nunciauit confestim dominæ suæ, quæ ex iumento, cui insidebat, descendens summo cum honore ac reuerentia viro Dei obuiàm processit: ac mox se ad eius pedes demittens: Miserere, inquit, mei, serue Dei Omnipotentis: ac dignare me hodiè quamuis indignam Christo Dei filio desponsare, qui occultas cordis mei partes splendore veritatis suæ illuminare dignatus est. Cùm hanc virginis orationem tam admirabilem episcopus audiuisset, sublatis ad cælum manibus summas Deo Patri gratias egit: ac fusa deindè pro eius constantia oratione baptismate eam lauare instituit. Cumque rursùs attonito similis hæreret, secumque reputaret non tam leniter expiandam esse: eccè virgo Pelagia vidit duos eximio splendore milites supra fontem stantes ac linteum niuei candoris in manibus gestantes. Tum verò exclamans: Pater mi, inquit, quid dubitas, quid vereris me Christi ancillam à diaboli nexibus liberare? Vix hæc effata erat cùm Clino eosdẽ milites, Dei vtique angelos contemplatus est. Tùm omni constatione posthabita non sine tremore virginem illam in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti illuminauit: & sacrosanctæ communionis participem factam à se dimisit.

Pelagia loquitur cum S. Clinone.

Visio S. Pelagiæ.

Baptizatur Pelagia.

Pelagia verò antè quàm se in viam daret in percepta Christi gratia mirificè exultans deposita regali purpura ad episcopum accessit, & ait: Quandoquidem virorũ sanctissime à tuis manibus illam Domini & æterni Regis purpurã percipere merui, vtilissimo indecorum esse posthàc fragilem hãc ter-

Hæc mutatio dexteræ excelsi.

renamque vestem & reliqua hæc mundi ludibria gestare. Quarè te, quantum possum, oro vt hæc accipere ac diuendere velis, eorumque precia indigentibus distribuere: ex hoc enim tempore hæc eadem mihi sunt execrabilia. His dictis cœptum iter ad nutricē suam prosecuta est: quę cùm more consueto illi obuiam procederet, vidit Pelagiæ vultum multò quàm antè lætiorem pulchriorem que. Vidit etiam in ea mutata omnia. Nam quæ antè relato admodùm animo incesserat, tunc valdè submisso humilique se gerebat. Quæ pomposis antea vestibus ornabatur, tūc abiecto vilique habitu contenta nihil præ se magnificū, nihil sumptuosum gerebat. Quæ anteà delicijs affluebat, & exquisitorum apparatu mensam instructam habebat, tunc macie & squalore confecta, ieiunia & preces adamabat. Ex quibus omnibus nutrix facilè eam Christianam factam esse cognoscens, in domum suam admittere ausa non fuit: nè simul cum illa ad carceres suppliciaque raperetur. Itaque relicta nutrice ad matrem redijt: quæ vt filiam mutata veste venientem vidit, statim animi deliquium passa concidit, ac mortuæ similis diu resupina iacuit. Interea Pelagia transmisso cum virginibus quibusdā, quæ se ad Christum etiam aggregauerant, flumine, precibus ac ieiunijs multò instantiùs ad futura secretamina præparabat: cùm mater resumptis viribus filiam requirebat, qua non inuenta confestim milites in omnes vias & semitas misit, vt virginem adducerent. Sed illi loca omnia, ad quadraginta vel milliaria, nequicquàm perscrutantes re infecta eadem redierunt.

Magna fortitudo illustris puellæ.

Post hæc Pelagia cælesti virtute egregiè munita vltrò se in matris conspectum dedit, eamque

cedis verbis redarguit, quòd tanta insania ac rabie bellum cum ipso Deo, cui omnia famulantur, suscipere præsumeret. Mater autem cùm ex filiæ verbis quid futurum esset vel luce meridiana clarius perspiceret, confestim Diocletiani filio significavit sponsam illius Christianorum Deo coniugatam esse. Quo audito ille paulatim mœrore contabuit cum indies reputaret animo quanta sollicitudine eius nuptias ambijsset. Cumque nullam spem eius potiundi amplexibus reliquam videret, neque tamen vehementem amoris ignem, qui medullas deuoraret, extinguere posset, furore illius tandem superatus inuisam lucem proprio mucrone, in se ipsum crudelis, miserrimè abrupit.

Amoris insania perdit Imperatoris filium.

Pelagiæ verò mater cùm filiæ sponsum manus fidei violentas intulisse audisset, extremum familiæ suæ excidium ab Imperatore pertimescens apprehensam filiam ad Diocletianum perduxit, vt quas [illegible] de ea pœnas expeteret. Diocletianus autem [illegible] furore incredibili percitus vix sibi ipsi à [illegible] temperaret, tamen visa Pelagia, ità illius [illegible] quieuit, vt non iam de filij nece vlciscenda [illegible] potius de amore virginis cogitaret. Erat enim [illegible] illius pulchritudo quantam nulla orationis [illegible] dignitate explicare potest. Statim igitur, [illegible] à Christi cultu auerteret, allata ingenti [illegible], blanditijs eam aggressus est: matremque [illegible] auri talentis donatam domum remisit. [illegible] verò honorifica militum manu deduxit, stabili sibi matrimonio iungere cogitabat. [illegible] coram vniuerso exercitu sic illam affatus est: Vnum est quod à te peto, vt abnegato Christo mecum matrimonio copuleris & amplissimis [illegible] mei finibus potiaris. Ad quæ Pelagia:

Pulchritudo Pelagiæ eximia.

Diocleti[illegible] Pelagi[illegible] cupit coniugē.

Insaniens tu quidē temerè ista locutus es, ego en
nulla tibi ratione copulabor: sed Christo spon
meo ad extremum vitæ spiritum fidelis adhære

Supplicium bouis ænei candentis.

His auditis Diocletianus bouem æneum, l
bitumen, picem & adypem afferri præcepit: su
ctoque igne, bouem illum tam vehementer inc
iussit vt totus igneus longissimè reluceret. Tu
rò adducta in medium adolescentula: Exue, in
vestes quibus induta es. Pelagia cùm vidisset
tos esse qui illam exuerent, magna voce atque
more Imperatorem appellans: Recordare, in
vxores pellicesque tuas eadem, qua ego, carne
tas esse. Cumq; Imperator præ amoris insani
tò magis eam vestibus spoliari iuberet, illa p
& alacri manu eas in conspectu Imperatoris

Vide quid possit Christi gratia.

cit, & nuda ad ardentem machinam prope
seque in os bouis, virili planè constantia, in
Corpus illius fuit breui tempore ardoris ve
tia absumprū: ex quo tanta odoris suauitas p
tam vrbem emanauit: vt duo milites (quorum
Theonicus, alteri Iulianus nomen erat) qui ia
tè pietatem taciti in corde fouebant, se diuti
tinere non possent, quin in apertā confessio
dem erumperent: ac Imperatori tyrānidem
brarent. Et illis quidem fuêre continuò vinc
iecta: virginis verò reliquiæ, nè à Christia
nore sepulcri exciperētur, in montem Linat
mine, proiectæ.

At Clino Episcopus cælesti monitus ora
protinùs se contulit & in montis vertice, ex
quodam sacello, honorificè collocauit: ac
deinceps, hūc titulum indidit: *Mons congreg*

Mons cōgregationis.

in quo virgo Pelagia, quæ seipsam Deo obt
pro veritate certauit, requiescit.

DE S. SYLVANO GAZAE EPISCOPO & alijs quibusdam præclaris Martyribus. Ex Ecclesiastica historia Eusebij Cæsareensis lib. 8. cap. 22.

CVm septimus intentatæ contrà nos persecutionis iam propè confectus esset, annus & res nostræ sensim & quasi tacito gressu ad quandam tranquillitatem securitatemque prolaberētur & ad octauum annum deflecterent, in quo non exigua confessorum multitudo apud metalla in Palæstina cogebatur, qui magna iam in ritibus religionis perfungendis libertate vtebantur, adeò vt domos in ecclesias ædificarēt: Præfectus prouinciæ vir sæuus & improbus, qualē scelera eius, in martyres Christi admissa ipsum planè commonstrabant, eò statim profectus, simulatque facta & vitæ institutionem eorum, qui ibi degebant, audiuerat, Imperatorem facit per literas certiorem: & in ijsdem ea, quæ ad eorum famam violandam maximè valere putabat, ad eum perscribit. Vndè qui metallorum venis præpositus accessit, & tanquàm ex Imperatoris mandato confessorum segregauit multitudinem, sicque distribuit, vt deinceps alij Cyprum, alij Libanum incolerent: alios etiam in alia Palæstinæ loca dispersos, omnes varijs laborum molestijs vexari contrique præcepit. Deindè quatuor ex eorum numero eximens, qui principem locum inter eos tenere videbātur, ad magistrum equitum mittit: quorum alij Petrus & Nilus appellabantur AEgyptiorum episcopi: tertius presbyter fuit. His etiam quartus accessit Patermythius vir propter singulare erga omnes pietatis studium facilè clarissimus. Ex quibus magister equitum religionis & fidei in Christum abiurationem postulat: atque haud compos voti factus, eos ignis incendijs cremandos tradit.

4. Maij. quod ad Syluanum & alios quosdā attinet.

Horum martyrium incidit in 19 septēbris diē.

Alij rursus ex Confessoribus, qui aut propter in-
grauescentem ætatem, aut membra inutilia, aut a-
lias corporis infirmitates erant illo operum mi-
sterio soluti, ibi in locum separatum ad incole-
dum amandati. Quorum primas tulit Sylvanus
piscopus Gazę, qui pium virtutis specimen & eg-
gium exemplar Christianismi omnibus ostend-
Iste à primo die persecutionis (propè dixerim
extremum vsque, per totum temporis spatium,
rijs certaminibus pro crebra fidei confessione
cursis nobilitatus, ad illum temporis articulum
seruabatur: vt omnia certamina martyrum
læstina interfectorum, postremus quasi sigillo
oris obsignaret. Cum eo coniuncti erant ex Al-
pto complures: inter quos erat Iohannes, qui
moriæ bonitate facilè omnes nostri temporis
rauit: & quanquàm anteà luminibus orbatus
tamen tortores adeò sæui, truculenti, crudeles
immanes fuerunt, vt propter egregiam in Chr
nomine confitendo constantiam, qua magno
excellebat, tum ignitis cauterijs eius pedem
ratione cum alijs prorsùs labefactarent, tum
lam oculi, quę visum amiserat, candente ferro
rerent. Eum autem ob morum probitatem &
viuendi rationem, præsertim cùm cæcus esset
est quod quisquam tantoperè admiretur: qua
quidem illud nō tantùm habet admirationis
tum memoriæ vis, qua quidem integros sacra
Scripturarum libros, non in talibus lapideis,
Diuus Apostolus, neque in animalium pe
membranis, aut chartis, quæ vel ætate con
vel temporis consumit diuturnitas: sed in tab
reuerà cordis carneis, id est, in animo soler
syncera mentis intelligentia tanquàm scripto

S. Sylvanus egregius martyr.

Iohannis martyr excæcati mira memoria.

2. Cor. 3.

...adeò vt quando visum erat, interdum legis & Prophetarum testimonia sæpè historias, nonnunquam euangelia aut Apostolorum scripta memoriæ ex animi domicilio, tanquàm ex quodam literarum thesauro, proferre potuerit.

Illis autem quos diximus in loco separato commorantibus, & consueta ipsorum vitæ instituta in orationibus, in ieiunijs, in reliquis exercitationibus exequentibus Deus ipse dexteram benignam & propitiam porrigēs, largitus est, vt per martyrium ...arem vitę exitum consequerētur. Hostis namque & aduersarius noster diabolus eos quidem, vt... precibus attentissimè ad Deum fusis contra ipsum armatos non ampliùs ferre poterat: sed sicut ...abat molestiam ipsi exhibentes trucidare, & è ... tollere instituit. quippè Deus illi hoc agere ...enti potestatem concessit, vt pariter nec ipse ...probitate quam dedita opera decreuisset, vlla ...parte arceretur: & hi præclara pro multis suis ac ...certaminibus præmia iam tandem acciperēt. ...causa ex scelestissimi Maximini Imperatoris ...dito, vno die vndequadraginta martyres capi... pœna mulctantur.

Vide priscorum Christianorum exercitia.

Martyres 39

MARTYRIVM SANCTI FLORIANI.

ex eo quod est apud Surium optima fide.

Vt diebus Diocletiani & Maximiani cùm diuersis agonibus aduersus impia Imperatorum edicta Christiani certarent, Aquilinus Præses in ...Laureacensium non minùs quadraginta e... pietate viros comprehendit, ac multis sup... maceratos in carcerem misit. Ad quorum ...ssionem beatus Florianus exardescens Lau...m abijt vt illorum suppliciorum pro Christino-

4. Maij.

Laureacum.

sti nomine particeps fieret. Vt autem eò peruen
fortè ex commilitonibus, quibuscum anteà mil
uerat, audiuit Christianos ad idolorum sacrif
perquiri. Tum ille inflãmato animo; quem al
inquit, queritis? Eccè ego quoque Christianus
ite, nunciate Præsidi hic me adesse. Præses Aq
nus his auditis eum ad se vocauit; & dijs sacri
re iussit. Cumque ille constanter ac præcipi
se facturũ, fustibus grauiter cæsus est: deinde
nihil de animi magnitudine remitteret, Præs
pulas eius acutis ferreis confringi iussit. Sed
eo supplicio quidquàm motus Deum glorif
& iniquum Præsidem superatum esse declar

Egregia fortitudo S. Floriani.

Cæditur fustibus.

Tum Præses ignominiam non ferens lata
sententia in Anisum fluuium de ponte præc
iussit. Adfuit protinùs iuuenis quidã sæuus
delis: qui ligato ad collũ eius ingenti saxo
te eum in fluuiũ præcipitem dedit, cuius oc
crepuerunt. Fluuius autem suscipiens ma
eleuatis vndis corpus eius in quoddam em
saxum exposuit; quod aquila nutu Dei eò a
expansis alis protegebat.

Iactatur in fluuium.

Apparuit autem in visione beatus Florian
dam matronæ religione ac pietate eximiæ,
uitque ei, quo loco corpus eius humo co
Illa visione hac admonita mox ad fluuiũ ab
pusque præ Gentilium metu vngultis in
ad locum sepulturæ destinatum perduxit. C
tem inter eundum, iumenta quę sacras reli
hebant, nimia lascitudine oppressa oneri
berent, matrona tremẽs Dominum rogauit,
opem ferre dignaretur: statimque fons illic
cuius aqua iumẽta recreata susceptum iter
cro pignore cõfecerunt. Eò autem in loco

Miraculum præclarum.

ibi sepultus iacet præclara de cælo miracula exhibentur, multaque beneficia ijs, qui rebus in aduersis inuicti athletæ auxilium implorant, diuinitùs præstantur.

VITA S. MONICAE MATRIS S. AVgustini. desumpta ex libris Confessionum eiusdem. Migrauit ad Dominum anno 389. secundum fastos Onufrij, ætatis suæ 56.

AT misisti manum tuã ex alto Domine Deus & de hac profunda caligine erroris Manichæorum eruisti animã meam, cùm pro me ploraret ad te mater mea, fidelis tua, ampliùs quàm flent matres corporeã funerã. Videbat enim illa mortem meam ex fide & spiritu, quem ex te habebat, & exaudisti eam Domine. Exaudisti eam nec despexisti lachrymas eius, cùm profluentes rigarent terram sub pedibus eius, in omni loco orationis eius, & exaudisti eam. Nam vnde illud somnium, quo eam solatus es, vt viuere me secum crederet, & habere secum eandem mẽsam in domo, quod nolle cœpit, auersans & detestans blasphemias erroris mei? Vidit enim stãtem se in quadam regula lineã, accurrentem ad se iuuenem splẽdidum hilarem & arridentẽ sibi, cùm illa esset mœrens & mœrore confecta. Qui cùm causas quæsisset ab ea mœroris quotidianarumque lachrymarum, docente illa solet, non discendi gratia, atque illa responderit perditionem meam se plãgere, iussisse illum, vt curaret esset atque admonuisse vt attenderet & videret, vbi esset illa, ibi esse & me. Quod illa vbi audiuit, vidit me iuxta se in eadem regula stantem. Quid hoc nisi quia erant aures tuæ ad cor eius? O bone Omnipotens qui sic curas vnumquemque

4. Maij.

Ex Confessione Augustini lib. 3. cap. 11. & 12.

Visio S. Monicæ.

nostrum,

nostrum, tanquàm solùm cures: & sic omnes tu-
quàm singulos. Vndè illud etiam, quòd cùm m-
narrasset ipsum visum, & ego ad id trahere c-
rer, vt illa se potiùs non desperaret futuram
quod eram: continuò sine aliqua hæsitatione, N-
inquit, non enim mihi dictum est, Vbi ille ibi &
sed, Vbi tu ibi & ille. Nouem fermè anni se-
sunt, quibus in illo limo profundi ac tenebri-
tatis, cùm sæpè surgere conarer, & grauiùs a-
rer, volutatus sum: cùm tamen illa vidua ca-
& sobria, quales amas, iam quidem spe alacr-
fletu & gemitu non segnior, non desineret o-
horis orationum suarũ de me plangere ad te
trabant in conspectũ tuum preces eius, & me
dimittebas adhuc volui & inuolui in illa calig-

S. Augustinus Manichæus.

Et dedisti alterum responsum per sacer-
tuum quendam episcopum nutritum in eccle-
exercitatum in libris tuis. Quem cùm illa
rogasset, vt dignaretur mecum colloqui, & m-
re errores meos, & dedocere me mala ac doc-
na (faciebat enim hoc si quos fortè idoneos
set) noluit ille, prudenter sanè, quantũ sent-
Respondit enim, me adhuc esse indocilem, e-
inflatus essem nouitate hæresis illius, & no-
quæstiunculis iam multos imperitos exag-
sicut indicauerat ei. Sed sine, inquit, illum
tantum roga pro eo Dominum: ipse legen-
riet, quis ille sit error & quanta impietas
etiam narrauit, se quoque paruulum à sedu-
tre sua datum fuisse Manichæis, & omnes p-
legisse tantùm, verumetiam scriptitasse
rum, sibique apparuisse, nullo contrà disp-
conuincente, quòd esset illa secta fugien-
fugisse. Quæ cùm ille dixisset, atque illa

quiescere, sed instaret, magis deprecãdo, & vbertim flendo, vt me videret & mecum dissereret, illo iam substomachans tædio: Vade, inquit, à me, ità viuas: fieri enim non potest, vt filius istarũ lachrymarum pereat. Quod illa ità se accepisse inter colloquia mecum recordabatur, ac si de cælo sonuisset.

S. Augustin. lachrymarũ filius.

Egisti etiam mecum Domine, vt mihi persuaderetur Romam pergere, & potiùs ibi docere, quod docebam Carthagine. Sed quarè hinc abirem, & illuc irem, tu sciebas Deus, nec indicabas mihi nec matri, quæ me profectum atrociter planxit, & vsq; ad mare sequuta est: sed fefelli eam violenter me tenentem, vt aut reuocaret, aut mecum pergeret: & finxi me amicum nolle deserere, donec vento facto nauigaret, Et mentitus sum matri, & illi matri & eius. Quia & hoc tu dimisisti mihi misericorditer, seruans me ab aquis maris, plenum execrandis sordibus vsque ad aquam gratiæ tuæ, qua me abluto, sitarẽtur flumina maternorum oculorum, quibus pro me quotidiè tibi rigabat terram sub vultu suo: Tamen recusanti sine me redire, vix persuasi, vt in loco qui proximus nostræ naui erat memoria beati Cypriani, maneret ea nocte. Sed in ea nocte clanculè ego profectus sum: illa autem remansit, flendo & flendo. Et quid à te petebat Deus meus cantis lachrymis, nisi vt nauigare me non sineret? Sed tu altè consulens & exaudiens cardinem desiderij eius, non curasti quod tunc petebat, vt me faceres, quod semper petebat. Flauit ventus & impleuit vela nostra, & littus subtraxit aspectibus nostris. In quo manè illa insaniebat dolore, & quærelis ac gemitu implebat aures tuas, contemnentes ista: cùm & me cupiditatibus meis aperes ad finiendas ipsas cupiditates, & illius

carna-

carnale desiderium iusto dolorum flagello vapula-
ret. Amabat enim secum præsentiam meam more
matrũ sed multis multò ampliùs, & nesciebat, quid
tu illi gaudiorum facturus esses de absentia mea.
Nesciebat, ideò flebat & eiulabat, atque illis cruci-
atibus arguebatur rea reliquiarum Euæ, cum gemi-
tu quærens quod cum gemitu pepererat. Et tamen
post accusationem fallaciarum & crudelitatis me-
conuersa rursùs ad deprecandum te pro me, abi-
ad solita & ego Romam.

Et eccè excipior ibi flagello ægritudinis cor-
ralis & ibam iam ad inferos, portans omnia m-
quæ commiseram & in te, & in me, & in alios, i-
ta & grauia super originalis peccati vinculum,
omnes in Adam morimur. Non enim quicqui-
rum mihi donaueras in Christo, nec soluerat i-
carne sua inimicitias, quas tecum cõtraxeram p-
catis meis. Quomodo enim eas solueret in cr-
phantasmatis, quod de illo credideram? Quan-
go falsa mihi videbatur mors carnis eius, tam-
erat animæ meæ: & quã vera erat mors carnis
tam falsa vita animæ meæ, quæ id non credeb-
ingrauescentibus febribus iam ibam & per-
Quò enim irem si tunc abirem hinc, nisi in ig-
atque tormenta digna factis meis, in veritate o-
nis tui? Et illa hoc nesciebat, & tamen pro me
bat absens. Tu autem vbique præsens, vbi erat
diebas eam, & vbi eram miserebaris mei, vt re-
rarem salutẽ corporis mei adhuc insanus co-
crilego. Neque enim desiderabam in illo tam-
riculo baptismũ tuum, & melior eram puer, q-
dò illum de materna pietate flagitaui, sicut ia-
cordatus atque confessus sum: sed iam in de-
meum creueram, & consilia medicinæ tuæ de-

[illegible]idebam, qui me non ſiuiſti talem bis mori. Quo [illegible]uere ſi feriretur cor matris, nũquàm ſanaretur. Non enim ſatis eloquor quod erga me habebat ani[illegible], & quanto maiore ſollicitudine parturiebat me [illegible]itu, quàm carne pepererat. Non itaque video [illegible]modò ſanaretur, ſi mea talis illa mors tranſuer[illegible]ſſet viſcera dilectionis eius. Et vbi eſſent tantæ [illegible], & tam crebræ ſine intermiſſione? Nuſquàm [illegible] ad te. An verò tu Deus miſericordiarum ſper[illegible] cor contritum & humiliatum viduæ caſtæ ac [illegible], frequentantis eleemoſynas, obſequentis at[illegible] ſeruiẽtis Sanctis tuis, nullum diem prætermit[illegible] oblationem ad altare tuum, non ad vanas fa[illegible] & aniles loquacitates, ſed vt te audiret in tuis [illegible]onibus, & tu illam in ſuis orationibus? Hu[illegible] tu lachrymas, quibus nõ à te aurum & argen[illegible] petebat, nec aliquod mutabile aut volubile [illegible], ſed ſalutem animæ filij ſui, tu cuius mune[illegible] talis erat, contemneres, & repelleres ab auxilio [illegible]? Nequaquàm Domine, imò verò aderas & fa[illegible] ordine, quo prædeſtinaueras eſſe faciendum. [illegible], vt tu falleres eam in illis viſionibus & reſpõ[illegible], quæ iam commemoraui & quæ non memo[illegible], quæ illa fideli pectore petebat, & ſemper orãs, [illegible] chyrographa tua ingerebat tibi. Dignaris [illegible], quoniam in ſeculũ miſericordia tua, eis, qui[illegible] debita dimittis, etiã promiſſionibus tuis [illegible] fieri. Recreaſti me ab illa ęgritudine, & ſal[illegible] feciſti filium ancillæ tuæ, tunc interim corpo[illegible] eſſet, cui ſalutem meliorem atque certiorem [illegible]. Spes mea à iuuentute mea, vbi mihi eras, & [illegible] receſſeras? An verò non tu feceras me, & diſcre[illegible] me à quadrupedibus & volatilibus cæli? Sa[illegible]tiorem me feceras, & ambulabam per tenebras

S. Monicæ virtutes.

Ex lib. 6. Cõfeſſ. cap. 1. & 2.

& lubricum & quęrebam te foris à me, & non in-
niebam Deum cordis mei, & venerã in profundu-
maris, & diffidebam & desperabam de inuentio-
veri. Iam venerat ad me mater pietate fortis, te-
mariq́ue me sequens, & in periculis omnibus de-
secura. Nam & per marina discrimina ipsos nau-
consolabatur, à quibus rudes abyssi viatores, ci-
perturbantur, cõsolari solent, pollicens eis per-
tionem cum salute: quia hoc ei tu per visum p-
citus eras. Et inuenit me periclitantẽ quidem g-
ter desperatione indagandæ veritatis. Sed tam-
cùm indicassem, non me quidem iam esse Ma-
um, sed neque Catholicum Christianum, non
inopinatum aliquid audierit, exiliuit lætitia
iam secura fieret ex ea parte misereæ meæ,
me tãquàm mortuum, sed resuscitandũ tibi,
& feretro cogitationis efferebat, vt diceres
duæ: Iuuenis, tibi dico surge, & reuiuiscere,
ciperet loqui, & redderes eum matri suæ. Ni-
gò turbulenta exultatione exultauit cor ei-
audisset ex tãta parte iam factũ, quod tibi q-
plangebat, vt fieret, veritatẽ me nondum a-
sed falsitati iam ereptũ: imò verò quia certa
quod restabat te daturũ, quod totũ promisera-
cidissimè & pectore pleno fidutiæ respond-
credere se in Christũ, quòd priùs quã de hac
migraret, me visura esset fidelem Catholicũ
quidẽ mihi, tibi autem fons misericordiarũ
& lachrymas densiores, vt accelerares adiuto-
um, & illuminares tenebras meas, & studio-
ecclesiã currerem, & in Ambrosij ora suspẽde-
fontẽ salientis aquę in vitã æternã. Diligebat
lum virũ sicut Angelũ Dei, ꝙ per illum cogn-
me interim ad illã ancipitem fluctuationẽ

S. Monica venit Romã ad S. Augustinum.

S. Monica cur amàrit S. Ambrosium.

perductum, per quã transiturũ me ab ægritudine ad sanitatẽ, intercurrẽte acriore periculo quasi per accessionẽ, q̃ citricã medici vocãt, certa præsumebat. Itaque cùm ad memorias Sanctorum sicut in Aphrica solebat, pultes & panem & merũ attulisset, atque ab ostiario prohiberetur, vbi hoc episcopum venisse cognouit tam piè atq; obedienter amplexa est, vt ipse mirarer qui tam facilè accusatrix potiùs obsetudinis suę, quàm disceptatrix illius prohibitionis effecta sit. Non enim obsidebat spiritum eius prodẽtia, eamq; stimulabat in odiũ veri amor vini, sicut plerosq; mares & fœminas, qui ad canticũ sobrietatis, sicut ad potionẽ aquatã madidi, nauseant. Sed illa cùm attulisset canistrũ cum solẽnibus epulis, regustãdis atque largiendis, plus etiam q̃ vnum pullũ pro suo palato satis sobriè temperatũ vndè assignationẽ sumeret, non ponebat. Et si multæ essent, quæ illo modo videbãtur honorãdæ memoriæ Sanctorũ, idem ipsum vnum ꝙ vbiq; poneret, circumferebat, quo iam non solùm aquatissimo, sed etiã [illegible]ssimo cũ suis pręsentibus per sorbitiones exigere partiretur: quia pietatẽ ibi quærebat nõ voluptatẽ. Itaq; vbi cõperit à præclaro prædicatore atq; [illegible] pietatis præceptũ esse, ista non fieri, nec ab [illegible] sobriè facerẽt, nè vlla occasio se ingurgitãdi [illegible] ebriosis, & quia illa quasi parentalia superstitioni gentiliũ essent similima, abstinuit se libenter, & pro canistro plenis terrenis fructib⁹, plenis rogatioribus votis pectus ad memorias martyrum referre didicerat, vt & ꝙ posset, daret egentib⁹, [illegible] communicatio Dñici corporis illic celebraretur, cuius passionis imitatione im̃olati sunt martyres. Sed tñ videtur mihi Dñe Deus meus, & ita est in [illegible] tuo de hac re cor meum, nõ facilè fortassè

de hac amputanda consuetudine matrem meam
isse cessuram, si ab alio prohiberetur, quem nō
Ambrosium diligebat quem propter salutē
maximè diligebat: eam verò ille propter eius
giosissimam cōuersationem, qua in bonis oper
tam feruens spiritu frequētabat ecclesiam, ita
pè erumperet, cùm me videret in eius prædica
ne, gratulans mihi, quod talem matrē haberem
sciēs qualem illa me filium, qui dubitabam de
omnibus, & inueniri posse viā vitę minimè

Ex lib. 1. de Ordine cap. 11.

Atque intereà mater ingressa est, quæsiu
nobis, quid promouissemus. nam & ei quæsi
ta erat. Cuius & ingressum & rogationē cū
bi nostro more iussissem: Quid agitis, inqu
quid in illis, quos legitis libris, etiam fœmin
quam audiui in hoc genus disputationis
ctas? Cui ego; Non valdè curo, inquam, su
rum imperitorūque iudicia, qui similiter in
dos libros, atque in salutandos homines
Non enim cogitant, quales ipsi, sed qualibus
vestibus sint; quāta pompa rerum fortunæ
fulgeant, &c. Mei autem libri, si quorum fo
nus tetigerint, lectoque meo nomine non d
Iste quis est? codicemque proiecerint: sed
riosi vel nimiùm studiosi, contempta vilitate
nis intrare perrexerint: me tecum philoso
non molestè ferēt, nec quenquam istorum
meis literis sermo miscetur, fortassè con
Nec deerit, mihi crede, tale hominū genus
placeat hoc ipsum, quia mecū philosophari
si quid hîc aliud aut iucunditatis aut grauit
uenerit. Nam & fœminæ sunt apud veteres
sophatæ & philosophia tua mihi plurimum
Nam ne quid mater ignores, hoc Græcum

quod philosophia nominatur, Latinè amor sapientiæ dicitur. Vndè etiam diuinæ Scripturæ, quas vehementer amplecteris, non omninò philosophos, sed philosophos huius mundi euitandos atque irridendos esse præcipiunt. Nam quisquis omnem philosophiam fugiendam putat, nihil nos vult aliud, quam non amare sapientiam. Contemnerem te igitur in his literis meis, si sapientiam nō amares: non autem contemnerem, si eam mediocriter amares: multò minùs, si tantùm, quantùm me, amares sapientiam. Nunc cùm eam multò plus quàm meipsum diligas, & nouerim quantùm me diligas, cumque in ea tantum profeceris, vt iam nec cuiusuis commodi fortuiti, nec ipsius mortis, quod viris doctissimis difficillimum est, horrore deterrearis, quam summam philosophiæ arcem omnes esse confitentur, egone me non libenter tibi etiam discipulum dabo? Hic illa cùm blandè ac religiosè nunquàm me tantum mentitum esse dixisset, & viderem tam multa ipsa verba fudisse, vt neque scribenda non essent, & in libri modus esset, neque tabulæ reliquæ forent, placuit quæstionem differri: simul vt meo stomacho parcerem.

Philosophia.

Philosophi quinam in scripturis reiecti.

Annus erat, aut non multò amplius, cùm Iustina Valentiniani regis pueri mater, hominē tuum Ambrosium persequeretur hęresis suę causa, qua fuerat seducta ab Arrianis. Excubabat pia plebs in ecclesia, mori parata cum Episcopo suo, seruo tuo. Ibi mater mea, ancilla tua sollicitudinis & vigiliarū primas partes tenens, orationibus viuebat. Nos adhuc frigidi à calore spiritûs tui, excitabamur tamen ciuitate attonita atque turbata. Tunc hymni & psalmi vt canerentur secundum morem Orientalium partium, nè populus mœroris tædio cōtabesceret,

Ex lib. 9. Confess.

institutum est, & ex illo in hodiernum reten
multis iam ac penè omnibus gregibus tuis, &
cætera orbis imitantibus. Tunc memorato an
tuo per visum aperuisti quo loco laterent m
rum corpora Protasij & Geruasij, quæ per tot a
incorrupta in thesauro secreti tui recondidera
dè opportunè promeres ad coërcēdam rabie
mineam, sed regiam. Cùm enim propalata &
sa digno cum honore transferrentur ad Amb
nam basilicam, non solùm quos immundi ve
spiritus, confessis ijsdem dæmonibus sanab
verumetiam quidam plures annos cæcus ci
tatique notissimus, cùm populi tumultuant
tiæ causam quæsisset atque audisset, exiliuit,
se vt duceret suum ducem rogauit. Quò per
impetrauit admitti, vt sudario tangeret fe
preciosæ in conspectu tuo mortis Sanctorum
rum. Quod vbi fecit atque admouit oculis
stim aperti sunt. Indè fama discurrens, indè
tuæ feruentes lucentes, indè illius inimicæ
etsi ad credendi sanitatem non applicitus, a
quendi tamen furore compressus est. Gra
Deus meus. Et tamen tunc cùm ita fragrare
vnguentorum tuorum, non currebamus pos
ideò plus flebam inter cantica hymnorum
olim suspicans tibi, & tandem respirans, qu
patet aura in domo fœnea.

Inuenta corpora integra SS. Geruasij & Protasij.

Cæcus sanatur ad SS. Geruasij & Protasij.

Cap. 8.

Qui habitare facis vnanimes in domo, co
sti nobis & Euodiū iuuenem ex nostro mu
Qui cùm agens in rebus, militaret, prior
te conuersus est & baptizatus, & relicta mil
culari, accinctus est in tua. Simul eramus, fi
bitabamus placito sancto: quærebamus, qu
cus nos vtiliùs haberet seruientes tibi: pari

nabamus in Aphricam. Et cùm ad oſtia Tibernia
mus, mater defuncta eſt. Non præteribo quic-
mihi anima parturit de illa famula tua, quæ
parturiuit: & carne, vt in hanc temporalem, &
vt in æternam lucem naſcerer. Non eius ſed
dicam dona in ea: neque enim ſeipſam fecerat,
educauerat ſeipſam. Tu creaſti eam, nec pater
mater ſciebat, qualis ex eis fieret illa. Et erudi-
eam in timore tuo virga Chriſti tui, regimen v-
filij tui in domo fideli, bono membro Eccleſiæ
Nec tantam erga ſuam diſciplinam diligenti-
matris prædicabat, quantam famulæ cuiuſdam
crepitæ, quæ patrem eius infantem portauerat
dorſo grandiuſcularũ puellarum paruuli por-
ſolent. Cuius rei gratia & propter ſenectam ac
res optimos in domo Chriſtiana ſatis à domi-
honorabatur. Vndè etiam curam Dominicarum
rum commiſſam ſibi diligenter gerebat, & erat
coercendis cùm opus eſſet, ſancta ſeueritate
mens, atque in docendis ſobria prudẽtia. Nam
præter illas horas, quibus ad menſam parentum
moderatiſſimè alebantur, etiamſi exardeſcerẽt ſiti,
aquam bibere ſinebant, præcauens conſuetudinẽ
& addens verbũ ſanum: Modò aquã bibitis
vinũ in poteſtate non habetis: tùm autẽ ad ma-
veneritis, factæ dñæ apothecarũ & cellariorũ,
ſordebit, ſed mos potãdi præualebit. Hac rati-
præcipiẽdi & auctoritatem imperãdi frenabat
tẽ tenerioris ætatis, & ipſam puellarũ ſitim
ad honeſtũ modũ vt iam nõ liberet, ꝙ nec
ret. Et ſurrepſerat tũ, ſicut mihi filio famula
narrabat; ſurrepſerat ei vinolẽtia. Nã cũ de mo-
ãq; puella ſobria iuberetur à parẽtibus de cup-
vinũ depromere, ſubmiſſo poculo, qua deſuper

patet, priusquàm in lagunculam funderet merum primoribus labris sorbebat exiguum, quia non poterat ampliùs sensu recusante. Non enim vlla tumulenta cupidine faciebat hoc, sed quibusdam superfluentibus ætatis excessibus, qui ludicris moribus ebulliunt & in puerilibus animis maiori pondere premi solent. Itaque ad illud modicum quotidiana modica addẽdo, quoniam qui modica spernit paulatim decidit, in eam consuetudinem [illegible] erat, vt propè iam plenos mero caliculos inhiantes hauriret. Vbi tunc sagax anus & vehemens illa prohibitio? Nunquid valebat aliquid aduersus latentem morbum, nisi tua medicina, Domine, vigilare per nos? Absente patre & matre & nutritoribus, præsens qui creasti, qui vocas, qui etiam per præpositos homines boni aliquid agis ad animarum [illegible]tem, quid tunc egisti Domine Deus meus? Vnde curasti? vnde sanasti? Nónne protulisti durum & incutum ex altera anima conuitium, tanquam medicinale ferrum, ex occultis prouisionibus tuis, & uno ictu putredinem illam præcidisti? Ancilla [illegible] cum qua solebat accedere ad cuppam, litigantes domina minore, vt fit, sola cũ sola, obiecit [illegible] men amarissima insultatione vocãs meribibulum. Quo illa stimulo percussa respexit fœditatẽ suam, confestimque damnauit atque exuit. Sicut [illegible] dulantes peruertunt, sic inimici litigantes plerumque corrigunt. Nec tu quod per eos agis, sed quod voluerunt retribuis eis.

Mala cõsuetudo etiam in minimis, nisi mox reprimatur ad peiora adducit.

Nota.

Cap. 9. S. Monica vt in matrimonio se gesserit.

Educata itaque pudicè ac sobriè potiusque subdita parentibus, quàm à parentibus tibi, vbi [illegible] nis annis nubilis facta est, tradita viro seruiuit [illegible] luti Domino & sategit eum lucrari tibi, loquens illi moribus suis quibus eam pulchram faciebat [illegible]

uerenter amabilem atque mirabilem viro. Ita au-
tem tolerauit cubilis iniurias, vt nullam de hac re
cum marito haberet vnquàm simultatem. Expecta-
bat enim misericordiam tuam super eum, vt in te
credens castificaretur. Erat verò ille sicut beneuo-
lentia præcipuus, ita ira feruidus. Sed nouerat hæc
non resistere irato viro, nõ tantùm facto sed ne ver-
bo quidem: Iam verò refracto & quieto, cùm op-
portunum videret, rationẽ facti sui reddebat, si for-
tè ille inconsideratiùs motus fuerat. Denique cùm
matronæ multæ, quarum viri mansuetiores erant,
plagarum vestigia etiam dehonestata facie gererẽt,
inter amica colloquia illæ arguebãt maritorum vi-
tam: hæc earum linguam, veluti per iocum graui-
ter admonens, ex quo illas tabulas, quæ matrimoni-
des vocantur, recitari audissent, tanquã instrumen-
ta, quibus ancillæ factæ essent, deputare debuissent:
proinde memores conditionis, superbire aduersus
dominos non oportere. Cumque mirarentur illæ,
scientes quàm ferocem coniugem sustineret, nun-
quam fuisse auditum, aut aliquo indicio claruisse
quòd Patritius ceciderit vxorem, aut quòd à se in-
uicem vel vnum diem domestica lite dissenserint,
si causam familiariter quærerent, docebat illa in-
strumentum suum quod suprà memoraui. Quæ obser-
uantes expertæ gratulabantur: quæ non obserua-
bant, subiectę vexabantur. Socrum etiam suam pri-
mi susurris malarum ancillarum aduersus se irri-
tatum, sic vicit obsequijs perseuerans tolerantia &
mansuetudine, vt illa vltrò filio suo medias linguas
famularum proderet, quibus inter se & nurum pax
domestica turbabatur, expeteretq; vindictam. Ita-
que posteaquàm ille & matri obtẽperans, & curans
familiæ disciplinam, concordię suorum consulens,

proditas ad prodẽtis arbitrium verberibus coërcu-
it, promisit illa talia de se præmia sperare debere
quæcũq; de sua nuru sibi, quô placeret, mali aliquid
loqueretur: nullaq́; iam audente memorabili inter
se beneuolẽtiæ suauitate vixerunt. Hoc quoque illi
bono mancipio tuo, in cuius vtero me creâsti, Deus
meus, munus grãde donaueras, quòd inter dissiden-
tes atq; discordes quaslibet animas, vbi poterat eas
se præbebat pacificam, vt cùm ab vtraque multa
inuicem audiret amarissima, qualia solet eructare
turgens atque indigesta discordia, quandò præsens
amicæ de absenti inimica per acida colloquia
delitas exhalatur odiorum, nihil tamẽ alteri de
tera proderet, nisi quòd ad eas reconciliandas vo-
ret. Denique etiam virũ suum iam in extrema
temporali eius, lucrata est tibi, nec in eo iam
planxit, quod in nondum fideli tolerauerat. Et
nim serua seruorum tuorũ. Quisquis enim eorum
nouerat eam, multùm in ea laudabat, & honorabat
& diligebat te: quia sentiebat præsentiam tuam in
corde eius, sanctæ cõuersationis fructibus testibus.
Fuerat enim vnius viri vxor, mutuam vicem pa-
tibus reddiderat, domum suam piè tractauerat,
operibus bonis testimoniũ habebat. Nutrierat
os toties eos parturiens, quoties abs te deuiare
nebas. Postremò nobis Domine omnibus, qui
munere tuo sinis loqui seruis tuis, qui ante dormi-
onem eius in te iam cõsociati viuebamus, per
gratia baptismi tui, ità curã gessit, quasi oẽs genuisset
set: ita seruiuit, quasi ab omnibus genita fuisset.

Cap. 10. Imminente autem die, quo ex hac vita erat
tura quem diem tu noueras, ignorãtibus nobis
uenerat, vt credo, procurante te occultis tuis
dis, vt ego & ipsa soli staremus incumbentes

Inter discordes vt pacẽ solita sit cõciliare.

Patritius S. Monicæ opera credit in Christũ.

quandam feneſtram, vndè ortus intrà domum, quæ nos habebat, proſpectabatur, illic apud oſtia Tiberina, vbi remoti à turbis, poſt longi itineris laborē, inſtaurabamus nos nauigationi. Colloquebamur ergo ſoli valdè dulciter, & pręterita obliuiſcentes, in ea, quæ antè ſunt, extenti, quærebamus inter nos apud præſentem veritatem, quo tu es, qualis futura eſſet vita ęterna Sanctorum, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit. Sed inhiabamus ore cordis in ſuperna fluēta fontis tui, fontis vitæ, qui eſt apud te, vt indè pro captu noſtro aſperſi, quoquo modo rem tantā cogitaremus. Cūque ad eum finem ſermo perduceretur, vt carnaliū ſenſuum delectatio quātalibet, in quantalibet luce corporea præ illius vitæ iucunditate non comparatione, ſed ne cōmemoratione quidem digna videretur, erigentes nos ardētiore effectu in idipſum, perambulauimus gradatim cuncta corporalia, ipſum calū vndè Sol & Luna & ſtellæ lucēt ſup terrā, &c. Dicebamus talia, etſi nō iſto modo & his verbis, tamen Dñe, tu ſcis, quòd illo die, cùm talia loqueremur, & mundus iſte nobis inter verba vileſceret cū omnib⁹ delectationibus ſuis, tūc ait illa: Fili, quantum ad me attinet, nulla re iā delector in hac vita. Quid hîc faciā adhuc, & cur hîc ſim neſcio iam cōtempta ſpe huius ſeculi. Vnū erat propter q̄ in hac vita aliquantulū im̄orari cupiebā, vt te Catholicū Chriſtianū viderē, priuſquā morerer: cumulatiùs hoc mihi Deus meus præſtitit, vt te contempta etiā felicitate terrena, ſeruū eius videā. Quid hîc facio? Ad hæc ei quid reſponderim non ſatis recolo. Cap. 11.
Cum intereà vix intrà quinq; dies, aut nō multò am[illegible] decubuit febribus. Et cùm ægrotaret, quodam [illegible] defectū animæ paſſa eſt & paululùm ſubtracta

à præ-

à præsentibus nos concurrimus, sed citò reddita est
sensui, & adspexit adstantes me & fratrem meũ &
ait nobis quasi quærenti similis: Vbi eram? Deinde
nos intuens mœrore attonitos: Ponetis hîc, inquit,
matrem vestram? Ego silebam & fletum frenabam.
Frater autem meus quiddam locutus est, quo eam
non peregrè, sed in patria defungi tanquàm felicem
optaret. Quo audito, illa vultu anxio reuerberata
eum oculis, quòd talia saperet, atque indè me intuens:
Vide, ait, quid dicit. Et mox ambobus: Ponite,
inquit, hoc corpus vbicunque: nihil vos eius cu-
conturbet. Tantum illud vos rogo, vt ad Domini
tare memineritis mei, vbi fueritis. Cumque hu-
sententiam verbis, quibus poterat explicasset, pa-
ticuit, & ingrauescente morbo, exercebatur. Ego
verò cogitans dona tua Deus meus inuisibilis, quæ
immittis in corda fidelium tuorum, & prouenire
indè fruges admirabiles, gaudebam & gratias ag-
bam tibi, recolens quòd noueram quanta cura sem-
per æstuasset de sepulcro, quod sibi præuiderat &
prouiderat iuxta corpus viri sui. Quia enim vita
concorditer vixerant, id etiam volebat, vt esset
mus humanus minùs capax diuinorum, adiungi
illam felicitatem, & commemorari ab hominibus
concessum sibi esse post transmarinam peregrina-
onem vt coniuncta terra amborum coniugum
rà tegeretur. Quandò autem ista inanitas plen-
dine bonitatis tuæ cœperat in eius corde non
nesciebam & lætabar admirans quod sic mihi
paruisset: quanquàm & illo sermone nostro ad
nestram, cùm dixit: Iam quid hîc facio? non ap-
ruit desiderare in patria mori. Audiui etiam po-
quòd iam, cùm Ostijs essemus, cum quibusdã
cis meis materna fiducia colloquebatur quodã
de

Memoria defunctorũ in Missa.

de contemptu vitæ huius & bono mortis, vbi ipse non aderam: illisque stupentibus virtutem fœminæ, quam tu dederas ei, quærentibusque vtrùm non formidaret tam longè à sua ciuitate corpus relinquere: Nihil, inquit, longè est Deo: neque timendũ est, nè ille non agnoscat in fine seculi, vndè me resuscitet. Ergò die nono ægritudinis suæ, quinquagesimo & sexto anno ætatis suæ, trigesimo & tertio ætatis meæ, anima illa religiosa & pia corpore soluta est. Obitus S. Monicæ.

Premebam oculos eius, & confluebat in præcordia mea mœstitudo ingens, & transfluebat in lachrymas, ibidemque oculi mei violento animi imperio resorbebant fontẽ suum vsque ad siccitatem, & in tali luctamine valdè malè mihi erat. Tum verò vbi efflauit extremũ spiritum, puer Adeodatus exclamauit in planctũ, atque ab omnibus nobis coercitus tacuit. Hoc modo etiam meum quiddã puerile, quod labebatur in fletus, iuuenili voce cordis mercebatur & tacebat. Neque enim decere arbitrabamur funus illud questubus lachrymosis gemitibusque celebrare: quia his plerunque solet deplorari quædam miseria morientium, aut quasi omnimoda extinctio. At illa nec misere moriebatur, nec omninò moriebatur. Hoc & documentis morũ eius & fide non ficta, rationibusque certis tenebamus.

VITA S. IOHANNIS DAMASCENI. *ex ea quæ est à Iohanne Patriarcha Hierosolymitano conscripta. Floruit Damascenus sub Leone Isaurico, & non sub Theodosio Seniore, quemadmodum Volaterranus, Vincentius Valuacensis, & D. Antoninus existimarunt. quod planè refutatur, non solùm*

Ioannis

Ioannis Hierosolymitani, sed ipsius quoq; Damasceni testimonio. Trithemius quoq; putauit duos fuisse Damascenos, alterum sub Theodosio qui libros de Theologia composuerit, alterum sub Leone, qui pro Imaginibus disputarit. Sed ille quoque erroris conuincitur, cùm liquidò constet Damascenũ hunc aduersus Iconomachus disputasse. Lib. 4. cap. 17. Et in lib. 3. de Orth. fide cap. 10. & lib. de Trigasio, qui in quinta Synodo sub Iustiniano damnatus est.

6. Maij.

INter eos Sanctos qui mentẽ ab ignorantia & diluuione, animam verò à perturbationibus moribusque omnibus vindicarũt, qui mundum lucubrationibus suis adornârunt, mentesque omnium veritatis lumine illustrarunt haud postremas obtinet percelebris ille Iohãnes, cui cognomen à Damasco ciuitate patria inditũ est. Fuerunt autem illi & progenitores admodum pij, quiq; in medio spinarum pietatis florem Christianæq; scientię fragrantiã custodiebant vnicè. Ab eo enim tẽpore, quo in Agarenorũ manus ciuitas venit, soli ipsi Christianum nomen vt præclaram inuiolabilemq; hæreditatẽ assiduabant, rectitudinem fidei nulla ex parte corrumpentes. Enimuerò sicut signa in colle, imò sicut lumen in nocte, & sicut semen Israël, & sicut scintilla in cinere, ita genus progenitorum Iohannis in Damasco relictum est, quod præclaram hanc facem totum orbem olim illustraturam, proferret. Et tale quidem inclyto illi progenitorum stemma fuit.

Parentes Iohannis Damasceni.

Pater eius vir cumprimis pius atque humanitate singulari præditus dignitate facilè princeps, cũ amplissimas possideret opes, eas non in comessationibus aut sumptus intempestiuos effundebat, sed in redimendis Christianis captiuis impendebat. Reliqua autem

Patris eius virtutes eximiæ.

tatem bona immobilia (quæ in Iudæa & Palæstina habebat plurima) redemptis Christianis ad refocillationem, vitęque, quantum satis erat, subsidium impartiebat. Et sanè tanta vir ille humanitate & virtute pollebat, vt cùm multa haberet, ipsa nõ tam sibi quàm alijs possidere videbatur. Hac itaque non dicam hospitalitate, vt Abraham, sed humanitate præditus cùm esset, partum sanè admirandum præmij loco à Deo accipere meruit.

Nascitur igitur ei puellus ille præclarus, quem tenero adhuc corpusculo, filium lucis fecit: ac viro quidam omnigenis disciplinis exercitato maximarum artium alimentis nutriendũ tradidit. Quo autem modo virum hunc nactus fuerit non erit abs re explicare. Barbari Damascenorum excursione in maritima loca facta Christianos complures in præclam abegerant, quos partim venales emptoribus proponebant, partim gladio ad exitium petebant. In horum sorte fuit vir quidam ab Italia abactus (cui Cosmæ nomen erat) qui internam mentis conditionem sanè diuinam tum honestate vultûs tum habitu (profitebatur namque disciplinam monasticam) referebat. Huic certatim omnes, qui ad mortẽ ducebantur, demisso corporis habitu supplicabãt, vt ea intercessione Deũ sibi conciliaret. Id vbi animaduerterũt Barbari, destinatos morte supplicare non tã benè honesteq; morato, accesserunt, & cuius apud Christianos auctoritatis esset, interrogarunt. Quibus illo: Nõ sum, inquit, sacerdotio initiatꝰ neque aliqua dignitate functus, sed inutilis monachus ac philosophiæ professor, non nostrę tantùm qua in Dei cognitionẽ amorẽq; perducimur, sed eius etiã quæ ab exteris sapiẽtibus tradita summo apud mũdanos sapiẽtes in honore est. Hęc vt loquutus est, vim lachrymarum effudit.

Damasceni ortus ac baptismus.

Cosmas monachus Iohannis præceptor.

Non

Non procul stabat Iohannis pater, qui viso viro sic lachrymante calamitosum cõsolaturus accessit, & ait: Homo Dei, quid est quòd huius mundi amissionem tantis lachrymis prosequeris, cui iãpridem, quantùm ex habitu coniectare licet, renunciasti? At monachus: Non huius, inquit, vitę amissionem deploro, sum enim, vt dixisti, mũdo mortuus: sed hoc vnum me affligit maximè, quòd cùm omnium artium disciplinis imbutus sim, & instructissimã eruditionis supellectilem multis mihi sudoribus comparauerim, hactenùs mihi denegatũ sit, vt per philosophiam filium mihi similem generem, quo tarea illa philosophorum progenies semper in mihi conseruetur. His auditis Iohannis pater, qui tales thesaurũ magna auiditate desiderabat, concito gradu ad Saracenorũ principem cucurrit, eiusque pro uolutus pedibus Cosmam illum κόσμον & orabat expetijt: statimque voti cõpos factus virum illum domum suam reduxit tantaque beneuolẽtia recreauit vt maiori non posset. Cumque illum rerum omnium suarum participem fecisset, petijt ab eo vt filij sui curam susciperet & omniũ disciplinarum cognitione diligenter instrueret. Erat illi præterea alius quidã egregia indole adolescens quem tenebat adhuc corpore pupillum, Cosmam nomine, Hierosolymis pulsum in filium adoptauerat, qui communi & mensa & præceptore cũ Iohãne fruebatur.

Cosmas Hierosolymitanus.

Itaque monachus is tanquam alter Midas ingentibus potitus thesauris alacritate incredibili ad opus ferebatur, & vtrumque breui temporis spatio tam exactè omnibus disciplinis imbuit: vt fere nihil quod ad cuiusuis scientiæ perfectionẽ requiritur, in ijs desiderari posset. Nam cùm ingenij felicitate studijque pertinacia quidquid in grammaticis dialec-

dialecticisque difficile est, superassent: protinùs moralem philosophiā ita complexi sunt, vt omnibus animi perturbationibus sedatis, admirabilem quendam de se mentis splēdorem præberent. Indè in naturæ candorem aliorū oculis vix tolerabilem, tanquàm perspicaces aquilę intenderunt. Arithmeticas autem proportiones nō minùs feliciter quàm Pythagoras vel Diophantes ipse assecuti sunt. Geometricem ita edocti sunt vt Enclidi non cederent. Nullam item quanto calluerint artificio, carmina eorum & hymni liquidò testantur. Denique quantum Iohannes in syderum scientia valuerit, ex his quæ scripsit luce meridiana clarius apparet. Iam verò quis non iure illius in diuinis literis studium admiretur? quis pro dignitate diligentiam, quis eruditionem commendare poterit?

Damasceni humilitas.

Sed illa quamuis magna sint admiratione digna, mirabiliùs tamen est, quod tanta scientiæ magnitudine non modò inflatus non fuerit, sed potius animum tantò submissiùs depresserit, quantò altiùs mente ac cogitatione in sublime tendebat. Etenim cum quadam animi in mundum propensione non secus atque cum nauigio aliquo adhuc ipse innatare, cupiebat hanc quoque mundi nauem abijcere, corporeæque affectionis vestes omninò exuere, sicq; ita mente in pelagus se cōijcere, atque in fundum ipsum vsque penetrare, vt ingentis pretij margaritam illic reconditum inueniret. Hac igitur cupiditate flagrans, ad imum vsque gurgitem se demittebat, nec eruditionis nomine tumorem vllum contrahebat, verùm per arcanæ sapientiæ amorem sese deprimebat.

His itaque disciplinis cùm Iohanne tùm Cosma adiutis, magister ad pueri patrem accessit, aitque:

En quod tanta auiditate cupiebas plenè consec-
es. Pueri enim & ingenij magnitudine & impro-
laboribus eò eruditionis euecti sunt, vt iam me-
tecellere videantur. Quocircà cùm nulli iam
deinceps vsui esse queam, superest vt mihi mer-
persoluas, hoc est, vt per te mihi in monachori-
nobium abire atque illic supremam sapiẽtiam
te inuestigare liceat.

Hanc Philosophi orationẽ pater Iohanne
uis illibenter in aures admitteret, nè tamen
pro tam præclara opera mercedem rependere
plissimo instructũ viatico in pace dimisit.
tem ad Lauram, quæ in Sabæ solitudine sita
fectus, illicque ad supremum vitæ diem con
tus ad ipsammet sapientiam, hoc est, ad Deu
grauit. Simul etiam è viuis excessit Iohannes

Iohannes à Saracenorũ principe dignitate ornatur.

At verò Saracenorum princeps Iohãnem ac
primarij consiliarij dignitate inuitum & d
tumque reluctantẽ coornauit. Gubernabat
poris Romanum imperiũ Leo Isauricus, qu

Leonis Iconomachi furor.

quam belluino furore cùm in Christiana
cultores, tum verò in venerandas imagines
bat, & tyrannica impietate Ecclesiæ cœtũ
leo rapiens & rugiens laniabat. Ibi tum
audita Leonis insania omnia eruditionis
instrumenta expediuit: atq; Dei verbum, v
ritûs gladium incidendi facultate præditum
rinæ illius mentis dogma tanquàm caput
dum, obiecit. Ad orthodoxos itaque libello
lares insigni eruditione refertos pro venera
imaginum honore destinauit: omnique ra
studio nouus veritatis pugil in id incubuit
quissimam Patrum traditionem per tota
rum orbem sartam tectam conseruaret.

Quod vt ab Imperatore Leone compertum est, [illegible] continuò nõnullis, qui eadem secũ mentis [illegible] laborabant, id negotij ipsis dedit, vt quauis [illegible] ratione epistolam aliquam Iohannis manu [illegible] nanciscerentur. Factum est haud oscitanter [illegible] scelerum propugnatoribus quod im- [illegible] fuerat; & epistola Imperatori tradita. Qua [illegible] Leo accitis ex toto regno notarijs scriben- [illegible] peritissimis, iussit vt omnes ingenij vires inten- [illegible], quò singulari artificio ipsius Iohannis cha- [illegible] exprimerent imitarẽturque, ne vlla omni- [illegible] differẽtia inueniri posset. Cùm igitur [illegible] scribendi peritissimos nactus esset, tum de- [illegible] iussit, vt epistolã tanquàm ex Iohannis perso- [illegible] ipsum impium Imperatorem scriptã exara- [illegible] hęc esset sentẽtia: Salue Imperator, Ma- [illegible] hoc nomine gratulor, quòd eandẽ nobis- [illegible] teneas, tuęque Celsitudini honorẽ, quem [illegible] tribuo: eaque de causa illud tibi significo, vr- [illegible] hanc nostrã exiguo Agarenorũ præsidio muni- [illegible] ferè negotio obtineri posse. Quarè per [illegible] te obtestor, vt tam pręclaram occasionem nõ [illegible], sed ingenti strenuaq; manu huc quampri- [illegible] aduoles. Ad id enim ipse quoq; non mediocrẽ [illegible] afferã, quandoquidẽ & vrbs & regio vni- [illegible] mea penè potestate sita est. Hac epistola cõ- [illegible] ex eadẽ animi peruersitate, impius ille alte- [illegible] Damascenorũ principem hoc exẽplo confe- [illegible] Cùm nihil sanè pace atq; amicitia stabili in hac [illegible] excogitari possit, tũ nihil antiquius [illegible] quam ictũ semel amicitiæ fœdus ad extremũ [illegible] spiritũ firmũ inuiolatumq; conseruare. Quarè [illegible] quidã sub tua ditione Christianus crebris [illegible] incitare non desinat, vt violato pacis fœ-

Leonis fraus.

Imperatoris Leonis falsa & fraudulenta Epistola ad Damascenorũ principem.

Item altera eiusdem.

dere per summum scelus vrbem tuam (ad quæ pr
sentem opem suam pollicetur) in potestatē me
redigam, nolui tantam perfidiam te celare ne
tassis fides apud me parùm sancta videatur. Mi
itaque vnam ex ipsius ad me datis epistolis, ex
improbitatem ac fraudem eius optimè perspec
habere poteris.

His literis acceptis Barbarus Iohannem acce
fraudulentamque ei epistolam ostendit. Qua
lecta Iohannes characteres suis quidem simi
cōfessus est, se tamen literarum argumentum
rare, imò huiusmodi quicquam ne in mente
dem vnquam sibi venisse testatus est. Ver
Christi inimicus princeps nullam Iohannis
tionem admittens iniquū facinus imperauit.
nulla mora interposita dexteram Iohanni am
ri iussit. Cumq; ille breue aliquod tempus p
di sui causa multis ab eo precibus peteret, Bar
furore ebrius postulata reiecit, & dexteram
quæ aliquoties Imperatoris impietatē prof
excindi iussit, excisamque in foro ad terrore
pendi iussit.

Amputatur S. Iohāni dextera.

Suspenditur dextera in foro.

Cùm autem dies in occasum tenderet ac Io
tyranni indignationem sedatam atque comp
esse conijceret, supplicibus ab eo precibus pe
petijt vt suspēsam in aëre manum sibi donare
doloris acrimoniam & acerbitatis aculeos,
idipsum vehementiores esse dicebat, non
uare posset. His precibus cessit barbarus, m
viro iusto restitui iussit. Qua accepta ille
quod domi habebat, ingressus, prono corpo
imaginem quæ Dei genitricis effigiem gere
uolutus excisam manum pristinæ suæ com
admouit: & intimò pectore ingemiscens p

ſiſſimam illam ad miſericordiam Dominam exorare cœpit, vt manum, quæ pro Dei & Sanctorum honore ſtrenuè certauerat, reſtitueret. Cumque vir ſanctus prolixis precibus nõ ſine lachrymis oraret, tandem laſcitudine oppreſſus in ſomnum incidit. Ecce autem in ſomnis conſtitutus vidit genitricis imaginem placidis lætisque oculis ipſum intuentẽ, dicentemque: Eccè ſanitati manus tua reſtituta eſt: nunc igitur ſine mora eam alacriter aduerſus graſſatorem vbique impietatem exerce.

Reſtituitur ei manus diuinitus.

Expergefactus igitur vir ſanctus, cùm exciſam manum ſanatam contemplaretur, incredibili gaudio exultans manus in altum extulit, totamque illam noctem ad grati animi ſignificationem cum vniuerſa familia in precibus & canticis & hymnis egit. Hęc autẽ tanta animorum exultatio & concinna iubilatio cùm ad vicinos & qui in orbem habitabant, ſeſe diffunderet, factum eſt vt quidam ex Chriſti inimicis Saracenis principem ſuum adirẽt, & Iohanni minimè dexteram amputatam, ſed ſeruum alicui, qui beneuolentia erga eum ductus ſeſe domini loco huic ſupplicio expoſuiſſet dicerent: eos autem, quibus huiuſmodi exectio imperata fuiſſet, pecunijs corruptos pœnam in alium tranſtuliſſe. En enim, dicebant, Iohannes domi deſidens tanto ſe iubilo oblectat, ac ſi nuptiale feſtum celebraret.

Hoc nuncio allato ſtatim Ioannes accerſitur, qui exactam dexteram exhibere iuſſus, eam certo Dei matris conſilio ac prouidentia ſibi reſtitutam eſſe, ſicut quadam exciſionis in ea clariſſimè elucente, demonſtrauit. Tum Barbarus miraculo rei ſtupefactus: Quiſnam, inquit, te in ſanitatem aſſeruit: & quænam quæſo medicamenta impoſuit? Et Iohannes cla-

nes clara & ingenti voce miraculum prædicat
Dominus meus, inquit, Iesus omnipotens medi
in sanitatē me vindicauit. Ad hæc Barbarus: Qu
tum coniectura assequor, ô homo, insons hoc
pliciū passus es: ac propterea id nobis ignosc
lim, quòd præcipiti atque inconsiderata sen
tibi intulimus. Tu verò pristinū munus admi
bis, principemque inter consiliarios nostros
obtinebis. At Iohannes mox humi prostratus
nusque perdiu iacens, vt aliam sibi viam mul
cundiorem optabilioremq; ingredi permitte
stanter rogauit. Contrà verò Barbarus han
testatem pręcisè negabat. Eratque cernere tan
gladiatores quosdam, Barbarum & virum
pugnantes. Ille enim multis mundi vinculis
nem coërcere cōtendebat: hic contrà magna
ac studium adhibebat, vt ea perrumperet, an
gelicis in sublime pennis volaret. At verò
to tandem cum preconio vincit gladiator
omnesque aduersarij illecebras tanquàm pa
rum sagittas ducit, victorque discedit.

Damasceno rū princeps viso miraculo restitutæ manùs sibi ignosci petit.

Tum verò nouo perfusus gaudio cōfesti
omnibus in pauperes, captiuos, seruos suos
etiam libertate donauerat) & cognatos di
quemadmodū ex matris suæ vterò nudus e
sic etiam, necessarijs indumentis exceptis,
mundo excessit. Et quidē Hierosolymam pr
cùm in his venerandis locis adorationis nu
par erat, perfunctus fuisset, tanquam ceru
siti flagrans in solitudinem contendit, com
socium non itineris dumtaxat, sed instituti
Cosmam habens, qui eandem cum ipso ed
nem ac disciplinam habuerat. Itaque Iohan
bæ Lauram diuinum planè monasterium ing

Iohannes omnia sua pauperibus distribuit, & monasteriū petit.

ad pastoris pedes sese abiecit, maiorem in modum obtrans vt se in ouium earum, quæ illic versabantur numerum adscriberet. Qua quidem re ouilis prefectus mirificè exhilaratus, eum suscepit & tanta à Domino gratia præuētum beatum prædicauit. Cumque propter vitæ splēdorem doctrinæque prę-stantiam nouitium illum vni ex magnis senibus, eius ductu ac magisterio per Dei viam sine vllo errore incederet, committere conaretur, ille quamuis omni virtutum genere maximè insignis, regendo tanto viro, tantaque eruditionis gloria prædito imparem se esse affirmauit. Hoc igitur prætermisso, ante istes alterum & tertium ad se vocauit: sed omnes ad vnum Iohannis instituendi curam deprecati sunt: atque à se reiecerunt. Tandem post multos senex quidam morū grauitate ac doctrina præcipuus prompto alacrique animo promptum & alacrem Iohannem suscepit: & diuturno temporis spatio per omne tentationis & experimenti genus pugilē perduxit. Iohannes verò nequaquàm se indocilem, nequaquam rebellem, præbebat, sed quidquid imperatū esset sine vlla recusatione aut murmure obibat.

Suscipitur in monasterio.

Atque vt senex pugilem suum maioribus obedientiæ certaminibus assuefaceret, quid comminisciter? Permultis sportis, quas pro opere habebant, in vnum collectis hoc prætextu vtitur Iohannem sic alloquens: Audiui, fili, sportas Damasci cariùs, quam in Palæstinæ partibus vendi. Multis porrò, vt nostis, rebus indigemus. His itaque acceptis, illuc, quam celerrimè poteris proficiscere, neque vel obolo quidem minoris eas vende, quàm tibi impero. Pretium porrò duplo quàm par erat, maius ipsi constituebat. Huic imperio minimè aduersatus est,

Egregia Iohannis obediētia & humilitas.

nec imperantis ſermonem ſibi diſcutiendum pu-
uit: ſed obedientia tãquàm alis quibuſdam inſtru-
ctus, huiuſmodi faſcem in humeros tollit ac Dama-
ſcum petit. Qua in vrbe qui priùs inſignis & clar-
erat, laceris indutus veſtibus & ſqualore obſitus
rum peragrabat vt ſportas ſuas venderet. Cùm
tur nimiùm eas æſtimaret omnium probris & co-
tumelijs exagitatus nihil præter ſui riſum acci-
bat. Vnus autem ex ijs, qui quondam illi ad
dignitate cõſtituto ſeruiuerat, in cognitionem
veniẽs grauiſſimo ſanè dolore ſaucius quòd
tanta aliquando claritate & honore cõſpicua
trema macie & ſqualore horrido confectum
ret, tãquàm ignotus accedens ſportas emit pe-
toq́ue, quod ab illo poſtulatum erat, pretio
miſit. Quo accepto generoſus ille vir victo
iuſdam inſtàr, humi proſtrato aduerſario, hoc
inanis gloriæ ac ſuperbiæ tentatione deuicta
uertitur.

Egregia tanti viri obedientia.

Enimuerò Iohanni monachus quidam vic-
rat qui terreſtrem peregrinationem cum cœle-
micilio commutarat. Is autem carnalem
reliquerat, qui huiuſmodi calamitate pro
fraternam mortem impatiẽtiſſimo animo
Cumq́ue Iohannes illum conſolaretur & ſer-
bus varijs à mœrore & nimio luctu reuoca-
tẽderet, is qui in luctu verſabatur, ſummis
q́ue ab eo precibus petere cœpit, vt aliquod
carmen recreandi animi cauſa conderet. Cùm
tem Iohannes ſenis mãdatum pertimeſceret,
modo eius petitioni morem gerere voluit. Ta-
verò importunis precibus expugnatus præci-
rem iſtam ſe arcanam habiturum promittere
han nes carmen modulari cœpit, quod ad hunc

dem omnium cãtu celebrabatur, nimirùm *Vanitas omnia humana.* Aberat autem tunc quidem à cella senex, sed posteà superueniens cùm modulatum illum carminis sonum foris audiret, ingenti cum iracundia irrumpens: Siccinè, ait, veterum tuarũ pollicitationum oblitus, pro eo quòd in luctu & mœstitia versari debebas, diffusus gaudio sedes, & delicias ex cantu captas? Hęc dicens simulque excusationem omnem, quam Iohannes adferebat, reijciẽs, statim eum è cella exturbauit. Tùm verò vir sanctus grauiori, quàm is qui fratrem amiserat, luctu oppressus animum in omnes partes versabat quomodo senem sibi conciliaret. Tandem ad alios quos reliquis virtute superiores esse norat, accedit, eosque ad inflectendum senis illius animum deprecatores adhibet. Abierunt illi sed senem illũ inexorabilem inueniunt. Cumque quisquam ex illis diceret: Licet tibi quidem aliud ei, qui peccauit, obedientiæ mandatum iniungere, nullo tamẽ modo à tuo contubernio remouere, ille respondit: Hoc mandatum Iohanni, siquidem inobediẽtiæ veniam dari sibi cupit, constituo, vt Lauræ ambitum peragrens suapte manu monasticarum cellarum sordes atque excrementa purget. Hæc illi vt audierunt pudore suffusi tristes recesserunt, senis illius rigiditatem ac duritiam ad stuporem vsq; mirantes. Quibus cùm Iohannes occurrisset, patris de se sententiam sciscitatus est. Illi autem tantam senis acerbitatem esse respondebant vt ea ipsis stuporem cõmoueret, seque, ne ipsius sententiam exponerent, pudore quodam prohiberi. At ille etiam atque etiam, vt eam aperiret, petebat. Cuius precibus cõmoti turpem illam purgationem commemorant. Qua audita, pręter omnem eorum expectationem, maximoperè dele-

En vt vir sanctus à sene exerceatur.

ctatus, hoc sibi facile ac perquàm iucundum esse asseruit. Confestim itaque conquisitis instrumentis ad repurgandas fæces accommodatis, ad illius cellam, cui seni vicinus erat, accedit, eamque ingressus, manus illas, quas priùs multis suauibus vnguentis perfuderat, contaminare cœpit, dexteramque illam à Deo curatam (ò singularem viri humilitatem) cœno ac stercore conspergit. At senex comperta Iohannis ingenti obsequendi promptitudine mox aduolans ipsum amplexus est, atque de ipsius collo pendens, manusque & oculos atque humanos exosculãs, ait: O quantum beatæ obedientiæ, quantæ humilitatis pugilem in Christo genui. Iohannes autem ex senis verbis rubore affectus pronus cadebat, pauimentumque lachrymis rigabat. Non enim parentis sermonibus inflabatur, nec ad senis enthymia intumescebat, sed ampliùs depressus animum suum quàm maximè conterebat.

Vide mirabilem tanti viri humilitatem.

Non multum temporis intercessit, cùm seni in somnis illa omnium laude celebratissima & purissima virgo apparet, aitque ad eum: Ecquid fortem eum obstruxisti, qui tam suauem tamq; limpidam ac copiosum & nectareum laticem profundere potest? Fontem fluere sine. Fluet enim vberrimè in vniuersum terrarum orbem peragrabit, hæresimq; maria operiet, eaque in admirandam dulcedinem conuertet. Manè itaque is qui hoc arcanum acceperat Iohannem accersens, quę à gloriosa Dei genitrice audiuerat, ei exposuit, atque vt ingẽtem prudentiæ meditationem quam corde perceperat, salubriter eructaret, hortatus est: sibique ignosci petens, quod pro sua (vt dicebat) rusticitate illi impedimento fuisset.

Beati virgo apparet seni in somnis.

Ab eo itaque tempore Iohannes diuinos ca[illegible]

plicatus, eos omni eruditione ac pietate refertos edidit libros, qui tantæ omnibus admirationi sunt. Verò ad huiusmodi labores hortatorē & extimulatorem egregiū habebat Cosmam, qui propter singularem eruditionem ac prudentiam à Hierosolymitano Patriarcha ad Maiumæ Episcopatum vocatus est. Iohannes verò ab eodem Hierosolymitanæ ecclesiæ gubernatore ad Presbyterij dignitatem vocatus quia sapientiæ amore incredibili ardebat, gratissima illi solitudinis requie concessa, permissum, vt quos iā antè magno studio ac labore codices elaborauerat, ad incudē reuocaret. Et sanè quisquis in ipsius lucubrationes cum iudicio incubuerit, speculationū altitudinē ac dictionis elegantiam cū admirabili grauitate cōiunctam facilè perspiciet. Iam verò ipsius pro pietate zelū, quis nō ex ipsius monumēris contemplabitur, quonamque pacto sapientiæ diuitias cunctis distribuerit? Ipsum tamq; diuinus zelus eò impulit, vt supra leges diuinas pugnās, è Damasco priùs, ac posteà è Palęstina, eos, qui diuinas imagines in vrbe Constantinopolitana euertebāt, contumeliisq; afficiebāt, impeteret. Qui quidē nomine ille quoque magnæ vrbis alumnus, qui idem cum primo martyre nomen habebat, tamque, vt ille pro Christo, sic pro ipsius imagine, lapidatus in cælum ascendit, diuinum virū ac diuinitus afflatū appellat. Quamuis autē summo sacerdotio initiatus non fuerit, martyrij tamē corona cinctum perspicere licet, vtpotè qui propter pietatis & religionis defensionem dextera manu priuatus fuit. Cùm igitur ad hunc modū religiosæ vitæ curriculū confecisset, tandem vinculis mortalitatis solutus ad Christū migrauit, quē nunc non in effigie, sed facie ad faciem æternùm beatus contemplatur.

Iohānes nauat operam conscribendis libris.

Iohānes ordinatur Presbyter.

Is fuit Stephanus iunior.

VITA

VITA IOHANNIS HAGVSTALDENSIS

Ecclesiæ primùm, deindè Eboracensis Episcopi, ex ea quæ est per Venerab. Bedam Ecclesiast. historiæ Anglorum lib. 5. cap 2. Migrauit ex hac vita anno Domini 721.

7. Maij. PRincipio regni Alfridi, qui post fratem suum Ecgfridum genti Nordanhimbrorum præfuit, defuncto Eata episcopo, Iohannes vir sanctus Hagustaldensis ecclesiæ Præsulatum suscepit, ex eximia sanè vitæ sanctitate & miraculorum virtute clarus fuit. Est locus quidam non longè ab Hagustaldensis ecclesiæ diœcesi, interfluente Thino, separatus, in quo vir sanctus capta opportunitate temporis, maximè in Quadragesima, cum paucis rationi & lectioni operam dare consueuerat. Cumque tempore quodam ibidem mansurus aduenisset, iussit suos pauperem aliqué maiore infirmitate inopia grauatum inquirere vt eum secũ diebus illis (hoc namque ei solitum erat) haberet. Fuit continuò adolescens quidam ex villa non multum remota adductus, qui præter alias calamitates mutus erat, & tanta capitis scabie laborabat vt comatus tutus, horridos tantùm in circuitu crines gesserat. Hunc igitur Episcopus ad se adductũ in paruo quodam tugurio apud se manere voluit, vt quotidiano ab eo stipem acciperet. Secunda autem Quadragesimæ hebdomada ingressus tugurij locum mutus linguam proferre iussit. Protulit ille, & episcopus impressa in eam Crucis figura, præcepit ei vt verba proferret. Res mira. Mutus ille statim solutus oculo linguę articulatim ac distinctè fari cœpit. Artistes ea Domini misericordia vehemẽter gaudens & ampliora Dei beneficia nequaquàm desperans

Sanat mutũ impresso Crucis signo.

præcepit medico vt sanandæ scabredini capitis eius curam adhiberet. Fecit ille vt iusserat, & iuuante Præsulis benedictione, nata est cum sanitate cutis venusta species capillorum: factusque est iuuenis vultu limpidus & loquela promptus capillis pulcherrimè crispis, qui antè fuerat deformis pauper & mutus.

Cùm defuncto Bosa eximiæ sanctitatis & humilitatis viro Iohannes pro eo Eboraci substitutus esset, venit ad quoddam Virginum monasterium, vbi virgo quædam repentini doloris infirmitate tacta grauissimo languore decumbebat. Brachium namq; ex incisione venæ parùm considerata tumorē quendam contraxerat, qui duabus vix manibus circumplecti poterat. Itaq; cum lecto affixa vltimum spiritum trahere videretur, Abbatissa Episcopum vt cum sua benedictione munire dignaretur, rogauit. Paruit ille libens virginis calamitatem miseratus. Cumque fusis cum pietate magna ad Deum precibus benedictionem tribuisset, cōtinuò fugatum dolorem fuga quoque tumoris horrēdi sanitasque secuta est: & erepta morti ac doloribus virgo laudes Deo Saluatori vnà cum cæteris seruis illius retulit.

Sanat virginem valde ægrotam.

Aliud quoque huic non multùm dissimilè miraculum Abbas Berechtus quondā eius diaconus narrare solebat. Villa erat Comitis cuiusdā, cui Huch nomen erat, cuius cōiunx quadraginta diebus acerbissimo languore detenta pedem foras efferre non poterat. Contigit autem eodē tempore virum Dei aliquod dedicādam ecclesiam ab eodem Comite vocari. Dedicata autem ecclesia cùm ægrè tandem ab Antistite, vt secum pranderet, obtinuisset, misit vir Sanctus languenti mulieri, aquam benedictā, quàm dedicationem ecclesiæ consecrauerat, præcipiens

Nota vim aquæ benedictæ.

vt eam

vt eam gustaret, & dolori applicaret. Quod vt fa-
ctum est, mulier collapsas planè vires mirabiliter
recuperauit, adeò vt lecto exiliens sancto Antistiti
cæterisque ad mensam ministraret. Alio item tem-
pore vocatus ad dedicãdam ecclesiam Comitis cui
Addi nomen erat, expleto ministerio, filium quen-
dam eius acerrima ægritudine pressum & in ipsa
mortis faucibus constitutum, benedictione sua &
precibus liberauit & integræ sanitati restituit.

Sanatur puer ad orationem Episcopi.

Neque hoc silentio prætereundum quod fam-
lus Christi Herebaldus in seipso ab eo factum sol-
narrare miraculum. Vitam, inquit, illius per om-
episcopo dignam esse cognoui. Sed & cuius ad
internum iudicem habitus sit meriti, & in mul-
lijs & in meipso maximè expertus sum quippe
ab ipso (vt ita dicam) mortis limite reuocans
viam vitæ sua oratione ac benedictione redu-
Mansit autem in Episcopatu annis triginta tri-
& sic cælestia regna cõscendens, sepultus est in pa-
ticu S. Petri, in monasterio suo quod dicitur, in
ua Deirorum, anno ab Incarnatione Domini
ptingentesimo vigesimo. Nam cùm pro maiori
nectute minùs episcopatui administrando fu-
ret, ordinato in episcopatum Eboracensis ecc-
VVilfrido presbytero suo, secessit ad monaste-
præfatum, ibique vitam Deo digna conuersatio-
compleuit.

MARTYRIVM S. ACATHII CENTURIONIS. ex eo quod est apud Metaphr.

8. Maij.

Acathius Cappadox Centurio.

CVm Maximianus Diocletiani gener in Chri-
stianum nomen satanica rabie desæuiret, A-
cathius genere Cappadox & conditione ma-
les, proposito verò & voluntate Christi athleta e-
gregia

gregia fortitudine & genus suum & ordinis dignitatem exornauit. Cùm enim sub Firmo quodã militaris ordinis Tribuno Centurionis officio fungeretur: & Tribunus omniũ militum animos partim assentationibus partim minis ad idolorũ cultum ac superstitionem nefariã alliceret, Acathius Christi amore acriter inflammatus in medium prosiliens constanter ac viriliter se Christianum esse confessus est: paratum etiam pro ipsius nomine quoslibet cruciatus subire. Firmus eam hominis alacritatem & constantiam admiratus primò quidem ingentibus promissis, mox terribilibus minis eximiam viri fortitudinem debilitare conatus est. Sed cùm ille immobilis in Christi confessione perseueraret, Tribunus edicto regio coactus virum sanctum vinculis adstrictum ad Bibianum misit, qui totius exercitus imperium cum potestate summa administrabat.

Constantia eius.

Acathius verò vt primum Bibiano oblatus fuit spe futurorum bonorum exultans subrisit & à iudice de patria ac nomine interrogatus constanter respondit, nomen sibi a Christo deriuatum esse: illud verò quo humano vsu appellatur, Acathius esse: genere Achiuum, in Cappadocia natum, quo loco cùm parentes habitarent, ad exercitum venisse, & commilitonum suorum certaminibus inflammatum vt in Christi confessione cum sempiterna gloria sanguinem profunderet. Illos igitur se malle sequi, quàm humanis legibus summa iniquitate in Deum latis obtemperare. Ad quæ iudex: Abiicite inquit, ô Acathi istas mentis tuæ cogitationes inanes, quæ duros tibi cruciatus pariunt: & noli in homine propter scelera sua in crucem acto spes tuas collocare: nam is tibi opem omninò nullam in re-

Sistitur coram Bibiano Duce.

in rebus afflictis præstare potest. Quid enim? Si
tanta in cælo potentia dominatur quemadmodum
vos affirmatis vt vniuersam hanc mũdi machinam
gubernet, quid est quòd Imperatores nostros ipsius
voluntati repugnantes non puniat? Cui Acathius:
Profectò, inquit, ex hoc ipso, si aliqua tamen sapien-
tiæ scintilla in vobis relucet, ipsius bonitatem po-
tentiamque colligere potestis. Nam si statim in pe-
cato vindictam expeteret, ecquis in hoc mundo
peresset? & quo modo dignis laudibus eius glo-
sum vbiq; nomen extolli posset, nisi diuturna in
stris sceleribus puniendis patientia vteretur?
terà ipsius gloria in illis hominibus manifesti
lucebit, qui bonitate ipsius ad scelerum suorum
gnitionem adducti ad meliorem se frugem re-
runt. Postremò quis in optimum iustissimum
iudicem excandescere poterit, cùm videat tã
patientia & longanimitate scelerum suorum
dictam differri, vt hominem omnibus supp
dignum à peste & exitio potiùs eripiat, quàm
ri iudicio quamuis iustissimo condemnet.

Cur Christ' permiserit tyrãnos diù impunè sæuire in Christianos.

His auditis, Bibianus: disertè quidem, inq
respondes; sed omissis argumentis volo vt pr
Imperatorum edicta exequaris legibusque o
peres nî malis omnibus pœnis ac supplicijs d
carnificari. Cui Acathius: Sæpè iam Christi
me esse cõfessus sum, neque vllo modo imp
monibus sacrificare velle dixi. Et iudex: Co
quit, nisi istam ætatem tuã (video enim te vix
tum & vigesimum annum superasse) miseri
prosequerer, & militarem dignitatẽ reuerere
statim te tormentis subijcerem. Cui Acathius
inquit, habes corpus meum ad flagella excip
paratissimum: vtere illo vt libet: mentem ce

Ætas Acathij.

[illegible]mi propositū, neque tu, neque Imperator tuus, [illegible]que omnis denique dæmonum malitia peruerte[illegible] in tantum scelus impellere potuerunt. Tunc [illegible] furore percitus & cohortem affatus: Figite, [illegible], vectes quatuor & Acathium in illis suspen[illegible] crudis neruis verberate, vt discat tandem effre[illegible] linguam compescere: & tunc apparebit quàm [illegible] Deo suo auxilium expectet.

His dictis Acathius vectibus alligatus & crude[illegible] in modum cæsus est. At martyr Christi opem [illegible] tormenta implorans assiduò exclamabat: Do[illegible] Deus ne me derelinquas. Cùm verò sex carni[illegible] alternis vicibus instarent & profluentes ex la[illegible] corpore sanguinis riuos acriùs elicerēt, & ipse [illegible] tanquàm victor martyri insultaret, Acathius [illegible] dicem conuersus: Hactenùs, inquit, tormento[illegible] tuorū expectatio cogitationes meas aliqua ex [illegible] perturbabat; at nunc illata vi Christi Iesu po[illegible] manifestiùs expertus sum: prorsus vt eius[illegible] gratia confisus intrepidè alios quosuis crucia[illegible] excipere paratus sim. His auditis iudex cōmo[illegible] plumbeis laminis maxillas eius contundi iussit: [illegible] tandem martyrem in eadem constantia perseue[illegible] in interiorem carcerem grauissimis catenis [illegible] conijci.

Crudelissimè verberatur.

Maxillæ eius conteruntur.

Ductus igitur in carcerem Acathius tum præte[illegible] confessione, tum futuris bonis, quæ firmissima [illegible] fide expectabat, lætus squalorē subijt: & die[illegible] admodùm septem in vrbe Perintho in carcere [illegible]. Intereà Bibianus Flaccini literis Byzātium [illegible] vinctos omnes se sequi iussit. Ibi tum Chri[illegible] martyr & vulnerum tumore & corporis labore [illegible], & ferreis catenis grauatus, & militum in [illegible] vrgentium, & itineris lascitudine oppressus, &

Ducitur in carcerem.

extrema inedia exhauſtus & amicorũ omnium ſo-
latio deſtitutus cùm iam collapſis planè viribus in
vltimũ vitæ diſcrimen veniſſet, petijt à carnificibus
vt ſibi orandi Deum poteſtatem facerent. Qua ægre
tandem obtenta prouolutus ad genua primò quidẽ
immenſas Deo gratias egit quòd illum in ſortem
martyrũ vocaſſet: Sed tu Dñe, inquit, qui carnis no-
ſtræ infirmitatem nouiſti, & in hanc horam vſque
virtute tua ex alto corroboraſti, & nunc tot ac tãtis
malis vndiq; me oppreſſum vides, mitte quæſo an-
gelum tuum qui me ab his anguſtijs eripiat & mar-
tyrij gloria coronatũ ad te perducat. Cùm in hoc
modum Deum oraret vox è nube demiſſa hominis
terrore aſtãtium aures compleuit: Acathi eſto fo-
tis. Hac voce attoniti carnifices: Ecquid, dicebant,
eſt hoc? Nunquid & nubes vocẽ edunt? Nunquam
rem tãta admiratione dignã audiuimus. Et hæc qui-
dem illi. Alij verò qui eadem vinculorum mole
cum Acathio premebantur fidei lumine illuſtrati
ad martyris ſe pedes abijciebant, ſupplicesque
Chriſtianæ fidei doctrinã ipſis exponeret, rogabant.

Orat Deum extrema laſſitudine cõfectus.

Cęlitùs conſolatur.

Tunc martyr luculẽta ſanè oratione ab ipſo ho-
mani generis parente exorſus, & Adami lapſum
Chriſti in terras aduentum expoſuit, multos ab
nebris ac diaboli captiuitate in libertatem Chriſti
vindicauit. Poſtridiè verò noctis tempore, ij qui
Chriſti fidem recenter conuerſi fuerant videntur
quoſdam ſplẽdida veſte indutos & militari habitu
ornatos cum Acathio nõ modò loquẽtes, ſed & vul-
nera aqua feruenti abluentes, eumque ità curantes
vt altera luce ex multis plagis ne cicatrix quidem
appareret. Inſequenti verò die martyr in carcere
interiorem coniectus & iudicis iuſſu ferreis vin-
culis conſtrictus, fuit ſimili angelorum obſequio
recre-

Multos adducit ad Chriſtum.

[illegible]tus: nam qui eodem in carcere vincti tene-
[illegible]ur viros alios angelico splendore coruscantes
[illegible]erunt, qui martyrem & vinculis soluebant, &
[illegible]um potumque benignè offerebant.

Angeli martyrem in carcere visitāt.

Septimo verò die à quo Byzantium Præses vene-
[illegible] Acathium sibi offerri præcepit: qui vultu hilari
[illegible] angelico planè aspectu cōparens tanta Præsidem
[illegible]ratione concussit, vt existimaret eum à militi-
[illegible] lautè ac genialiter habitum vitam Epicureiam
[illegible]. Quarè Præses furore rabieque exardescēs,
[illegible]ris verbis in carceris custodē inuectus, qua au-
[illegible] hoc facinus contra mandatum perpetrasset,
[illegible]. Cumque Antoninus scriba carceris custo-
[illegible] purga niteretur, Acathius Christi amore in-
[illegible]matus: Mea, inquit, pugnandi virtus è cælo est:
[illegible] enim quam vides corporis pulchritudinē non
[illegible] epulæ, quemadmodum tu existimas, sed
[illegible] IESVS mihi suppeditauit qui solo verbo
[illegible] suos curare consueuit. At iudex ea martyris
[illegible]pellatione offensus: Dentes eius, inquit, con-
[illegible] vt sciat non nisi ad interrogata sibi respon-
[illegible] esse. Et cōuersus ad custodem: Quidnam,
[illegible], scelestissimè respondes? Ad quę Cassius (sic
[illegible] custos vocabatur:) Per tuam amplitudinē
[illegible], inquit, me, quæcunque iussisti fideliter execu-
[illegible] fuisse: sed vidimus sæpiùs milites quosdam
[illegible] non absimiles splendida veste ornatos vul-
[illegible] curantes & cibum potumque offerentes:
[illegible] ingressus carcerem viros illos examinare
[illegible] cibos excutere vellem, repentè & illo-
[illegible] cibariorum conspectu priuatus fui: huncq;
[illegible] ligno alligatum inueni.

Dentes eius conterūtur.

[illegible] iudex furore percitus: Video, inquit, quid
[illegible] pecunias ab Acathij consanguineis accepisti,

& iudicium eludere constituisti, sed pœnas tan-
to scelere dignas pendes: statimque plumbeis vir-
gis terga eius pulsari iussit. Qui cùm cruciatus ma-
gnitudine victus lamentabiles admodùm voces e-
deret & veniam à iudice suppliciter deprecaretur,
Acathius risu propè dissolutus quamuis fractis ma-
xillis: Profectò, inquit, nequeo satis stultitiam vo-
stram admirari. At iudex furore percitus: Tunc, in-
quit, venisti, vt præstigijs ac veneficijs tuis consi-
nos derideres? & mox quernis virgis terga vétre-
que eius à decem hominibus robore præstantis-
verberari iussit. Tum verò martyr sub ponderis
pliciorum gemens semel iterúque exclamauit: Do-
mine Christe Iesu adiuua seruum tuum Acathi-
Hoc cùm iterata voce sublatis ad cælum oculis
ceret vox cælitùs demissa: Acathi, inquit, esto bo-
animo: nam breui præmiũ nullo vnquàm tem-
interiturum recipies pro ijs, quæ nunc in terris
fers, supplicijs. Hac voce & carnifices timore
pressi conciderunt, & iudex ipse ingenti admira-
ne perculsus ab inferendis martyri supplicijs
cem compressit: eumq; ad Flaccinum Thracia
consulem misit.

Crudelis iudex carceris custodẽ immerentem punit.

S. Acathius virgis quernis flagellatur.

Flaccinus verò qui vxorem Christianis sacri-
tiatam habebat ab eaque, nè grauia Christi Con-
soribus supplicia inferret, rogatus erat, Acathi-
in liberam custodiam dedit, & quinque post di-
recitatis actis eius capite plecti iussit. Postea
quàm beatus Acathius mortis sentẽtiam in se la-
audiuit, incredibili gaudio exultans exclama-
Quàm multis te linguis Christe dux vitæ la-
vellem qui me infinitis peccatis obnoxium pro-
gulari tua in nos bonitate tali sorte dignatus
Cumque extra Byzantium ad locum certam

Sententia mortis in martyrẽ.

carnificibus perductus esset, rursus orandi facultate concessa, genua summa cum reuerentia humi fixit, & Deo pro tantis beneficijs, quibus se planè indignum profitebatur, sine fine gratias egit: ac tandem gladio percussus ad cælos euolauit. Corpus eius fuit a viris religione ac pietate præclaris in locũ, qui Scaurius appellatur, inductũ & funus omni honore tanto martyre digno curatum. Posteà verò ad Scyllanium littus diuinitùs delatũ maiore ibidem honore asseruatum est.

Porrò arborem illam, in qua martyr Dei Acatius appensus tormentis excruciatus fuit (quã nucem fuisse dicunt) temporibus Arcadij Imperatoris adhuc superstitem fuisse scribit Nicephorus: licet Socrat. castaneam eam fuisse asserat. Quicquid est effecerũt sanè scriptores illi, vt arbor illa felicissima, sanguine tanti martyris irrigata adhuc virens in memoria hominum perseueret, & sit in posterum permansura longè beatior ficu Romulea, Iohannarum olea, Deli palma vel Mariana quercu, quam clarissimus orator scriptorum suorum monumentis perpetuitati consecrandam putauit.

Hæc Baronius.

Histor. lib. 13 cap. 38.

Lib. 1. de legibus.

MARTYRIVM S. VICTORIS MAVRI, cuius meminit S. Ambros. in Lucam, lib. 7. cap. 13. ex eo quod à Maximiano notario conscriptum est.

QVo tempore Maximianus Imperaror impius in Mediolanensi ciuitate atrocem in Christianos persecutionem excitabat, fuit illic mihi quidam, natione Maurus, Victor nomine, egregia profectò in Deũ pietate & fortitudine eximia: qui de religione Christiana apud Imperatorem accusatus constanter fidei suæ professionem edidit. Cuius virtute constantiaque commotus Imperator

8. Maij.

Victor apud Imperatorẽ

constāter se Christianū profitetur.

& in furorem conuersus horrendas illi minas sup-
pliciaque proposuit, nisi dijs sacrificia offerre pro-
poneret. Cumq; contemptis minis atque tormentis
Victor iterata voce responderet, Christianus sum
& Christo, cuius spiritu nutrior, me totum ab in-
eunte ætate consecraui: & vnica mea salus & vir-
tus Christus est: missus in carcerem sex diebus tor-

Mittitur in carcerem.

dēque noctibus omni cibo potuque destitutus squa-
lorem pertulit. Septimo verò die tribunali obla-
cùm eadem, imò maiore animi constantia, imo

Fustibus cæditur.

deorū sacrificia execraretur fustibus cæsus est
cone voce maxima assiduò clamante: Sacrifica-
quibus Imperator & omnes, diuinos meritò
res attribuunt. At martyr contrà vocem ex
clamabat: Iam dixi, iterumque dico me dæm
non sacrificare, sed vni Deo, cui meipsum sacri-
um laudis offero. Tunc Imperator eum in carce
abduci iussit: vbi toto triduo exacto iterum ad
tamen vocatus est. Adfuit martyr alacritate
dibili & sacrificare iussus respondit: Profecto
stimo & sanctissimis Christianæ religionis
quibus initiatus sum, & hac mea canitie indi
esse, vt à te homine corruptibili & nulli no
mitati obnoxio coactus collatam mihi à Ch
gratiam deseram. Hoc dicto non segniter pro

Iterùm fustibus cæditur.

tus Imperator iterū fustibus martyrem sanc
citer mactari iussit. Sed martyr omnes plag
peo orationis excipiens tyrannum irridebat.

Ea cōtumelia fractus Imperator rursus eum
ceribus mancipari iussit: & Anolino, qui ei a
lijs erat, mandauit, vt martyrem quoquo m
suam sententiam pelliceret. Et ille quidem
continuò homines dicendi fallendique satis
tos, qui multis blanditijs & promissis inge

martyris animum pertentabant, sed nullo prorsus operæ precio. Tunc verò Imperator furore incensus omnia tormẽtorum genera expediri & in martyris conspectum adduci præcepit. At Victor: Hæc quidem, inquit, ô Imperator, mihi tormenta minaris, sed longè tibi maiora, in iusto illo extremi iudicij die, à Deo parata sunt. Imperator non ferens hanc dicendi libertatem simulque ratus se contumelia affici, iussit feruenti plumbo totum martyris corpus perfundi. Sed accidit vt orante martyre, plumbum instar aquæ è fonte manantis corpus eius refrigeraret. quæ res ingentem ipsi Imperatori admirationem commouit. Vindictæ tamen cupiditate inflãmatus ad Vercellinam portam abduci mandauit. Milites autem cùm ibidem Imperatoris sententiam in martyrem diutiùs expectarent somno oppressi martyrem indè abeuntem non senserunt. Expergefacti verò eum insecuti sunt atque in stabulo ante equorum ora precibus intentum inuenerunt.

Bulliente plumbo perfunditur.

Tum verò varijs eum iniurijs afficientes foras eiecerunt: ac tandem Imperatoris sententia capitis damnatum, in sylua, quæ Dunlinus vocabatur, concarunt. Cùm autem ad supplicium raperetur conuersus ad carnifices: Dicite, inquit, Imperatori hoc anno illum è vita abiturum. Vt verò ad locum cædi destinatum ventum est, oculis manibusque ad cælum sublatis, dixit: Gratias ago tibi Domine Iesu Christe quòd me à ciuibus meis Nabore Felice Sanctis tuis non separaueris. Quo dicto intrepidè ceruicem gladio subiecit. Imperator autem vt martyris gloriam sempiterna obliuione inuolueret, corpus eius bestijs deuorandum obiecit. Sed illæ nullã non modò feritatẽ sacris reliquijs intulè-

Fuerunt hi martyres ẽtiã Afri idcircò ciues suos vocat.

tulerunt, sed etiam intactum inuiolatumque ab in-
cursu sceleratorum hominum conseruarunt. Tunc
Imperator tanta rei nouitate stupefactus, sepultu-
ræ honorem martyri concessit: quem Marinus An-
tistes non longè ab ea sylua, belluis & feris ei loco
cedentibus, qua potuit reuerentia impendit. Ego
Maximianus notarius, ab infantia Christianus, qui
licèt paganismi iuramento me cõstrinxerim, tamen
hoc martyris certamẽ, quod coràm oculis inspe-
noctu ad luminaria in scriptis redegi, & fideli
ratione ad posteritatem transmisi.

Turonensis de gloria martyrum lib. 1. cap. 45.

Porrò Gregorius Turonensis magnificam in-
huius martyris memoriam apud Mediolanen-
vrbem esse testatur, quòd sæpiùs vinctos ab e-
stulis dissoluat, captiuosq; liberos abire perm-
Et quidem Apollinaris cùm interfecto apud vrbem
Romam Victorio Duce, ab incolis loci illius
vlla vnquam redemptionis spe, in captiuitatem
riperetur exilioque mulctatus apud Mediolanum
degeret, & adueniente S. Victoris festiuitate vi-
lijs interesset, prostratusque coram sepulcro Sancti
impensiùs oraret: audiuit duos quosdam pa-
familiari colloquio admirandas martyris vir-
prædicare, alterumque alteri certò affirmante
nocte quendam à miseranda captiuitate eius
martyris virtute absoluendum. His auditis Apol-
naris quasi quodam auspicio ex Dei nutu adm-
tus iterum atque iterum ad martyris prouol-
tumulum orauit: vt saluus in patriam abscedere
posset. Moxque vocato puero equum sterni pra-
pit, quo conscenso præsidio beati martyris eua-

Vigilię in ecclesijs in festis Sanctorum.

VITA S. STANISLAI EPISCOPI CRA-
couiensis & Martyris. ex ea quæ est prolixè per
Ioannem

Ioannem Longinum Canonicum Cracouiẽsem. Passus est anno Gregorij Septimi Romani Pontificis septimo, à quo rex impius eius interfector regno, solẽni ritu priuatus est, regnũq; ipsum sacris est interdictũ.

STanislaus apud Polonos in territorio Cracouiẽsi pago Sciepanouio, ex se quidem obscuro sed illius sanctitate illustri & celebri ortus, parentes habuit pietate nõ minùs quã generis nobilitate prestantes. Patri eius VVelislao, matri Bognę nomen fuit, quos non modo generis splendor & rei militaris gloria, sed multò magis insignis religio cum raro quodam de omnibus benèmerẽdi studio, coniuncta commendabat. Cùm id temporis rara apud Polonos templa viserentur, illi pro eximia sua erga Mariam Magdalenã deuotione, sacram in honorem illius ædem exstruxerunt, quam non modò amplissimis prouentibus, aureis & argenteis vasis, & vestibus sacris, sed suis etiam precibus & assiduo pietatis studio ita illustrarunt: vt vita illorum non multũ à monastica perfectiõe discrepare videretur. Sed cùm multę eis & opes & copiæ suppeterent, non sterilitatis incõmodo eę obscurari videbantur: quoniam vt ab omni spe prolis exclusæ essent. Iamq; vigesimum in matrimonio agebant annũ, cùm præter omnem exspectationem grauidam se sentit; ac quodam post lustratos meridie greges domum pronunquans, haud procul ab ædibus absq; vlla obstetricis opera idque sine vllo debilitatis aut dolorum sensu filium peperit, quem statim in fonte abluto incolumis domum asportauit. Indè baptizatus est in æde S. Mariæ Magdalenæ Stanislaus vocatus anno Dñi millesimo & tricesimo, regnãte apud Polonos Meicislao Primo, anno regni eius tertio. Postquàm autem parẽtes eius tali se filio auctos

8. Maij.

Patria & parentes eius.

Pietas eorũ eximia.

Nascitur Stanislaus.

viderunt, pari consensu perpetuam Domino con-
nentiam vouerunt, eamque ad extremum vitæ spi-
ritum cum non mediocri sanctitatis laude conse-
uarunt. In ipso verò puero, teneriori infantia
perfuncto, sæpè obseruatũ est, illum mollioni
to relicto, super nudam humum aut paleas cubare.
Hinc ab vtroque parente, egregiam pueri indole
admirante, nihil quòd ad concepta pietatis fo-
ta magis magisque promouenda vtile esset, præ-
missum. Et quidem vt primum per ętatem lit-
teris & disciplinis liberalibus traditus est in-
dus, quas ille propter ingenij felicitatem ac
riæ tenacitatem mira est facilitate consecutus
ta illi grauitas, modestia & pudor in sermo-
tu & actionibus inerat, tanta ad virtutem pro-
sio: vt viri etiam grauissimi doctissimique in
rationem & amorem eius prouocarentur. In-
rili & tenera ætate tanta erat erga pauperes
gnitate, vt quicquid bona parentum volunta-
terat, pauperibus elargiretur, facilè daturus
ni præceptorum seueritate puer modestus
bundus vetaretur.

Indicia futuræ sanctitatis eius.

Postquàm verò adolescentiã ea modestia
rum sanctitate & grauitate exegit, in ipso
tis flore incredibili discendi studio flagra-
tiam Parisiorum se contulit, vt ætatem suam
re diuini pariter & humani iuris cognitio-
naret: vbi cùm vberrimos in vtraque facul-
sanctioribus etiam vitę disciplinis fecisset
sus, cœpit monasticæ vitæ cupiditate flagra-
Dominus, qui ad maiora eum certamina
bat, id minimè permisit.

Proficiscitur Parisios studiorum gratia.

Septennio Lutetiæ in studijs consumpto,
loniam cum instructa bibliotheca reuersus

vnique parente mortuo, cùm se locupletem cerne-
ret adire hæreditatem omnes opes suas in pauperes
insigni liberalitate distribuit, vt illis abiectis sarci-
tis expeditiùs Domino seruiret. necdum enim om-
nem monasticæ suscipiendæ vitæ cogitationem de-
posuerat: sed hærebat animo, quam viuendi ratio-
nem potissimùm sectaretur, cùm monastica quidē
videretur tutior & tranquillior, sed contrà formi-
dabat abscondere credita sibi à Domino talenta. Ea
tempestate ecclesię Cracouiensi pręerat Lambertus
Zula, qui Aaroni successerat, nolensque, de more,
pallium à Pontifice Maximo petere, id effecerat, vt
ea sedes deinceps nō Archiepiscopos sed Episcopos
haberet. Is vbi cōperit Stanislaum fluctuare animo
de vitæ instituto suscipiēdo, ad se accito persuadet,
vt in Clerum se sinat coaptari, creatq; eum Craco-
uiensis ecclesię Canonicum, ac deindè etiam auctor
illi est, vt sacerdotio initietur. Quo in statu omni-
bus sui ordinis hominibus, optimis exēplis pręfuit.
Porrò etiam cōcionandi munus obiens plurimos à
corruptis moribus ad honestatis studiū traduxit, &
in Dei amorē incendit; eò magis faciliusq; quò lon-
gatis ab omni arrogātia eius doctrina aberat, eximia
vitæ sanctitate ac morū integritate mirificè ornata.
Hinc Lamberto Zula ex rebus humanis discedē-
te anno Dñi millesimo septuagesimo primo, mensis
Decemb. die quinto & vicesimo omniū suffragijs
ad episcopalem cathedram euocatus est. Ille verò
quibus diebus non paucis resisteret, suosq; humeros
ad ferendo oneri impares clamaret, precibus ta-
men & lachrymis virorū ornatissimorū expugna-
tus tandē cessit, non absque metu & tremore; veri-
tus ne diuinæ resisteret volūtati, quæ per tot ora &
suffragia ipsi innotesceret. Confirmatus igitur ab
Alexan-

Distribuit sua pauperibus.

Fit Canonicus & Sacerdos.

Succedit in episcopatu Lamberto Zula.

Alexandro XI Pontifice Maximo eiusdemque iussu consecratus animum ad ecclesiæ illius gubernacula ità adiecit, vt cunctis se virtutibus instructum declararet. Nihil sibi præclariùs & præstabiliùs ducebat, quàm per omnē vitam Saluatoris insistere vestigijs: Et quidem ante omnia pauperum, pupillorū ac viduarū cura illi assidua fuit, adeò vt domus illius ægris & egenis plena semper videretur. Calamitosorum hominum & iniuria oppressorum causas acriter tuēdas suscipiebat. Habebat ad beati Sylvestri Pontificis morem viduarum omnium suæ cœcesis nomina conscripta, quibus pro facultatis ratione subueniebat; omnes episcopatûs sui proventus in pauperum & viduarum solatia conferebat. Ac eo pietatis studio contentus frequenter eis ad mensam sedentibus, exclusa famulorū turba cibum potumque ministrabat, ac pari charitatis officio fœdidos pedes nixus genibus abluebat. Ad condonandas autem tolerandasque iniurias fuit sanè promptissimus, adeò vt nunquam perturbati animi iudicium dederit, sed quibuscunque potuit modis pro maleficio beneficium reddiderit.

Benignitas eius in pauperes.

Humilitas egregia.

At verò eo modo sanctissimo viro se comparate, & tum doctrina, tum vitę sanctimonia omnium prælucente, & in summa trāquillitate munus suum exercēte, hostis antiquus ecclesiasticam pacem tam lætis crescere successibus, sanctique Præsulis virtutes & studia absque liuore florere, diutiùs passus est. Sedebat ea tēpestate apud Polonos ad regni gubernacula Boleslaus eius nominis secūdus, qui multis rebus præclarè gestis, & militari quoque gloria non minùs quàm pacis laudibus insignis, ea partam tamen eximia virtute gloriā effrenata quadam in venerem propēsione obscurabat. Nam

Boleslaus rex Poloniæ.

rebus felicitate elatus, ad explendam carnis libidinem, sua minimè contentus vxore, virgines & matronas ingenuas, primò quidem clàm cõstuprat, ac posteà immensa malæ consuetudinis mole pressus perfricta planè fronte semper in deteriora prolabebatur. Ea res quanquàm grauiter procerum offenderet animos, nemo tamẽ regem obiurgare ausus fuit. Solus Stanislaus inani timore postposito, mortis periculo cõtempto, omnibus exclusis aditibus regem adit, & constanter, in quantam sit prolapsus turpitudinẽ exponit, docetque, ni protinùs effrenatam libidinẽ coërceat Deum pariter & homines se infensos habiturum: ac sibi suoque regno eternam ignominiam cum certa pernicie imminere. Ostendit etiam quãtam non modò animæ sed corpori etiam fœditatem vitium illud adferat, & quantam de eo vindictam cùm in alia, tum in hac vita Deus expetat. Rex etsi non mediocriter incandesceret, attamen non ignorans Stanislaum præcipuum iustitiæ cultorem, multaq; virtute illustrem, illis minis vel terroribus cessurũ, interim se compressit: animique furorem ficta lenitatis specie dissimulauit. Verùm mox ab eius recessu conceptum primo furorem expromere cœpit & præcipuos aulæ nobiles obtestari, ne tantam, vt ipse interpretabatur, iniuriam inultam paterentur: quorum pestiferis adulationibus incitatus effrenatiùs etiam quàm ante in fœdas libidines, posthabita salute & existimatione sua, prosilijt: adeò vt feruentis cupiditatis impetu victus Mecislai nobilis in Siradiensi regione viri vxorem nobilem æquè atq; pudicam, armata militum manu, abripuerit & frustrà reclamante, atque rei indignitatem queritante marito, eam libidinem fœde abusus fuerit.

Stanislaus regem corripit.

Immane flagitium regis

Hæc

Hęc aliaque cùm per summam indignitatem rei nefarius patraret, & omnes regni proceres iniquis facinoribus in grauissimum sui odium prouocaret, nemo tamē vel episcoporum vel procerum inuentus fuit, qui regem pijs monitis ab instituta perditionis via reuocare vel sui eum officij cōmonere auderet. Solus Stanislaus animo ad martyrij certamen parato, cōtra multiplicem impietatis rationem pugnabat, regemque intrepidus secundo, adiuncto illi vtriusque ordinis viris adijt, atque, ni protinus desisceret, fulmen excommunicationis ei intermitatus est. Tùm verò rex in furorem rabiemque effusus, contra pia monita horrendas minas cum terribili verborum tonitru eiaculatus est. Sed Stanislaus eiusmodi tempestate verborū nihil motus perstabat in admonendo, docens atque obsecrās vt saltem paulisper mentem indueret, & imminentem diuini iudicij furorem dignis pœnitentiæ operibus à suo capite ac toto denique regno auerteret. Hęc postrema Stanislai ad regem oratio quāuis a cæteris regno cum vocis applausu exciperetur, eiusque prudentiam & animi constantiā admirarentur omnes, regis tamen animum libidine occupatum nihil mouerunt: sed cùm illius sancti viri tam sapientem incantantis voces ampliùs ferre non posset, prorupiti furore è solio exiliens immaniter se à Stanislao læsum vociferatus est, atque omnibus modis illatas sibi iniurias cum iureiurando vindicaturum protestatus.

Stanislaus secūdo corripit regem & excommunicationē minatur.

Nec mora communicato cum proceribus & aulicis quibusdam concilio, vindictæ cupiditate acriter inflammatus omnes vlciscendi modos inquirebat. sed cùm in virum inculpata vitæ & morum integritate vallatum, nulla omninò nè tenuis quidem

criminis suspicio caderet totus ad fraudes & calumnias conuersus est: nihilque non fecit vt virum sanctissimum per summam iniuriam atro carbone notaret: & apud populum vniuersum sempiterna ignominia afficeret. Emerat vir beatus in tractu Lublinensi pagum Petrauinum, à Petro quodam equite, vnico pagi eius hærede, quem Cracouiensi ecclesiæ, precio eius integrè persoluto, adiunxerat, eumque iam propè triennio absque vllius infestatione possederat. Et quia sacer Antistes ex sua fide & ingenio aliorum etiam fidem probitatemque metiebatur, neglectis actorum publicorum instrumentis, nudis testibus sibi cauerat. Id vbi comperit rex, vocatos ad se Petri nepotes, ad quos pagus ille iure hereditario deuolutus esset, hortatur vt episcopũ de uniuersa hæreditate sua apud se deferant atque illis trahant: additque se facilè minis absterritu-ros testes, quorũ fide maximè nitebatur Stanislaus, ne ausint pro illo testimonium dicere. Hac illi [illegible] & præda allecti negotium facessunt vi-[illegible], eique per summam audaciã & iniustitiam [illegible] litem intentant.

Boleslaus rex molitur fraudes in Episcopũ.

Citatur itaque ad iudicium antistes, cui rex ipse, [illegible] more receptum erat, præsidebat, & ab ad-[illegible] accusatur, quód præter ius in eorum hæ-[illegible] inuaserit. Respondet vir sanctus se opti-[illegible] eam sibi vendicare, pecunia Petro illorum [illegible] numerata. Negant id aduersarij. Promittit [illegible] se testes producturũ: nec id recusatur. Sed [illegible] est ab eis dicendum testimonium, illi præ [illegible] obmutescẽtes ne malè à rege mulctẽtur, [illegible] sanctum per summum scelus destituũt. Iam [illegible] occasum tẽdebat & Episcopi res in pericu-[illegible]abatur. Lætabatur rex, lætabãtur aduersarij,

Stanislaus ad iniquum citatur iudicium.

qui

qui opimam prędam iam ſpe magna deuorauerat
Anxius interim vir Dei, omni auxilio humano de-
ſtitutus certam in Deo fiduciā repoſitam habebat.
Tandem eius inſtinctu animatus, coram rege & to-
to illo conuentu promittit ſe poſt triduum teſtem
veritatis producturum, ipſum Petrum, licet iam
triennio vita functum: quę res miraculi & ſtupor
plena, apud poſteros ob credētium imbecillitatem
plus admirationis fortaſſe, quàm fidei habitura eſt.
Ijs verò auditis, primò quidem ſtupent omnes,
poſteà rei, vt ipſi putabant, impoſſibilitate me-
penſata, in riſum verſi, ſibilis & ſannis virum
tanquàm parùm mentis ſuæ compotem exci-

Antiſtes cōfugit ad auxilium diuinum humano deſtitutus.

Intereà Staniſlaus veſte indutus cilicina, tri-
no ſuis indicto ieiunio cum clericis & paucis
in Petrauinum diſcedit pagum, & coram al-
proſternens multis cum lachrymis diuinam
nenter opem implorauit. At verò vbi ſponſi-
luxit dies, re diuina ex more peracta, pontifi-
dutus veſte accedit ad Petri ſepulcrum, am-
per miniſtros humo, ſubmittit ſe in genua, &
magna cum fiducia ad Deum precibus, pa-
manu contingit cadauer, iubetque illum Pe-
puluerem planè redactum in nomine Patris
& Spiritus ſancti à mortuis reſurgere, vt ve-
filijs hominum proſtitutæ & deſertæ teſti-
perhibeat. Confeſtim reuiuiſcit homo &
corpore è monumento tanquam à ſuaui e-
ſomno, prodit. Tùm Staniſlaus apprehēſa
nu, chlamyde circundatum in præſentiam
regis, & ait: En Boleſlae rex, hunc ego teſtem
co venditionis & emptionis, & perſoluti
quod ille pro pago ſuo exegit. Magnus fiebat
num concurſus certatim rediuiuum intuen-

S. Staniſlaus excitat defunctum à mortuis.

...tum, omnesque rei nouitate attoniti sublato ad ...m clamore diuinum miraculum collaudabant. ...verò Petrus ille in vitam restitutus sic regem ...pellauit: Ego ad preces Stanislai iussus à Deo ...vos redire, ad tuum hic testis & euictor assisto ...nal, palãque confirmo me pagum Petrauinum ...pta pecunia vendidisse, neque istos meos nepo... ...quam in eo iuris habere, sed Stanislao ab il... ...lo malo calumniam adhiberi. Et mox conuer... ...nepotes & testes: Quis, inquit, vos furor huc ...t, vt alij calumniando, alij veritatem celando, ...vos scelere obstringeretis? quod nisi digna pœ... ...dilutũ fuerit, grauissima vos Dei vindicta, ...hac, & futura manet vita. Illi incredibili stu... ...oppressi obtumescebant. Rex verò tam euidẽti ...lo compulsus, quamuis non absque multo a... ...felle & molestia, pagũ Stanislao adiudicauit. ...ita gestis beatus Antistes ad pagum Petraui... ...abijt cum Petro. Vtque ad sepulcrum ventum ...ait, Petre, vt gratitudinis ergò aliquot ti... ...vitæ à Domino impetremus? Cui Petrus, ...quit, Pater sancte, vitam hanc, quã mortem ...appellẽdam censeo, nequaquàm expeto: sed ...qua præsente Dei vultu frui possum. Nam ...iusto Dei iudicio hactenùs Purgatorij pœ... ...pessus sum, attamen spero breui me ad supe... ...migraturum. Tu quæso, mi pater, ora pro ...ad citò fiat: aut si iustitia non permittit, ali... ...supplicij tempore minuatur. Promisit Sta... ...se curaturum quod petebat, & ille rediens ...crum animam rursus expirauit.

...us tam illustris & præclari miraculi fama, ...um Stanislai nomen apud Polonos & exte... ...eberrimũ reddidit; sed regis etiam furorem

Resuscitatus regem & alios alloquitur.

& libidinis flammam nonnihil repressit: quãquã illa conuersio nullo pietatis fundamento stabili non potuerit esse diuturna. nam cùm postea noua ex Russis victoriam adeptus fuisset, in fœdissima rursus cum suis militibus libidines prolapsus est & totus deindè ad ingenium & pristinos mores uersus, tyrannidem in suos exercere cœpit; eo impietatis prorupit, vt nullis se monitis vel pr bus ad sanitatem reduci pateretur.

Iterùm corripit & monet regem Stanislaus.

Tùm verò iustitiæ zelo inflammatus Stan omni prorsus formidine calcata ad regẽ, mul cerum & militum stipatum caterua, reuer prolixa admodùm oratione animum eius i piscẽtiam flectere nititur: amplissima Dei, rigat, promittens munera, sin verò in suscep lere & dementia persistat temporarias simul ternas sibi suisque à Deo pœnas constitutas cet. Sed rex praua scelerum consuetudine de tus, omnem animi medicinã respuebat, & medicum maiori iræ impotentia excãdescens tumelias & minas iaciebat. Sed Stanislaus tumelijs & maledictis constantior effectu contra furibundum regem precibus & mo gnabat, & vltrices gehennæ flammas prop Sed rex omni saxo durior, cùm sui similis pe ret vir sanctus ad extremum, fulmen eccle ei interminatus est. Quod rex vsque adeò tulit, vt cum fremitu quodã & indignis ve iniurijs repentinum ei interitum moliretur.

Rex ei mortem minatur.

At vir sanctissimus qui iampridem mag tyrij desiderio flagrabat, tam præsenti mor culo nihil penitùs permotus, multò etiam quam antè ad procurandam regis salutem & nicæ gentis libertatem tuẽdam accendebatur

integras sæpè noctes in precibus & lachrymis & suspirijs exigeret: & mille modis impendẽtem Polonici regni ruinam auertere niteretur. Tandem verò cùm cerneret regem per omnia flagitiorũ genera [illegible] impudentiùs vagari, neque vlla lenitate & mansuetudine ad saniorem mẽtem reuocari posse, ab Ecclesiæ corpore eum separauit & præcidit, ac quamquàm dira cõtagione infectum ab ingressu templi exclusit. Ea res cùm soleat medicinæ faciendæ [illegible] id genus deploratis hominibus adhiberi, crudelis & libidinoso regi adeò furorem auxit, vt planè deliberarit crudelissimo supplicij genere sanctissimum virum è medio tollere. Auxit verò impietatẽ quòd etiam anathemate percussus nihilominùs per summam impudẽtiam diuinis se officijs ingereret: [illegible] palam, in odium & contemptum Stanislai singularem quandam turpitudinem suam, quam humanæ aures ferre non sustineãt, in oculos omnium pateret, non contentus infando & nimis execrando [illegible] priuatim se contaminare, nisi id etiã publicè ostentaret. Vidit hoc & indoluit Stanislaus & [illegible] renes eius, nec zelus illius tantam nequitiam dissimulare potuit. Iussit igitur, vt præsente rege, diuina in ecclesia cessarẽt officia, & ipse pio [illegible] secundum iudicium legis Apostolicæ accensa [illegible] quo ille impurus abutebatur, ornatum [illegible] suis ipse manibus detraxit, & nares ei auribus amputauit. Tum verò rex incredibili furore [illegible], viam omnẽ modumq; excogitare cœpit, [illegible] primum animum suum acerrima vindictæ [illegible] exulceratum episcopi sanguine sanaret. [illegible] haud procul Cracouia templum in editiori [illegible] diuo Michaeli Archangelo sacrum. In id sanctus Antistes diuinum peracturus sacrificium, se

Stanislaus regem excõmunicat.

Zelus Stanislai admirandus.

Templum S. Michaelis.

receperat. Id Boleſlaus vt comperit ratus iam adeſ-
ſe opportunitatem patrandæ cædis celeri gradu, ne
fuga elaberetur Staniſlaus, ſuis ſtipatus fatellitibus
eò aduolauit, & armatos, qui ſacrificantem inter-
merent, milites in adyta templi immiſit. Illi quan-
uis audacia ſatis feroces & amentia præcipuè in-
ruerent, mox tamen, dum ſtrictis enſibus nituntur
ferire epiſcopum, immodico terrore correpti, ne
ſupini in terram cadunt, humique reptantes è tem-
plo ſe euoluunt. Rex illorum increpans ignauiam
iubet eos ad facinus edendum redire: redeũt iam
ſed rursùs humi proſternuntur. Iterum exeũt ter-
tiò cogit rex templum ingredi, nec audent reſiſtere
reuerſi obrigeſcunt omnes, & maiori, quàm ante
impetu collabuntur. Tertiò egreſſi ad regem, ro-
cant quid ſibi acciderit, aiũt Staniſlaum diuina vir-
tute ſeruari. Boleſlaus furoris ſui ſtimulis agitatus
& minacibus verbis milites ſuos ignauiæ infimulat,
ipſe ſtricto enſe ferociter irruit, ſanctumque Stanis-
lem altari aſſiſtẽtem, quanta poteſt vi maximo gla-
dio percutit, & palpitantem adhuc ſuis ipſe ma-
bus naſo, genis oriſque partibus, vt deformis
pareret, nefariè ſpoliat. Deindè corpus exanimè
templo extractum militibus ſuis concidendum
dit. Illi priorem ignauiæ, vt putabant, maculam
piaturi certatim in ſacrum illud corpus gladij
pugionibus ſęuiunt: dexterã amputant, capitis
cant, coronam capitis, quam raſo capite referunt
cerdotes, gladijs excindunt, ac poſtremò reliquum
corpus in ſexcentas partes crudeliter diſſecant.
tamen hac totius corporis diſſectione crudeliter
tentus impius rex, iubet membra ſecta in varias
ſpergi partes, vt à beſtijs & volucribus deuorentur
vetuitque ſceleratus, graui propoſita pœna, ne quis

Boleſlaus rex manu ſua S. Staniſlaum crudeliter interficit.

Corpus S. Antiſtitis miſerè laniatur.

vt iam doloris significationem in morte antistitis e-
dere præsumeret. Cumque ad iussa capessenda pro-
perarent milites, & iam longè lateque sacros artus
dispergerent, ecce digiti vnius articulus in flumen de-
cidens à pisce deglutitur. Atque vt celebritatem no-
minis eius & sanctitatis famam aboleret penitùs,
aut saltem obscuraret, fictis criminibus omnia eius
facta virtutesque præclaras calumniando peruerte-
rent, non est veritus: prorsùs vt vir ille in vniuerso re-
gno sanctissimus omnibus passim ludibrio, & qui-
dam mensarum ludus ac vulgi fabula esset.

Sed omnipotens Deus non passus est tam fœdè
sanctissimi martyris sui existimationem lacerari.
Nam altera ab eius cæde die, cùm iam sacrum cor-
pus à feris & auibus putaretur absumptum, eccè à
quatuor mundi partibus totidē raræ formæ & ma-
gnitudinis aduolarunt aquilæ, quæ magno studio
loca omnia circumuolantes cōtra incursum & vim
ferarum sacra Præsulis membra tutatæ sunt. Vide-
runt etiam viri religiosi nocte, quæ necem eius se-
cuta est, miri splendoris radios in omnes corporis
dissecti partes cælitùs effundi, totidemque singulis
locis ardere lāpades, quot illic partes corporis ha-
berentur. Hæc verò triduò non solum rumore vul-
gus, sed crebrò etiam à fidelibus conspecta, quosdā
ecclesiæ Cracouiensis Canonicos & primores, non-
nullos etiam fide integros & constantiores laicos a-
duarunt, vt contemptis regis minis, sacras partes
illis accuratè colligerent, singulasque apto naturæ
ordine inter se coniungerent. Ibi tum contigit mi-
raculum omni admiratione dignissimum. Nam si-
gnalisq; id ità factum fuit, corpus diuina protinùs
virtute adeò integrum conspectum est, vt nulla in
vocatricum vestigia apparerent. Tanta verò odo-

Præclarum sanè miraculum.

ris suauitas indè prodijt, vt omnium nares ea mirificè complerentur. Auxit etiam miraculi magnitudinem vnicus ille digiti articulus, quē ante à pisce deglutitum diximus, qui, lumine quodam piscem prodente, inuentus & corpori posteà adiūctus fuit. Fuit autem sacrum corpus hoc modo restitutum in ædem sancti Michaelis honorificè quidem, sed regis obstante furore, sine luctu aut ceremonijs sepulcrum. Ipsum verò sepulcrum assiduis noctibus cæli luminaria illustrabant, & quotidiana miracula magis magisque sanctitatem viri testabantur.

Postquam verò rumor nefandi facinoris ad Gregorij VII Pōtificis Maximi aures perlatus est, Pontifex & Cardinales multo tempore in luctu & mœrore ob immanem tam præclari viri necem versati sunt: & regem sceleris que ministros [illegible] ne excommunicationis percussit, ac totum [illegible] regnum interdicto subiecit, regioque honore [illegible] auit. At Boleslaus in instituto mentis furore & pertinacia perseuerans Pontificis anathema toto [illegible] nio pro nihilo putauit, donec diuina perurgente [illegible] dicta, prosperi successus in diuersum mutat[illegible] Etsi autem Pontificis anathema animum ei[illegible] cruciaret plurimùm, plus tamen rumore ill[illegible] de luminaribus & lāpadibus cælitus ad mon[illegible] tum Stanislai submissis, ferebatur, torquet[illegible] est. Et quidem cùm nullam rumoribus istis [illegible] adhiberet, vt certiùs aliquid cognosceret, ipse [illegible] oculis è specula arcis Cracouiensis ea lumina[illegible] dit, & lampades è cęlo supra sepulcrum desce[illegible] tes cōtemplatus est. Tùm verò ferocitas anim[illegible] nihil compressa patrati sceleris grauitatem ei [illegible] ruit, & in summum suiipsius odium eum ad[illegible]

Gregorius Pōtifex VII regem excōmunicat, & regnum interdicto subijcit.

Exagitabant eum die nocteque scelerum furiæ, adeò vt nec cibum nec somnum placidè capere poterat. Tandem cùm diutius vrgentes conscientiæ stimulos ferre non posset, & à suis sibi metueret, cum Mescono filio & quibusdam alijs fuga sibi salutem quærens, in Hungariam ad Ladislaum regem se recepit: à quo sanè licèt honorificè exceptus & humaniter aliquamdiu habitus saluus tamen, diuina eam vltione persequente, diu cõsistere non potuit.

Diuina vindicta in Stanislaum.

Non secundo exilij anno subito languore correptus & amentia percussus, syluas & loca auia petebat, vbi à proprijs canibus, cùm repentina morte exeinctus esset, fertur deuoratus. Ita vt quod beato Stanislao ille struxerat, in suo cadauere stupendo Dei iudicio perpessus sit. Plexi sunt diuinitùs quijs modis, qui ei in sancti viri nece socij fuêre. Successit ei Vuladislaus frater eius, sed nequaquàm cum regio munere regium sibi nomen vsurpare ausus fuit. Est autem hoc inprimis memorabile quòd eo decennio ab interfectione beati viri singulis vicibus luminaria & lampades cælitùs demissæ, cælere visæ sunt.

Decimo autem ab eius martyrij anno imperauit vir sanctus per visum nobili cuidam matronæ vt eorum ipsius corpus per Lambertum episcopum eius successorem in ædem primariam transferri curaret. Creditum est illi matronæ, quòd eius dicta aliorum testimonijs fulcirẽtur. Aperto igitur monumento mira odoris suauitas inde effusa est, & sacra reliquię in summam ædem Cracouiensem Episcopi ipsius & Canonicorum humeris importatæ sunt anno salutis millesimo octogesimo octauo, quinto Kalendas Octobris.

Translatio corporis eius.

Plurima deindè meritis beatissimi viri edita sunt

miracula, quorum è multis vnum silentio prætere
non possumus. Cùm diu multumque laboratum e
set sub Innocentio IIII Romano Pontifice vt in
Sanctos referretur, & Cardinale Ostiensi Rainaldo
(qui posteà Iunocentio succedens, Alexãder dictus
est) admodum repugnante res effectũ obtinere non
posset, Cardinalis morbo correptus, à medicis in
vitæ desperationem vocatus est. Hoc morbo ad
es aliquot laboranti, apparuit S. Stanislaus vigilan
ti & decumbenti cum multo splẽdore & gloria
bens vt in signum sanctitatis suæ quamprimum
nus è lecto surgeret, & etiam atque etiam vi
nè deinceps pijs aliorum conatibus obsisteret. Ex
res adeò permouit Cardinalem illum, vt cũcti
rantibus repentinam eius sanitatem, mox ad Pon
ficem Innocentium se conferret, eumque impor
nis etiã precibus vrgeret, vt sine hæsitatione in San
ctorum catalogo illum asscriberet. Itaque Pontifex
in eam curam intentus cùm iam coram infinita
minum frequẽtia Assisij, in hoc opere versaretur
dit iuuenis cuiusdam recenter defuncti cadaue
templum inferri. Cumque tacitus adhuc apud
Stanislai sanctitatem in dubium vocaret, statim
ram altari humi se prosternens supplex Domi
rogauit vt præsenti miraculo sparsam vbiq; de
nislao sanctitatis famam confirmaret. Vix pr
finem fecerat, cùm ecce defunctus ad vitam re
Pontifex gaudio perfusus, peracto sacrificio Sta
nislaum Sanctorum catalogo dignum pro
& festum ei diem octauo Maij celebrandum
martyrij palmam adeptus est, decernit. Incidit
res in annum Christi supra millesimum duce
mum quinquagesimum cùm iam à cæde beati
viri fluxissent anni centum & septuaginta quinque

Præclarum miraculũ.

Defunctus suscitatur.

Perm

Permulta indè secuta sunt miracula, quibus Deus sanctum cohonestauit martyrem suum ad laudem & gloriam nominis sui, quod est benedictum in secula. Amen.

VITA S. PETRI ARCHIEPISCOPI TArentasij. ex ea quæ iussu Lucij Romani Pontificis à Gaufrido Abbate Altæ Tubæ conscripta est Migrauit ex hac vita anno Domini millesimo centesimo septuagesimo primo, cùm sedisset annis triginta tribus.

VEnerabilis hic Petrus in Viēnensi diœcesi parentibus insigni pietate natus, paternæ fraternæque virtutis æmulus in ambiguo adolescentiæ tempore mente minimè ambigua in cœnobio Bonæuallis Christianę militiæ nomen dedit: vir tanta tamque eximia cōtra infensos animarum hostes pugnauit vt omniū oculis admirabilis, breui post ad Stamediensis cœnobij regimen cum Abbatis nomine ac dignitate assumptus sit. Quod sanè honoris genus cùm horreret maximè, & inuitus ad tantum eum dignitatis titulum admitteret, tùm in medio honorum omnium decursu ita se ab omni ambitione & voluptatum contagione illibatum seruauit, vt nihil eo humilius, nihil pauperius videretur. Vitam vt plurimùm simplici pane ac aqua prouenire sustentabat, si quid verò obsonij esset idiomatis pauperibus distribuere summę illi voluptati erat. Hospites mensa illius pauperes & peregrinos habebat, ijsque conuiuis adeò delectabatur, vt quo quis pauperior vel infirmior eò gratior aduētaret. Ea tempestate Idraël quidam homo prauis opinionibus imbutus Tarentasi ecclesiæ præsidebat, qui per gregem sibi commissum in eandem secum pedem trahere conaretur maturè tanquàm arbor in-

8. Maij.

Petr⁹ in monasterio Bonęuallis se Deo consecrat.

Victus eius.

Benignitas eius in pauperes.

Idrael Episcopus.

utilis Apostolica falce præcisus est: & in locum eius Petrus substitutus; qui licèt primò totis viribus illud honoris fastigium recusaret, tandem tamen Bernardi Claræuallensis Abbatis viri sanctitate & eruditione præcipui auctoritate victus gradu illum conscendit: ita tamen vt de suscepto vitæ rigore nihil minueret, sed potiùs indies aliquid adijceret: & summa contentione ad culmen non honoris sed paupertatis ac perfectionis aspiraret. Ante omnia verò nihil vir sanctus antiquius habuit quàm vt pauperes & calamitosos homines à gra[illegible] paupertatis malo liberaret. Itaque domus illius aula sed veriùs xenodochium videbatur, ad quod ægri & egeni vtriusque sexûs commeabant, [illegible]busq; beati Antistitis adiuti tantam cõsolationem vt maiorẽ non possent, inueniebant. Ipse verò [illegible]cùnque pergeret tanta liberalitate, tanta affectione pauperum curam gerebat, vt cùm nummis exhaustus esset sibi ipse vestimenta detraheret, eaque [illegible]dis & egenis largiretur.

Petrus fit Episcopus.

Cùm aliquandò per Alpem (quam quidam Columnam Iouis appellant) iter haberet, & xenodochium nimis inops inueniret, statim propria [illegible]pensa ædificia dilatauit, & prædijs atque animalibus egregiè locupletauit, vt opportuna transeuntium necessitati subsidia ministraret. Simile beneficium in monte, qui Læsionis dicitur, (licèt [illegible] prouinciam suam constituto) pauperibus [illegible] Et in Iurensibus solis pari pietate ac munificentia xenodochium ordinauit. In regione Prouinciæ vili quodam tugurio secùs viam cùm fœmina extremo paupertatis malo miserè oppressam [illegible]niret tanta erga illam misericordia motus est, [illegible] præ nimio dolore vox ei, cùm fari vellet, interrupta [illegible]

Vide eximiã charitatem

...ur vimque lachrymarum profunderet. Tandem ...que sibi neque suis parcens, vestes alias atque ali... omnibus detraxit, easque cum ingenti pecuniarũ ...dere fœminæ largitus est. Hinc cùm eius beni...tas misericordiaq; nullum sciret modum vndiq; ...d eum innumerabilis hominũ multitudo conflue...re cœpit, alij corporum, alij animarũ salutem quæ...rantes: quam omnibus cum magna sanctitatis ac ...raculorum virtute impertiebatur. Cęcis visum, ...tis loquelam, surdis auditum, claudis gressum, ...incommodis varijs laborantibus desiderata con...lit remedia, tantisque virtutum signis claruit vt ...vlla orationis vi cuncta exprimi possint.

Cùm autem tam excellens in omni genere virtus ...mmo honore ac miro totius populi applausu ex...peretur, vir sanctus salutari timore concussus ne ...tius tantis exaltata honoribus eum per vanã glo...riam præcipitem daret: fuga salutem quæsiuit. Per ...s igitur difficiles perque loca inuia noctis silen...o vno comitatus socio ad cœnobium quoddam ...dinis sui Cistertiensis in Germaniam peruenit: ...ignotus aliquandiù latitans diurna pariterque ...turna rerum diuinarum meditatione pascebat ...mum. Sed tandem à puero quodam, qui in eius ...milia nutritus fuerat & illac tunc fortè iter habe...agnitus à fuga illa retractus est: & maiori cum ...plausu atque admiratione in pristinum honoris ...dum restitutus. Tùm verò necessitate compul...o reiectam sarcinam humeris iterum imposuit, ...ad intermissa illa externæ pietatis opera reuer...s nouis beneficijs vniuersos sibi deuinxit. Incre...bili charitate gregem suum prosequebatur, adeò ...sui etiã capitis periculo, illi si opus fuisset, con...uisset. Multa odia inueterata frequẽter extinxit,

Vir sanctus mũdi fauores pertimescens fugit ad Germaniæ cœnobium.

bella

bella admodùm grauia compeſcuit, & diſſidentia membra mutua beneuolentia conciliauit egregiè.

Ijſdem diebus cùm Romani Imperij prouincias ſchiſmatica rabies exagitaret Chriſti Eccleſias peſtiferæ hæreticorũ opiniones occuparent, ſolus ipſe eorum furori ac prauitati ſeſe oppoſuit, ſolus diuinis ſermonibus improbos arguit & pullulantem vbique opinionum diuerſitatem conſtanter oppreſſit, oberrantes verò ouiculas ad Eccleſiæ gremium reuocabat, lapſos erigebat, & ſtantes confirmabat: hæreticos autem totis viribus irruere conantes diãtis fidei armis egregiè protectus repellebat. Ita conſtantia & virtute vt quanquàm ipſe Imperator hæreticæ prauitatis libidini faueret plurimos & præcipuos bellatores defenſoresque Catholicæ fidei acerrimos ſubmoueret: exilioque damnatos nefariè opprimeret, hunc tamen Petrũ reuereretur ſupplexque non rarò ſe eius ſuffragijs cõmendare. Erat inter alios infames hęreſiarchas Heribertus Eccleſiæ Chryſopolitanæ antiſtes qui Imperatoris furorem contra virum ſanctum iniquis ſuggeſtionibus acuere nitebatur: nullumque non mouebat lapidem vt Petrus pari cũ cæteris exilio mulctaretur. Sed vir ſanctus nec venenata inuidiæ tela, nec Imperatoris furorem pertimeſcens eccleſiam tuebatur miraque conſtantia varias inimicorum oppugnationes ſuſtinebat: cumque Heribertus furor tus armatus inſtatet, & vrgeret & vim propè inferret vt vir ſanctus, deſerto loco, oues ſuas lupo ſeuorandas traderet, ipſe indicta ſupplicatione generali, diebus admodũm quinque precibus & ieiunijs pro libertate Eccleſiæ contra tyrãnidem pugnauit etiam atque etiam à Domino contendens vt ſcelerato Heriberto ſaniorem mentem & pœnitentiam

Imperator quanti Petrum fecerit.

Indicit ſupplicationẽ contra hæreticos.

cum tempusque tribueret, vel nefariam pestem ci-
tius de medio tolleret: nè ad totius corporis conta-
gionem tandem permanaret. Eccè verò vt oratio
ad quintum diem protracta fuit, Heribertus diuina
vrgente vindicta miseram cùm schismate animam
exhalauit.

Accersitus est deindè vir sanctus à Romano Pon-
tifice Alexãdro, eius nominis tertio, vt per Italiam
Tusciamque Catholicos hæreticorũ fraude oppres-
sos consolaretur, hæresesque nefandas deleret: quod
sanctè præstitit egregiè signis & virtutibus admiran-
dis, quos sermone non poterat, expugnans. Accidit
eodem ferè tempore cùm in cœnobio Longiuadi,
vltare in memoriam S. Bernardi Abbatis dedicaret,
vt quidam iniqua cupiditate stimulatus argenteam
in eodem templo crucem furaretur. Quo cognito
vir sanctus sacrilegum anathemate percussit, pręci-
piens nè priùs pedem templo efferret, quàm ablatã
crucem restitueret. Res mira. Homo ille quamdiù
delere contaminatus erat, fines monasterij, quam-
dum instanter conatus, egredi non potuit. Perstitit
ab hominus improbus in diem alteram, sperãs post
episcopi discessum illam exeundi difficultatẽ sub-
iram iri. Sed nec tunc quidem libertatem consequi
potuit, nisi priùs per salutarem dolorem ipse se a-
nathematis vinculo soluisset. Et hunc quidem pro
ipsius sic meritum constrinxit: alios verò innume-
rarijs & animæ & corporis doloribus miserijs-
que oppressos soluit & multos etiam diabolica ty-
rannide & fraude vinctos in libertatem vindicauit.
Non possunt omnia quæ per eum Dominus operari
dignatus est miracula recenseri. Cùm grauis inter
Franciæ & Angliæ reges discordia exorta esset quæ
quoque regno excidium minitare videretur, Ponti-
fex

Confirmat Catholicos per Italiam.

Sacrilegus excõmunicatus fugere non potest.

Discordiam inter Frãciæ & Angliæ re-

gem exortã extinguit.

fex tantum sibi de Petri auctoritate & gratia polli-
ceri ausus est, vt eum ad vtriusque regis animum
sanandum nouoque fœdere conciliandum destina-
re minimè dubitauerit. Et sanè quanquàm vtriusq;
furor nullius auctoritate vel precibus placari posse
videretur, vir sanctus primo tamen congressu id ef-
fecit, vt ortam dissidij & imminẽtis belli flammam
non modò extinxerint sed agminam etiam mansue-
tudinem induerint. Nec aliud sanè fuit quod poten-
tissimorum regũ ferociam ità subitò compescuit
quàm sanctitatis & miraculorũ eius celebritas
longè lateque cum ingenti admiratione vagabat.
Itaque cùm annos triginta admodùm & tres in-
scopali functione & omni vitæ sanctitate expleuit
set ingenti sui desiderio relicto lætus ex corpore
ergastulo ad cælos migrauit.

Moritur vir sanctus.

VITA S. GREGORII NAZIANZIN.

Episcopi, Patris celeberrimi atque doctissimi, ex quæ est per Gregorium Presbyterum conscripta.

9. Maij.

GRegorius qui propter excellentem rerum di-
uinarum cognitionem, cognomentum à Theo-
logia consecutus est, patriam habuit Ne-
dam Cappadocum prouinciam vrbem Nazianzi-
quæ quidẽ per eum adeò nobilitata est, vt apud
tremos etiam orbis terrarũ fines clara atq; illustris
extiterit. Parentibus ortus est nobilibus ac
iustitia præditis. Et quidem pater eius Abraham
iuspiam instàr paterna terra idolisque relictis ad
gregium pietatis cultum migrauit: excussaque
psistariorum nefaria superstitione atq; impo-
sacris aquis à Leontio episcopo Cæsareæ Cappa-
ciæ expiatus, tanta virtute constantiaq; percepta
Dei gratiam tutatus est, vt non multò post Nazian-

Patris & parentes eius.

...æ ecclesię gubernacula tractare meruerit. Mater ...ē quæ cum ipso lacte pietatē hauserat, cùm ma...læ prolis cupiditate flagraret supplicibus preci...ab huiusmodi beneficiorū auctore petebat, vt se ...compotem faceret, promittens se nasciturū fi...m Deo oblaturam. His precibus assiduò intenta ...nocturnū visum nascituri filij vultum nomenq; ...nouit: qui tandē in lucem editus egregiā naturę ...olem exhibuit: prorsùs vt ex moribus, quanquā ...rilibus & disciplina quàm sectabatur, præclarū ...tum futuræ sanctitatis specimen præberet.

Votum matris eius.

Nascitur Gregorius.

Cùm autē simul cum ætate incredibilis in eo li...rarum amor cresceret, primùm Cæsaream profe...ctus est, vbi cum pręstantissimis quibusq; consuetu...ne habita doctrinam haud exiguam collegit: indè ...Palæstinam migrauit, vt optimam dicendi facul...tatem addisceret. Hinc Alexandriā, quæ ad Pharum ...est, perrexit, vt multiplicem prudentiæ thesau...rum ex varijs hominū moribus rebusq; colligeret. ...a in vrbe cùm plurimum vtilitatis percepisset, ...ctissimas illas Athenas inuisere cupiens AEgenea ...ctus naui, Parthenio mari, alieno quāquam tem...pore atque ad nauigandum incōmodo se commisit. ...que coorta repentè tempestate summū vitæ pe...ulū vectores subierunt: prorsùs vt venti in aper...tam nauis perniciem cōspirare viderentur. Ibi verò ...alij oēs corporis mortem deflerent, Gregorius ...animæ exitio atq; internecione solicitus vestem ...rabat, tantisq; clamoribus & querelis vectores ...nes exterrebat, vt nemo esset, qui non, omni sui ...ius cura abiecta, illius luctui sese socium adiun...geret. Nondum enim sacris aquis à primi parentis ...licto, quod in oēs deriuatur, expiatus erat. Itaq; ...præsens animæ periculum euaderet post lachry-

Discēdi causa peregrè proficiscitur.

Athenas nauigans periclitatur nau fragio.

mas

mas & preces multiplices ardenti pietate fusas, vo-
to se obstrinxit fore, si saluus euaderet, & ad rege-
nerationis lauacrum perueniret, vt se perpetua ser-
uitute Deo consecraret. Hoc votum protinus opta-
ta serenitas consecuta est, tantaque tranquillitas vt
ipse non modò Gregorius per insperatam ex tem-
pestate salutem Dei manifestè misericordiam, sed
& ij qui varijs multi fidisque erroribus tenebantur
vnius ac summi Dei potentiam intelligerent: ita-
pari cum Gregorio alacritate ad Christi fidem ac-
tumque reciperent.

Votum Athanasij.

Postea verò quàm nobilem illam florentem
Athenarum vrbem attigit, fuit magno doctorum
mnium gaudio propter iugij præstatiam excep-
quò etiam non multò post Basilius Magnus Bri-
tio appulit cuius consuetudine statim mirifice
lectari cœpit: adeo vt mutua eorum conium
& animorum cõcordia nihil copularius vide
Erant enim vna eademque fide collustrati, pa
virtutis amore flagrantes incredibiles in omni
tute & sapientia progressus faciebant. Omne
que artium disciplinas præcipuas ita mente
gitatione assecuti sunt, vt in omni eruditione
Athenarum præstãtissimos facilè primas tenen
philosophorumque opiniones, qui sese de
tię magnitudine venditabant, egregiè labefa
Et quidem Basilius, postquàm multis para
thenienſium philosophiam superasset, do
recepit: Gregorius autem à cãdidata Athen
iuuentute cõsectis, vt dici solet, manibus re
docendi prouinciam subire ac sophisticã alce
cathedram coactus fuit. Verùm haud multo
iecto tempore tandem potestate in patriam re
andi obtenta, tricesimo iam anno in artium

Venit Athenas.

Gregorius docet Athenis.

feliciter exacto, in patriam profectus est. Ac primùm diuino tinctus lauacro legem sibi indixit, nè quam iuramento labia sua contaminaret, quam altremum vitæ spiritum egregiè seruauit. Cum parentes illi auctores essent, atque vrgerent vehementer vt nominis celebritatem ac rerum terrenarum splendorem amplitudinemque summo studio sectaretur, ipse promissionis suæ memor statim se Deo consecrare aggressus est, ac mundi honore contempto die nocteque veritatis splẽdorem ex familiari sacrorum librorum lectione tota auiditate concupiuit. Et quidem dum hoc modo mente assidua in cælestibus versaretur, sæpè in somnis Christum perspicuè intuitus est: tãta cum animi sui voluptate vt mundo planè mortuus nihil præter diuinam mente ac cogitatione circumferret.

Baptizatur.

Videt Christum.

His alijsque pietatis studijs operibusque sanctis cum iuuenilem ætatem exegisset pater filium inuitum planè ac repugnantem ad sacri muneris functionem presbyterijque dignitatem euexit: cumque consulis etiam honore eum dignissimum iudicaret Gregorius vt curas mentem humì deprimentes effugeret, in Pontum clàm ad Basilium abijt: vbi mutua virtutis æmulatione exstimulati præclaras monasticæ vitæ leges pijs & à mũdi societate disiunctis hominibus scripserunt. At verò pater & canitie & curis grauis & filij Cæsarij interitu mœstus & luctu profligatus, cùm orbitatem & solitudinẽ suam ægrimè ferret, eas ad Gregorium epistolas dedit, quibus à Ponto redire compulsus fuit. Cùm autem Cæsarius ingẽtem pecuniarum vim & possessiones amplissimas (præter alias enim dignitates quæstoriæ officio functus fuerat) suis reliquisset, multæ execrabili quadam rapacitate per fas & nefas

Fit Sacerdos.

Gregorius cum Basilio monasticos canones edit.

defuncti facultatibus inhiarẽt, easq; spe magna d
uorarẽt, Gregorius vt parẽtem senectute & morb
fractum (nonaginta nãque vitæ annos expleuera
iudiciorũ turba molestiaque leuaret, totam illa
curarũ molem suis humeris sustinere coactus est.

Eadem tempestate cùm Ariana hæresis dira
ragione per Ecclesiam grassaretur, multosq; in
eruditione viros à vera fide pietate abripere,
rentem etiam eius morum simplicitate decep
eandem in fraudem impulit. Ex cuius prolo
sanctus quantum animi dolorem hauserit, qu
que in mœrore & tempore versatus sit dici
test. Vt autem nefariam hæresim extinguere
tremque in gratiam matris Ecclesiæ reducere
duis orationibus & peruigilijs Deum placa
duit, nec priùs à pio labore studioq; quieuit,
exortas Ecclesiæ tenebras noua veritatis lux
ret, & obscuratas fidelium mentes splendor
onis suæ collustraret. Itaque & patrem in
duxit, & distracta ac diuulsa membra synce
glutino coniunxit, & hęresim nefariam profl
Nec dubitauit vir sanctus hæreticę prauitat
ri ac libidini constanter sese opponere, ipsu
put Iulianũ Imperatorem infamem apostat
ctiua oratione proscindere ipsiusq; scelus o
que impietatẽ in oculis & aspectu omniũ p
re: palamque hortari omnes vt subdolã Iuli
ctrinam externa pietatis specie tectam de

Ariana hæresim prodigat.

Inuectiua Gregorij in Iulianum.

Porrò cùm Athenis adhuc ageret & Iu
stris cum Iuliano admodùm adolescente
ad Imperium euecto, operam daret ferturet
quibusdam animi indicijs, tantò antè amicis
casse, Iulianum ad omne scelus proclium
atque impium bellum Catholicę veritati

Gregorius quid de Iuliano prędixerit.

tum: magnosq; in Ecclesia motus ac grauem perse-
cutionem concitaturum. Ac sceleratus quidem ille
furorem rabiemq; suam in Ecclesiã expromere non
destitit: Gregorius verò totis viribus sese oppone-
re, & cõiurata hæreticorum arma impetumque re-
pellere non formidauit. Inierat aduersus hæreticos
cum Basilio societatem belli sacri, vt coniunctis vi-
ribus in hæreticorum præsidia arcesque irrũperent,
& vinctas eorũ scelere ac furore animas eriperent:
utamque Ecclesiam miserãda seruitute oppressam
in libertatem integram vindicarent. Præstitit idi-
psum vterque egregiè, prorsùs vt duo illi tanquàm
præcipua Ecclesiæ luminaria in medijs tenebris re-
licta apparerent: horrendãque caliginem quę mul-
tos indies inuoluebat, repellerent.

His rebus studijsque cùm nocte dieque intenti es-
sent, Cæsariensis ecclesiæ Antistes ad vitam meliorẽ
migrauit, cui protinus Basilius successit: Gregorius
verò ad Sasimorum regimẽ electus varijs modis ar-
tibusque eum honorem subterfugere conatus est.
Cum enim animi tranquillitatem in vita præcipuè
sectaretur, quò totam mentem in diuinarum rerum
contemplationẽ defigeret, nullo modo huiusmodi
negocijs se implicare volebat, eaq; nõ secùs quàm a-
uerrimum quendã philosophiæ hostem declinabat.
Sed cùm pater pro sua auctoritate eũ vt filiũ coge-
ret, & vt sacerdotẽ obsecraret, ne tam sacri sanctiq;
muneris functionẽ animo adeò pertinaci reijceret,
tandẽ paternis & precibus & auctoritate expugna-
tus manus dedit, & Nazianzenæ ecclesiæ curã susce-
pit: ità tamen vt defuncto patre, in cuius gratiam il-
lud honoris pondus potissimũ subibat, palàm testa-
retur se ad pristinũ philosophiæ ac humilitatis stu-
dium redire velle. Itaque vtroque parente fato per-

S. Gregorius Sasimis dãtur Episcopus.

Relicto episcopatu abit Seleuciam Gregorius.

functo ex Ecclesia se proripuit, Seleuciamque profectus, in virgineo sanctissimę Teclę cœnobio commoratus est: vt videlicet eo absente alius Nazianzenæ vrbi antistes præficeretur. At verò cùm Nazianzum reuersus pastorem nullum subrogatum cerneret, tametsi plebs vniuersa multis lachrymis eum flectere niteretur, nulla tamen ratione adduci potuit, vt relicto arcanæ sapientiæ studio, cum dignitatis gradum denuò conscenderet: quin potius veræ paupertatis ac simplicitatis amator ita vnius vacabat, vt interim diuinæ gloriæ salutisque cōmunis mirè studiosus nocte dieque pro omnium [illegible]tate ac profectu sudaret. Itaque intermissam quamdiù Basilij consuetudinē repetens pium [illegible] consilium & ipso ius inprimis charitate dignum medium protulit. Magnus erat calamitosorum [illegible]minum numerus qui tetra lepræ contagione [illegible] alijs quidem horrorē Basilio verò & Gregorio [illegible]sericordiam commouebant. Quorum calamitatem consulerent ædes cumprimis amplissimas & [illegible]orum prouentuum diuites extruxerunt: quas [illegible]perum gymnasia appellari volebāt. In quibus [illegible]gorius præclaram admodum operam studium [illegible] Dei magnificentia & benignitate dignū collocat.

Domus hospitalis ęgrorum & pauperū à Gregorio & Basilio extructa.

Nec interim minori cura ac vigilantia labo[illegible] Ecclesiæ opem ferebat: nouasque subindè hæ[illegible] pullulātes pietate & eruditione reprimebat. [illegible]nō pauci ex pestifera Ariani doctrina progna[illegible] Filio ęqualem quidem cum Patre substantiā & [illegible]riam concedebant, sed Spiritum sanctum [illegible] aspernabantur. Horum blasphemias Gregorius extingueret diuino spiritu impulsus Byzātium [illegible]ijt, atque ecclesiam planè oppressam & grauis[illegible] hæreticorum impietate fere extinctam, sacrasque [illegible]

Hæresis Macedonianorum.

domos spoliatas & per vim occupatas breui recuperauit: & splendore doctrinæ ac pietatis suæ, horrendam tenebrarum caliginem, quæ fidelium oculos mentesque inuoluerat, dispulit, optatissimamq; veritatis lucem restituit. Nondum eam pestem integrè profligârat, cùm Apollinarius Syrus nouam quandam hęresim in lucem efferre conatus est: qua astruebat Christum carne tantùm, anima verò rationis experte prędituṁ fuisse. Ea opinio quanquàm absurda multos tamen discipulos inuenit, quos auctor, quia profana eruditione excellebat, multis verborum lenocinijs in fraudem induxerat. Rursùs igitur difficili certamine cõstrictus Gregorius strenuè se opponebat & firmis solidisque argumentis falsas opiniones specie quadam veritatis subnixas refutabat. Sed cùm ea vulgi captum excederent, lupi fide & auctoritate præualentes, pium pastorem insuspicionem mendacij adducebãt: & rudem plebem falsis sermonibus inflammabant, vt virum sanctum tanquàm seditiosum & veritatis calumniatorem lapidibus obruerent: Verùm Deo militem suũ & veritatis defensorem tegente frustrà in eum saxa contecerunt. Tùm verò correptum ipsum consulari iudici sistunt, vt de eo tanquàm tumultuum & seditionis auctore suppliciũ statuat. O stuporem admirandum: ô vim mendacij insignem, si Gregorius de his rebus dicẽdi libertatem obtinuisset: sed cùm tantisque rerum acerbitatibus premeretur nihil proloquutus est aliud quàm hoc vnum: Propter nomen tuum Christe, etiãsi ambulauero in medio umbrę mortis non timebo mala, quoniã tu mecũ es. Atque a iudice sine verberibus & tormentis dimissus martyr sine periculo vibicibusq; laureatus est.

Hæresis Apollinaris.

Impetitur lapidibus Gregorius inde rapitur ad tribunal.

Huiusmodi porrò certaminibus clarissimè per-

functus iam apud omnes cùm ob doctrinæ præstantiam tùm ob virtutem totq́ue exantlatos labores illustris admodùm censebatur. Quo factum est, vt Petrus vrbis Alexandrinæ Antistes, egregijq́ue illius Athanasij successor, à Gregorio Magno Constantinopolitanæ ecclesiæ præfecturã ei postulauerit: & inuitũ pro Ecclesię fideiq́; defensione eum dignitatis gradũ subire compulerit. Eodem tempore erat in ciuitate regia Maximus quidã genere Aegyptius, moribus barbarus, & nouus quispiã Iamnopallio tenus philosophus qui subdolam aduersus Gregoriũ aciem instruebat. Cùm enim ficta pietatis specie episcopum cepisset, ita vt eadem cum eo domo, eademq́; mensa vteretur, & apud omnes ratione haud vulgarem grauitatis pietatisq́; opinionem captasset, Byzantinæ Sedis dignitatẽ æmulari cœpit. Et quia ad huiusmodi gradũ auro inprimis opus esse nouerat, callida quadam circumuentione presbyterum quendam induxit vt ingentẽ pecuniæ summam, quam ad marmoreas tabulas coemendas Byzãtium attulerat, sibi traderet. Is autem cùm simia ingenij leuitate Maximo fidem adhiberet, eam tradidit: quam protinùs alij quidã, sceleris sui ad miniculum Alexandriam destinârunt, summa vi contentione Petri animum expugnantes, vt Maximum summę auctoritatis & sanctitatis (vt ipsi quidem asserebant) virum Byzantinę vrbis Antistitem crearet. Hæc cùm summa celeritate clãculum aperentur Petrum eò impulerunt vt & literarum quas ad Gregorium anteà dederat & virtutis eius nominisq́ue splendoris oblitus Maximum, eiecto Gregorio, Byzantinum Episcopum declarauerit. Verùm huius rei fama per vrbem sparsa, tanta repente animorum motus facti sunt vt plebs vniuersa amica

Præficitur ecclesiæ Cõstantinopolitanæ.

Petri Alexãdrini temeritas.

[illegible] & inimici perditam illam profligatamq; Ma-
[illegible] ambitionem non modò execrati fuerint, sed
[illegible] etiam Gregorio vehemēter succenserint, quòd
[illegible] beneuolētia & familiaritate nefarium homi-
[illegible] complexus fuisset. Fuerat enim antè Græcorū
[illegible]stitione cōtaminatus Maximus & Herculem
[illegible] coluerat: ac tandem simulata religionis spe-
[illegible] baptismi gratiam à Gregorio petierat, obtinue-
[illegible] Itaque fideles Byzantini impietatem illam
[illegible] fraude tectam detestantes culpam in ipsum
[illegible]gorium transtulerūt, adeò vt exulceratos plebis
[illegible]mos orationis medicamento lenire coactus fue-
[illegible] Non enim, dicebat, ô viri, ideò culpæ obnoxius
[illegible] quòd malitiā non pręsenserim, cùm hoc solius
[illegible] sit, qui intimos animorum recessus solus pene-
[illegible] potest. Nos enim futuros rerū euentus perspe-
[illegible] habere nō possimus, nisi Dei munere hoc nobis
[illegible]cessum fuerit. Itaque si hominē paterno affectu
[illegible] beneuolētia cōplexus fuerim si ex legis præscri-
[illegible] viscera misericordiæ ei aperuerim, q̄ à nefaria
[illegible]corū superstitione ad sanctissimę religiōis cul-
[illegible] se trāsferre volebat, certè crimini mihi dari nō
[illegible], pręsertim cū ex Christi mādato nemini fores
[illegible]cludēdæ sint. Hac oratione multitudinis iracun-
[illegible] repressit, maiorēq; sibi beneuolentiā cōciliauit.
[illegible] Interea Maximus cùm in legibus sanctionibusq;
[illegible]lesiasticis nihil, quo se tueretur, haberet, impe-
[illegible]rio edicto sacerdotium sibi vendicare cogita-
[illegible] vt qui non sacerdotem, sed tyrannum agere de-
[illegible]isset. Itaq; AEgyptiorum præsulum agmine sti-
[illegible] Theodosium, qui tunc Thessalonicę erat, adijt
[illegible]que vrbis episcopatū ab eo petijt. Verùm Im-
[illegible]ator postulatum nō modò reiecit, sed ira etiam
[illegible]que vehementibus hominem insectatus est.

Maximi fraus & impietas.

Gregorij ad Constātinopolitanos oratio.

Hac igitur ſpe deiectus Maximus Alexãdriam pro-
fectus eſt, cumq; ijſdem technis præcipuos ferè Pe-
tri familiares auro pellexiſſet, ipſum quoque pa-
improbitate aggreſſus eſt, dicens: Aut mihi princi-
pis ciuitatis epiſcopatum aſſere, aut à tuo nõ abſti-
nebo. Et quidem in perſpicuum malum audax ho-
minis facinus deſijſſet, niſi Alexandriæ Præfectus ſe-
ditionis & cædum metu, Maximũ vrbe exturbaſſet.
Atque ille quidem præmia temeritate digna tulit.
Gregorius autem cùm depulſis periculis, optatum
rebus quietem reſtituiſſet, reditum in patriam
ditabatur, vt laborum multitudine & curis fra-
quod reliquum erat vitæ totum in cæleſtiũ
meditatione exigeret. Sed plebs cognito pa-
ſui diſceſſu concordi fletu orbitatem ſuam de-
rans, diſcedendi cupiditatem repreſſit, propo-
periculis, quæ ſanctiſſimæ religioni ipſius diſ-
imminere dicebat, ab ea mente virum ſanctum
uocauit.

Itaque vir Dei tantæ multitudinis ſalutem
uatis commodis proponens iterùm Eccleſiæ
excolere cœpit, tanta vigilantia animique ſo-
vt omnibus impietatis ſpinis euulſis & peſti-
hæreticorũ doctrinis profligatis ſolum ortho-
fidei lumen clariſſimè fulgeret. Nec mirum
quippè qui dogmatum ſublimitate ac Theolo-
adeò excellebat, vt quamuis permulti viri doctri-
laude celebres, varijs ſeculis diuinitatis doctri-
explicârunt, hic tamen ſolus poſt Iohannem Eua-
geliſtam Theologi nomen inſignitus ſit, atque
cognomentum ipſi velut proprium & peculiare
tributum. Enimuerò quemadmodum alias om-
laudes atque virtutes animi complexu tenebat,
nè à Prophetiæ quidẽ gratia deſerebatur. Iam vera

Theologus dictus Gregorius ſolus poſt Iohannem.

quot publicos conuentus suis orationibus exhilarauit, quot hominũ iracundias mitigârit, quis commemorare valeat? Ipse verò si qua ab alijs iniuria pressitus fuisset eam vltionem instãter expetebat, non vt graui aliqua pœna eos mulctaret, sed vt delicta agnoscerẽt, Dominique pedibus aduoluti imperatem proderent & salutem denique consequerentur. Itaque qui eum oderant beneficijs afficiebat, in viam redeuntes incredibili beneuolentia ac caritate amplectebatur. Huic plures multò leniore sua, quàm seuera disciplina ad Deum adduxit. Erat enim mirifica verborum suauitate præditus, & non secus ac præstantissimus medicus ægrotantium habitudinem explorans, congruentem cuiusq; morbo medicinam adhibebat: pręclarê prudenterque secum statuens non omnibus omnia conuenire. Huic non modò vulgus sed ipse etiam Imperator Theodosius illum venerari & sine fine admirari nõ desistit. Et quidẽ cùm bello, cum Orientalibus Barbaris ex animi sententia gesto, triumphis elatus ad Imperatoriam vrbem reuerteretur, Põtificem Gregorium pro eo, ac laboribus illius dignum erat, honorificè accepit, prolixoriq́ue alloquio suam erga eum beneuolentiã declarans, postremò hæc ad eum verba habuit: O Pater, Deus tibi tuisq́ue sudoribus ex me Ecclesiam cõmittit. En igitur sacram ædem Patronum tibi trado. Ea re mirificè gauisus Gregorius votis precibusq́ue Imperatorem remunerãs ipsum aula extulit: Ariani autem, qui ad hoc vsque tempus sacrosanctam domum tenuerãt, sicariorum manu comparata, cum Imperatore quidẽ precibus, cum Gregorio verò armis contendere decernunt. Itaque cùm publicè armis instructi, tùm priuatim subornato quodam qui ad Pontificem accederet, e-

Eius prudentia in moderãdis subditis.

Theodosij Imperatoris erga eum beneuolentia.

Ariani mortem intentat Gregorio.

iusque pectus ense traijceret, omnibus modis mor-
tem intentabant. Atque hæc quidem erat hostium
conspiratio.

Postero autē die, cum prima luce populus cum
pastore ad sacram ædem recipiendam pergeret non
minùs grauis, quàm si ciuitas hostili impetu expu-
gnaretur, tumultus excitatus est, plerisque homini-
bus in vicis tectisque cum armis stantibus, multi-
busque & pueris grauē eiulatum permixtim edi-
tibus. Ipse quoque Imperator templū vnà cum be-
to Gregorio ingressus est. Vt autem multa in re-
humanis casu euenire solent, nubibus Solis sub-
luculum subeuntibus, tenebræ repentè coortæ sunt.
Quæ res, vt à festo atque huiusmodi lætitia alie-
Arianos non parua lætitia afficiebat, perinde ac
Deus templi translationem minùs gratam habe-
pias contrà animas intolerabili dolore cruciat.
verùm simulatque Episcopus & Imperator sac-
valuas ingressi sunt, atque omnes vnam eandem
laudationis vocem sustulerunt, manusque cum
chrymis extenderunt, confestim Dei prouide
subducta nube, fulgentes Solis radij sacrosanc
domum splendore perfuderunt, aëreque colla-
to, homines animi mœrorem in lætitiam com-
tarūt, principemque obsecrare atque obtestari
perunt, vt Episcopum in throno collocaret. At
gorius cùm ab illa sede abhorreret, nec præ vita
tinentia & corporis infirmitate vocem in tanto
minum numero mittere posset, per quendā hi
bis multitudinem affatur: O filij, nunc tempus
vt beneficium à Trinitate acceptum agnosca
gratiasque ipsi agamus. De throno aliàs age
Hec audiens populus cōticuit: Imperator ver
minis modestiam ad stuporē vsque admiratus

gimagisque eius consuetudine delectari, ac parenti loco eum colere cœpit. Verùm Gregorius Deo cum Imperatori operâ dare multo præclarius existimans frequenter ex vrbe in agros secedebat, vbi precationibus & cõtemplationibus animum externarum rerum curis oppressum recreabat: & ægrotis eum recreandis inuisendisq; sedulò incumbebat.

Tandem amplissimæ ecclesiæ Præsul institutus, Ibidem volens in Archiepiscopali Sede collocatus inter opes versatus est, vt conscientiæ potiùs suam rationum referendarum curam haberet. Ex omnibus verò ecclesiæ bonis ne vnica quidẽ drachma facultates suas auxit, cùm tamen maximam talentorum copiam, si ità ipsius voluntas tulisset, colligere potuisset. Adeò namque diuinis rebus tota mente intentus erat, vt cauponum veriùs, quàm Ecclesiasticorum esse diceret, temporalium rerum administrationi incumbere.

S. Gregorius creatus Archiep. Constantinop.

Mira eius inter tantas opes continentia.

Tandem assiduis laboribus & senio corporisque debilitate fractus in morbum incidit: cumque consuetudine oppressus lecto se cõmittere cogeretur, protinùs ingens populi cõcursus ad eum factus est, qui pro impensis in salutem omnium laboribus gratias agebat. Inter alios verò aderat tum fortè adolescens quidam, qui manibus suis beati viri pedes comprimens cum lachrymis & lamentationibus sceleris veniam supplex postulabat. Gregorio autem sciscitante, quid sibi hoc sermone vellet, nihil respõsi dabat, sed tantùm lugebat & veniam petebat. Tum quidã ex ijs qui astabant, ità locutus est: Hic est ille carnifex tuus, ô Pater, qui à nonnullis hortatus, ferrũ tibi in præcordia defixurus erat, nisi Christus perspicuè tibi auxilio fuisset. Proindè hic ad pedes tibi procumbẽs clamat, suscepti sceleris

leris pœnitudine affectus. Confestim ille, vt Patri æquum erat, adolescẽtem ita alloquitur: Propitius tibi Christus sit iuuenis charissime, tibique ipse agnoscat, qui me quoque seruauit. Hoc solum ad facinoris excusationẽ à te peto, vt hæresim execreris, atque ad Deum accedas, ipsique sinceram & voluntariam seruitutem offeras. Hoc tam leue respõsum cùm ad plebem permanasset, miro ardore omnium animos in Patrem tam benignum excitauit.

Facilè ignoscit sicario qui necem illi molitus erat.

Synodus Constantinopolitana.

Sub id tempus Synodus centum & quinquaginta episcoporum coacta est, tum vt pium Præsulem Nazianzeniæ ciuitati præficerẽt, tum vt hæreses, quę in mundum Arriani rerũ potirentur, exortæ fuerant, Damenici Cõcilij decreto ab Ecclesia eijcerent. Ea uerò quæ ad hęreses profligandas pertinebant, ... tò antè Gregorius præstruxerat, atque in ipsa ... Synodo pari animi contentione cum alijs, vt ... osas bestias ab Ecclesiæ ouili arceret, decertauit. ea verò Synodo Gregorius Concilij decreto in ... chiepiscopatu confirmatus est. Et quanquam ... mum ab ea dignitate planè alienum haberet, ... tamen amore illo honoris titulo se decorari ... est. Sed paulò pòst cùm Meletius Antiochẽsium ... stor, vir fidei probitate insignis, & qui florentibus Arrianorum rebus, multis calamitatibus exhaustus, diuturno exilio mulctatus fuerat, extremo ... Constantinopoli perfunctus esset, noua de ... contentio inter Episcopos excitata est: Alijs ... suffragijs statuta fuerant rata habentibus, alijs ... quæ iam decreta fuerant, rescindentibus. Tum ... beatus omnibus Episcopis in vnum coactis, ... ad concordiam hortatus est; seq; non inuitum ... honoris ac dignitatis locum relicturũ testatus ... Tandem post multa, discedẽdi potestate obtenta ...

Contentio de Sede Cõstantinopolitana.

Cap.

Cappadociam perrecturus, cùm clerum ac pręstantissimum quemque populari multitudine aduocasset, eosque ad fidei depositum seruandum admonuisset, maximo sui desiderio omnibus relicto, Arianum profectus est, quem locum ex paterna hæreditate ad se deuolutum possidebat. Ibi verò postquàm nonnihil temporis quietus egisset, vitamque philosophiæ opera purgasset, in extrema tãdem senectute educam hanc vitam cum meliori & præstantiorum statu, cuius hic pertenues etiam species reperiri queant, permutauit. S. viri obitus.

MARTYRIVM S. GORDIANI CLARISSIMI viri. ex eo quod apud Surium extat. Passus est quidem sub Iuliano, sed sciendum est (quemadmodum monet Baronius) carnificinas illas, quas Romæ in Christianos exerceri solitas ferunt, non ab ipso Iuliano, sed Aproniano vrbis Præfecto institutas fuisse. 10. Maij.

TEmporibus Iuliani cùm Christianæ pietatis fideique cultores à iudicibus vrbiumque pręfectis eiusdem scelerati Imperatoris edicto [illegible]rios cruciatus suppliciaque raperentur inter [illegible] beatus Ianuarius venerãda senecta & presbyterij honore cõspicuus à Gordiano in vincula conjectus est. Qui cùm sanctum Presbyterũ inter quæstionem ad deorum sacrificia nefandamque superstitionem impellere niteretur, Ianuarius: ô, inquit, [illegible] aperes toto cordè ad Christum Saluatorem verum conuertereris, & post tantas vitæ huius tempestates vel serò tandem animæ tuæ requiem procuraret. Gordianus cùm surda aure hãc sancti viri admonitionem pertransiret, noctu è custodia eum ad [illegible]ccersens, voluit se eius sermonibus oblectare. Ianuarius qui viri clarissimi, & si ingenium spectares,

Vide Notas Baronij, hoc die in martyrium Gordiani.

Ianuarius presbyter.

Ianuarij admonitio ad Gordianũ.

ctares, minimè mali cæcitatem miserabatur: F
dicebat, noli vanis & inutilibus sermonibus te
pus terere, sed potiùs considera impietatem tu
qua in trucidandis Sanctorum corporibus ne
te tuosque contaminasti. Agnosce quæso scelu
um atque ad fontem salutarem propera, ne pœ
tantasque huius vitæ miserias sempiterna te
menta inuoluant.

His auditis Gordianus: Quid, inquit, si di
is audiens fuero, nunquid tu mihi facinorum
rum omnium suppliciorumque veniam prom
Imò verò, inquit presbyter, non modò veni
insolitum quendã iustitiæ splendorem insp
liceor; qui tanto te gaudio perfundet, vt fa
gnoscas nullam vitam esse, vna Christianor
stantiorem. Hæc audiens Gordianus pro
nimò commotus est, vt ingenti lachrymarum
oculis profluente ad vxorem, Marinam nom
reciperet: eique Ianuarij monita panderet. E
itaque noctis hora vxor arrepta manu vir
Ianuarium abijt, seque vnà cum marito ad
viri sancti abiecit, orans atque obsecrans vt
ri lauacro vtrumque expiare dignaretur. At
rius: Videte, inquit, num toto corde credatis
quam decet conscientiæ puritatem circum
Scio enim quàm arctè hominem constringi
que potenter vinciant huius mundi honores
vos Imperator affecit maximis. Maxima cu
proponentem audiret presbyterum contin
in suum cubiculum adduxit, & Iouis sim
tripodemque ei ostẽdit, vt eadem ad vsus
que vellet destinaret. Sanctus autem acce
festim igne ea conflauit & in cloacam pro
ingẽti cum gaudio Gordianum virum clar

Gordianus cum vxore & 53 è familia sua baptizatur.

cum vxore Marina & promiscui sexûs familia ad
ces & quinquaginta sacris aquis expiauit.

Eodem tempore post dies quatuordecim, Iulia-
nus misso ad Gordianum Clemẽtiano tribuno, sci-
re voluit num Ianuarius ad deorum cultum animũ
appulisset: cumque tribunus familiari colloquio
multa de viri sanctissimi constantia quæreret, Gor-
dianus: ô Clementiane, inquit, profectò si veritatis
lumen admittere & Christum verum æternumque
Deum cognoscere velles, spretis hominum minis
terroribusque sempiternam vitam cum ineffabili
gaudio contemplareris, quam ego mihi paratam
arbitror. Nam ad Presbyterum Ianuarium quod at-
tinet, tantùm abest vt ego eum supplicio afficiam,
quin potiùs magno me honore affectum putarem si
vel pedes eius humi prostratus exosculari merear.
Hæc audiens Clementianus concito gradu ad regiam
properauit: multisque clamoribus cum eiulatu ex-
cratis Ianuarium presbyterum sæpiùs magum ap-
pellauit, quòd magicis artibus Gordianum eiusque
coniugem cum tota denique familia dementasset:
& deos in massam redactos conflatosque intole-
randis contumelijs affecisset. Tum verò Iulianus
iracundia inflammatus Gordianum catenis vin-
ctum in custodiam dari, vxorem verò perpetuæ
publicorum seruituti, in pago quodam quem ad a-
quas Syluias vocant, mancipari iussit. Clementi-
anus autem à Iuliano in Gordiani dignitatem sub-
rogatus pro sua potestate virum clarissimum san-
ctissimumque multis iniurijs onerare & mortem
acriter minitari cœpit: nisi proiecta deorum sa-
cra repeteret solitumque ijs honorem deferret,
Tandem cùm præcisè constanterque nefarium dæ-
monorum cultum execraretur, plumbatis cæsus
capi-

Cæditur capite S. Gordianus.

capite plexus est: & corpus canibus, vt ab ijs deuo-
raretur, obiectum. Sed illi tyranno ipso humani-
res lugubri admodùm vlulatu mortem sanctissimi
viri prosecuti sunt, illudque ab incursu ferarum
diu tutati, donec è familia vnus fida Christianorum
manu adiutus sancti martyris corpus in Crypta
in via Latina vno ab vrbe milliario intulit: vbi tan-
S. Epimach. pridem S. Epimachus insigni virtute ac pietate
sepultus fuerat. Quo in loco memoria eorum
tis virtutibus ac miraculis clara in hodiernum
diem celebratur.

VITA S. IOB PROPHETAE. PER D. Isidorum Episcopum Hispalensem scripta.

10 Maii.

S. Iob Rex Idumæorũ.

IOb filius Zare de Bosra, Rex Idumæorum
tus, post Esau successor Bale filij Beor, homo
tilis, fidelis, stabilis, humilitate summus, ho
talitate præcipuus, in disciplina mansuetus, in
mosynis largus, diues in censu, exemplum fide
genis, locuples in liberis.

Quibus repentè orbatus tentationi traditus
contra tentationem fide religionis armatus, fu
riosus in certamine, æquanimis in dolore: de
rerum pertulit, funera pignorum doluit, corpo
vulnera patienter excepit, & inter supplicia
per Deum glorificauit, mala sua sapiẽter sustinu
cõiugis verba & amicorum rationes superauit
tanta virtute sapiẽtiæ, duplici in fine subleuata
muneratione, & post rerum casum multiplici
ritate donorum. Nam post noctis tristitiã diem
nuit. Post fœtorem vlcerum, cassiæ odore fragra
sed & post abiectionem eorum inunctionem
promeruit, & stibium in acceptũ laudis assum
Vixit autem post plagam centũ septuaginta &

...is & mortuus est, atque sepultus in regione sua. Hunc verò Hebræi asserunt non fuisse de genere E-sau, sed de Nachor fratris Abrahæ descendisse stirpe, & fuisse eum temporibus Patriarcharum. Nachor enim genuit Hus, de cuius stirpe Iob creditur generatus, secundum quod in exordio voluminis eius notatur, inquiēs: Vir erat in terra Hus nomine Iob.

...ITA B. ANTHIMI PRESBYTERI, ...ni Diaconi, & aliorum sanctorum Martyrum. ...ijs quæ apud Surium extant.

11 Maij.

Pinianus ducta in vxorem Lucina egregia nobilitate matrona, cùm acceptis à Diocletiano & Maximiano Augustis codicillis, Asiæ proconsul declaratus esset, vt gratum Imperatoribus obsequium exhiberet, acerrima persecutione Christianos exagitabat. Habebat autem à consilijs Chæremonem quēdam hominem mente sacrilega & valde peruersum, qui cùm multiuarijs tormentorum ...ribus Christianos interimeret, à malo dæmone ...ptus, & per multa horarum spatia miserrimè ...tus, tandem Sanctos, quos interfecerat, inuocās ...uit. Quo viso Pinianus nimio terrore corre... in morbum incidit, qui nulla medicorum arte ...i poterat. Cernens autem Lucina nō aliam hu... morbi causam esse quàm quòd Christianorū cæ... pollutus aditum in se inimico patefecisset, ...o studio Christi Confessores perquisiuit, eos... clam è vinculis liberatos ad se adduci curauit. ...Anthimus erat presbyterij honore insignis & ...ius diaconus, alijq; religione præstātes, Maxi..., Bassus, Fabius, Diocletius & Florentius: qui... Lucina opes amplissimas & liberam abscedēdi ...tatem proposuit, si maritum ab ea, qua tene-

Pinianus Asiæ proconsul.

Chæremon à dæmone arreptus expirat.

batur ægritudine, liberare possent. Ad quam Anthimus: Si, inquit, maritum tuum saluum & incolumem vis, hortare eum vt relicto dæmoniorum cultu Christiana sacra pura mente amplectatur: & dicto citiùs optata salute gaudebit. Illa, his auditis, mox ad Pinianum ingressa quę ab Anthimo acceperat exposuit; eumque vt Christianis sacris se initiari pateretur, sedulò admonuit. Ille verò cùm se a medicis destitutum, nullamque salutis spem relictam cerneret: Profectò, inquit, valdè illum desipere oportet, qui nō credat eum verum esse Deum, desperatam salutem reddere, & homines è mortis faucibus eripere potest.

Lucina itaque egressa, protinùs Anthimum & Sisinnium introduxit, eosque honorifica sede ac [illegible] excipere voluit. At Anthimus: Non, inquit, huc sedendi causa ingressi sumus, sed vt Christianæ [illegible] dogmata semianimi Piniano proponamus; quod si acquiescere velit, optatam salutem consequi poterit. Ad quæ Pinianus cùm aures nimumque [illegible] ret, & se promptum paratumque ad Christianæ sacra suscipiēda esse diceret, Anthimus sine mora [illegible] culēter sanctissimæ Trinitatis mysterium, & [illegible] lapsumq; humani generis exposuit. Postremò [illegible] ardenti pietate de redemptione & Christi [illegible] cijs disserere inciperet, Pinianus sublatis in [illegible] manibus, & corde & ore Christum confiteri, Christum adorare & supplex scelerum suorum [illegible] postulare cœpit. Qua confessione Anthimus & Sisinnius vehementer gauisi, humique prostrati, [illegible] nimiter precibus incubuêre. Et eccè illis orantibus subitò ingens fulgor emicuit, totumq; illum locum mirificè illustrauit: simulque Pinianus pristinam salutem consecutus est.

Anthimus Piniano summam doctrinę Christianæ exponit.

Pinianus credit.

Tum

Tam verò in Christi benignitate incredibili gau-
[illegible]exultãs, Maximum, Bassum, Diocletium & Flo-
[illegible]ium è carcere ad se vocauit, quibuscum septem
[illegible]bus in precibus perstitit: & clariore Dei cogni-
[illegible]ne imbutus sacris aquis cum coniugé totaq; fa-
[illegible]a expiatus est. Intereà vt percepti beneficij me-
[illegible]em animum declararet, nequaquàm functio-
[illegible]m proconsulis abiecit, sed anno integro in eadem
[illegible]uerãs Christianos à metallis & ergastulis do-
[illegible]a exceptos benignè habebat, pedes lauabat,
[illegible]s exosculabatur, & suppeditato sumptu re-
[illegible]que necessarijs ad propria dimittebat. Et quia
[illegible]erus magis indies magisque excrescebat, præ-
[illegible]a & vicinam prouinciam, vbi amplissimas
[illegible] Auxium oppidum possessiones habebat, eis
[illegible]ribuit.

Postquàm verò annis admodùm tribus Sisinnius,
[illegible]cletius, & Florentius, cum alijs permultis vno
[illegible]loco Deo pariter vacantes consedissent, & sine
[illegible] molestia debitam Christo seruitutem impen-
[illegible]rit tali modo ad martyrij palmam peruenisse
[illegible]tur. Erat ibi conuentus hominũ quorundam,
[illegible]impuris sacrificijs semel quolibet triẽnio à dæ-
[illegible]bus responsa postulabat. Cùm ergò statuto
[illegible]poris spatio euoluto solitas impietates offeren-
[illegible]acrificijs exercerent, negarunt dæmones se con-
[illegible]a oracula dare posse, nisi Sisinnius, Diocletius,
[illegible]orentius, sacrificarent. Itaque sacrilegi violen-
[illegible]nu Sanctos ad simulacra pertrahentes, cùm
[illegible]o modo ad sceleris consensionem eos inducere
[illegible]ent, lapidibus in ipso monte obruerunt: vbi
[illegible] discessum malignæ plebis, Christiani debi-
[illegible]pulturæ honore reliquias eorum prosequuti

Cędes Sisinnij, Diocletij & Florẽtij.

Porrò Anthimus Presbyter nō longè ab vrbe via Salaria apud prædia Piniani latitabat. Accidit autem vt rusticis Syluano sacrificantibus, is qui erat eorum sacrificiorum auctor, à diabolo arreptus furereret, omnesque ipsi occurrentes gladio cæderet. Ea res cùm ad Anthimū perlata fuisset, is fidei clypeo armatus homini furioso & in obuios quosque crudeliter sæuienti occurrit, dixitque: In nomine Domini mei Iesu Christi sta vinctus catenis spiritalibus, gladiumque, quem ad hominum faciendas cædes corripuisti, abijcito. Ad hanc vocem protinus ille fixus permansit, quem Anthimus manu arreptum ad suum domicilium perduxit; & precibus ac ieiunijs triduò vacās, non modo hominem à mentis furore, sed quod multo præclarius fuit, à nefaria superstitione liberauit, & ad Christum adiunxit. Nec ille tantùm sed multi insuper alij eius virtute cum exemplo prouocati nomina Christo dederūt: adeo vt locum illum Syluano dicatum securibus exscinderent, & Deo omnipotenti consecrarent.

Anthimus hominē furiosum liberat, & ad Christū adducit.

At verò alij nonnulli pestifera simulacrorum religione demētati, eaque re grauiter offensi Priscum Consularem adduxerunt, vt euersa ab Anthimo simulacra restitueret & debitum de eo supplicium sumeret. Sed cùm is in Christi confessione immobilis permaneret, & minas suppliciaque contemneret, ligato ad collum eius ingenti saxo, in Tyberim præcipitatus est. Angelus autem Domini, qui clara luce se illi conspiciendum prębuit, ruptis vinculis in locum orationis eum restituit. Altera igitur luce cum Gentiles eum saluum & ad populum concionantem viderent, tam admirādo spectaculo attoniti ad pœnua eius sese abiecerunt & pœnitudine ducti impietatem execrati sunt. His auditis Priscus Anthimū

Anthimus in Tyberim iactatur, & ab Angelo educitur.

ſiſti iuſſit, quem cùm vinculis & minis & terro-
ribus fruſtrà ſuperare conatus fuiſſet, neq; vlla poſ-
ſet ratione permouere vt idolis immolaret, capitis
eum ſententia damnauit. Anthimus necatur.

Eo autem vita functo & honorificè à Chriſtia-
nis in oratorio ipſius ſepulto, Maximus, qui Anthi-
mo perquã familiaris fuerat, venerari cœptus eſt:
qui paulò pòſt ab eodem Priſco in vincula miſſus
Iuſtibus grauiter cæſus eãdem martyrij palmam
cum Anthimo percepit. Eo igitur etiã ablato, Baſ-
ſus eodem in loco perculſos Chriſtianorũ animos
egregia oratione confirmabat, hortabaturq́ue vt in
ſanctorum paſſionibus lætarentur potiùs quàm lu-
gerent. Accidit indè vt multi ad mercatũ (qui tum
in loco, quem Forum nouum appellabant, habeba-
tur) confluerent & Baccho ſacrificarent; cumq́; Baſ-
ſum ad eadem ſacrificia impellerent, & is conſtan-
ter ac pręcisè negaret, eosq́ue execrandæ impietatis
arguerent, & flatu oris ſui ſimulacra euerteret, illi in
furorem verſi impetu facto calcibus, pugnis & fu-
ſtibus eum ceciderunt, donec ſpiritum exhalaret.
Fabium verò tradiderũt Priſco, à quo diuturna ma-
ceratus cuſtodia, cùm omninò reſpueret ſacrificia
dæmoniorũ, capite plexus eſt. Atque ità omnes iſti,
Anthimus, Maximus, Baſſus, & Fabius illis locis cæ-
ſi ſunt, in quibus orare conſueuerant via Salaria.
Porrò Siſinnius, Diocletius, & Florentius eo in lo-
co humati ſunt, quo lapidibus obruti fuêre, iuxta
Maximum oppidum. Eorum autem martyrio mul-
tum gratulabatur Pinianus illuſtriſſ. qui fidei & in-
tegritate & moribus inſignis migrauit ad Dominũ.
Lucina autem coniunx eius iam marito orbata,
diu noctuq́ue in precibus perſeuerans caſtiſſimum
Deo exhibebat famulatum. Cumq́ue ſupra vires in-

Maximus verberatur & indè capite plectitur.

Cædes Baſſi.

Item Fabij.

Mors beati Piniani.

Lucinæ religioſa vita.

edia & triduanis ieiunijs se maceraret. Sebastianus martyr Domini ei apparuit, locumque, in quem ipsius corpus sacrilegi abiecerant, indicauit. Quod illa mox extractum venerabunda sepeliuit: atque ab eodem martyre se admonitam referebat, vt quotidiano ieiunio contenta, cibum, post datam à Sacerdotibus in Missæ sacrificio benedictionem, sumeret & moderatum etiam vini vsum admitteret. Eodem tempore cæsis Simplicio & Faustino fratribus via Portuensi, eorum soror Beatrix postquam funera debito cum honore & pietate curasset, ad Lucinam se contulit, vt reliquum vitæ spatium diuino cultu cum ea exigeret. Sed mensibus viginti septem eo studio transactis, cùm Lucretius quidam vicinus Beatricis possessor prædium quoddam eius luculentum iniqua cupiditate expeteret, Beatricem comprehendi & ad sacrificandum duci iussit. Cumque illa constanti animo recusaret, vir nefarius noctu eam à seruis præfocari iussit: quam Lucina suis ipsa manibus apud fratres eius sepeliuit. Porrò Lucretius, occupato prædio cùm amicis operam daret, & inter pocula sanctis martyribus exultaret, eccè infans fœminæ cuiusdam in has vocem rupit: Audi Lucreti, occidisti & inuasisti. Iam datus es in manus inimici. Ad quæ verba pallor et tremore correptus Lucretius, & mox à dæmone grauiter tortus post horas tres impium exhalauit spiritum: cæterisque, qui conuiuio intererant, tantum sua morte incussit timorem, vt simul omnes Christianos confugerent & ex animo nomina Christo darent.

S. Beatrix præfocatur in carcere.

Lucina autem fugam meditante propter persecutionis acerbitatem, S. Beatrix ei apparens [illegible] mente illam reuocauit, dixitque illo ipso mi[illegible]

tem Ecclesiæ restitutum iri. quod ita factum est. Vixit autem castissima matrona annis nonaginta quinque eleemosynis, ieiunijs, precibus & hymnis intenta: quibus operibus mirificè ornata tandem ... ad Dominum migrauit.

VITA S. GANGVLPHI MARTYRIS. *ex ea quæ extat in Surij Commentarijs.*

GAngulphus præclaris in Burgundia ortus natalibus, à parentibus adhuc puer Christianæ religionis disciplinis apprimè eruditus est: ... in tenera illa ætate cũ esset egregia indole & forma eleganti, consuescebat crebris piorum interesse conuentibus, fauosque diuinorum eloquiorũ suscipiens ab ore illorum, Catholicas sententias mandabat memoriæ: ità vt fragili corpusculo impressam ... liceret cernere effigiẽ & exemplar sanctitatis. Crescente autem ætate nulla non morum honestate ... ditus, ludicra malè ociosorum hominũ spectacula tanquàm voraginem quãdam deuitabat, & pe... ... iuuenum lubrica consortia respuebat. ... quã verò amplissimæ opulenti patrimonij possessiones & facultates ad eum deuolutæ sunt, tanta ... pauperibus & egenis consuluit, quantã ... verbis vix explicare possumus.

11. Maij.

Patria eius.

Pietas pueri

Vbi autem ad virilem ætatem peruenit, vxorem ... generis quidem nobilitate ipsi non imparem, ... moribus longè dissimilẽ, quam prępotens Deus ... potissimùm ei sociasse videtur, vt per illam ... viri patientiam & innocentis vitæ simplicitatem probaret egregiè: qua vsqueadeò virtutum ... merita occulere studebat, vt ab inuidis ... inertia torpere diceretur. Atque ne vllum

Ducit vxorem.

otio vel torpori locum daret, plerunque venatio
se exercebat, eaque ratione innata vitiorũ alimen
repellebat. Cùm autem eo tempore Pipino regi q
regni Franciæ gubernacula ea tempestate tractab

Militat regi Franciæ.

pręcipuam quandam inter fortissimos exercitus
ros operam nauaret, & regio ministerio perfun
in patriã redire vellet, iter per Campaniam hab
Vbi verò sumpturus ientaculum & equis pab
prębiturus nonnihil à via deflexisset, fortè in loc
perspicuò fonte irriguũ, & lęto gramine amo
incidit, in quo postquàm consedisset Domin
superuenit, quem vir beatus, vt erat humanis
ad pariter sumendum cibum inuitauit. Inter
dum autem de fonte illo emendo agere cœp
verò vt possessor audiuit, intrà se tacitus vir
ctum ridere cœpit, existimans id non ab ani
ritate sed quadam stoliditate proficisci. At

Emit fontẽ, isque diuinitùs alio trãsfertur.

cùm putaret se & pecuniam recipere & fonte
hilominùs retinere posse, indicauit pretium
nimirùm solidos, quos protinùs vir beatus
rari iussit. Indè sumpto cibo, cùm ascensis eq
rennas venisset, (qui locus basilica in eius hon
extructa celebris habetur) vxori quid egisse
uit: quæ eius facta malignè impetrans clàm
hebetem & vecordem, & rerum suarum pro
dicere cœpit. Non diu autem pòst cùm ad lo
mui suæ propinqua exiuisset, & aquam faci
nibusque aluendis non haberet, scipionẽ que
tè manu tenebat solo defixit: & plenus fide
mulum conuersus iussit eum, euulso scipio
quam, quę illic emersura esset, haurire. Et ecc
extracto per famulum scipione, ingẽs aqua
ex imis terræ visceribus scaturijt, & fons ille
auarus venditor se perpetuò retenturum spe

euanuit; vel potius diuina virtute translatus est, qui usque hodiè saluberrimè scaturiens beati Gangulphi suffragijs multis sanitatem adfert.

Fons ille morbis medetur.

Vxor autem beati viri rupta coniugij fide, cum quodam è clero nefaria commixtione sese polluit. Cuius rei indignitate permotus vir beatus debitas ab ea pœnas exigere statuebat: sed veritus, ne, si illi causa necis esset, superioris vitæ innocentiam alieni sceleris næuo obscuraret; tandem rem totam diuino iudicio commisit. Accidit interim vt die quodam cum sola coniuge prædij fines lustrando circuiret, & ad quendam fontem veniret: vbi vxorem his verbis compellauit: Multa quidem de te, coniunx, passim ferũtur fœda & indigna natalibus tuis, quæ veráne an falsa sint, certò mihi non constat: sed diuina prouidentia, quam nihil fugit, vt se res habeat, iam certis declarabit indicijs. En fons hîc propositus est, nec frigidus valdè, nec immodicè calidus. In hunc igitur manum immitte, & è fundo lapillum extrahe: & siquidem à culpa es aliena, nihil mali patieris, sin autem polluta es nõ sinet Deus latere scelus tuum. Tum illa, cùm intrepidè iurando, falsos de se rumores sparsos assereret, & illos beati viri sermones contemneret, vecordiæque ascriberet; incunctanter in fontem manum iniecit. Ecce autẽ simulatque lapillum ad se retrahere conata est, membris omnibus obriguit, abstractaque à digitis & brachio, quousque aqua pertigerat, cute, nihil aliud misera nisi repẽtinum interitum expectabat. Tum Gangulphus ad eam: Optaram quidè, inquit, si fidem seruasses, omnia tecum vitæ huius discrimina perpeti, & prospera atque aduersa omnia, vtcumque sors tulisset, æquo animo suscipere: sed quãdoquidem hoc te scelere obstrinxisti, morte

Diuinitus proditur cõiunx adultera.

quidem digna es, ſed meis manibus nolim tibi ne-
cem adferre: diuino potiùs te iudicio relinquo. Et
ſi quidem dignos pœnitentię fructus egeris veniam
à Deo impetrabis. Si autem tantæ nequitiæ finem
non impoſueris, cum auctore eius diabolo flammis
gehennæ inextinguibilibus concremaberis. Meo ſa-
nè deinceps contubernio nequaquàm frueris. Ha-
beas autem tibi, vndè poſſis vitam ſuſtentare, ne-
am propter nuptias donationem. His dictis, cùm
ſuos conuocaſſet, aſcenſo curru, ad prædia ſua pro-
cul in Auabenſi territorio ſita profectus eſt, pie-
tis illic & miſericordiæ vacans operibus, nulla-
que tempus ſolitis virtutum ſtudijs vacuum ab-
ſinens.

Diſcedit ab adultera vxore.

At mulier infœlix iam ſuæ relicta libertati cœ-
deteſtando illo Clerico ſolitæ libidini indulſit, ſi-
nè fortaſſis zelo inflammatus Gangulphus ambo-
liquãdò interficeret, nefaria de eius morte conſi-
agitare cœperunt. Totus igitur malo dæmone ob-
ſeſſus clericus, capta & temporis & loci oppor-
nitate, cùm virum ſanctum famulorum, mini-
rio deſtitutum ſciret, clam eius cubiculum ingre-
ditur vt dormientem opprimat. Cumque pen-
tem ad caput eius gladium è vagina educeret, ſe-
ctumque in cer[illegible]em abdere niteretur Gangulphus
experrectus ictum declinãs in coxam accepit. Tum
profanus ille proiecto gladio & equo conſcenſo fu-
ga euaſit. Gangulphus verò atrociter vulneratus,
cùm aliquot pòſt diebus viuendi finem adeſſe ſen-
ret, Dominici corporis & ſanguinis perceptione re-
itum ſuum muniens fœliciter è corpore ad Do-
num migrauit. Porrò duæ amitæ eius religioſę fo-
minæ eo in loco, qui Varennas dicitur, ſanctitatis
& caſtitatis ſtudijs vacantes, VVildetrudis & VVil-
legia

Atrociter vulneratur.

Reddit ſpiritum.

legosa comperto obitu eius, ad funus accesserunt, ablatumque corpus cum crucibus & cereis, diuinorumque hymnorum melodia, ad eum, quem diximus, locum, non sine miraculorum gloria deportârunt, atque in basilica, quam vir sanctus in S. Petri Apostolorum principis honorem cõstruxerat, condiderunt: in quem sanè locum ante obitum suum admodùm benignum, beneuolum ac liberalem sese declarârat, & necessarios redditus illîc Deo seruitoris suppeditârat. Vt autem de eius sanctitate & beatitudine certiores fierent mortales, ad communem omnium vtilitatem & profectum virtutibus & signis Dominus eum celebrem reddidit & mirabiliter illustrauit.

Quæ verò pœna sit consecuta auctores cædis eius, non est silentio prætereundum. Itaque Clericus cum properè tam atrox facinus suũ detestabili muliere tanquàm nuncium lætissimum indicasset, & mutuò sese ea immanitate oblectassent, miser abijt ventrem exoneraturus. Mox adest cælestis vindicta, & cum fęcibus corporis viscera quoque in cloacam deponit, & infæliçem animam in tartarum præmittit. Fœmina autem, vt audiuit ex quadã puella sua, multa diuinitùs collata esse beneficia ijs in locis, per quæ S. Gangulphi exanime corpus fuisset deportatum, furore & amentia percita dixit: Perinde efficit virtutes & signa corpus Gangulphi atque meus meus. Dixit illa & nefariam impuri oris vocem mox obscœnus quidam ani crepitus cõsecutus est. Erat autem dies Veneris, quem Christiani sextã dicunt feriã quo id accidit: semperq; deinceps quòad vixit, quot illo die verba protulit, totidẽ à parte corporis posteriori fœdos reddidit sonos, inaudito quodã diuinæ animaduersionis exẽplo. Cuius rei

Vltio diuina in percussorẽ viri sancti.

Item in adulterã vxorem.

rei tam celebris fama toto regno diffusa est, vt is, quẽ diximus, rex Pipinus illac iter faciens, aliquos miserit percunctatum, nùm hęc ita se haberent. Illi autem ad regem & proceres, quæ auditione & oculis compererant, bona fide retulerunt.

VITA S. MAIOLI ABBATIS. EX EA quæ est ab Odilone presbytero conscripta. Successit hic Ademaro anno Dom. 944. peruenitq́; vsque ad annum 993. numeraturq́; quartus cœnobij Glunacensis Abbas.

11. Maij.

BEatissimus Maiolus pręclaro stemmate ortus, & à nobilibus parẽtibus ab ipsa infantia vigili cura nobiliter educatus, postquàm tu & prouidentia Dei totum adolescentiæ tempus sine vllo castitatis dispendio transegisset, iuuenili accedente ætate Lugdunum profectus est, vt altiora & præstantiora quæque in diuinis libaret. Erat in vir quidam Antonius nomine, sapientiæ & eruditionis laude cumprimis celebris, cui se in disciplinam tradidit, vt posteà magni illius Antonij eremitæ Christi discipuli exempla lõgè acriùs, quàm huius Antonij philosophi, sectaretur. Posteaquàm verissimum humanarum diuinarumq́ue rerum cognitione egregiè imbuisset, Lugduno ad Maticensem ciuitatem à proceribus patriæ, nempè cognatis & amicis reuocatus est: apud quos cùm aliquamdiu sine admirabili virtutis splendore versatus fuisset, episcopus loci illius, quem tantus virtutum splendor latere non poterat, eum ecclesiæ suæ archidiaconum constituit: quod ille ministerium, imperante episcopo, sola obedientiæ virtute suscepit.

Lugdunum studij causa proficiscitur.

Fit Archidiaconus.

Ea autẽ ciuitas habet vicinum monasterium, [illegible] tis spiritualibus studijs decẽtissimè ornatum, [illegible]

prefectus & fratres crebrò eum ad se inuitabant, eiusque colloquio & spiritali cōtubernio vehementer delectabātur: prorsùs vt vnicè eum sibi fratrem adiscere cuperent, quem posteà etiam patrem habere mererētur. Et huc quidem cùm omnis ille Domini grex intentus esset, tum verò Hillebrādus quidam senior adeò eius amore ardebat, vt nullum nō moueret lapidem quô tāto thesauro, qui in eius pectore latitabat, cœnobium aliquando potiri posset. Intereà post dulcissima colloquia & mutua syncerissimæ charitatis officia & obsequia, gratia Dei in eius animo seculi contemptum parere cœpit. Quid multa? Posito ecclesiasticæ dignitatis officio, spreto mundanæ nobilitatis fastu & supercilio, posthabito blandissimo illo parentum & amicorum consortio, totum se cælesti magisterio subdidit. Nec enim multò pòst ad monasterium veniens, ad exequenda monasticæ vitę instituta, mira animi promptitudine & alacritate non solùm Abbati sed etiam fratribus sese subiecit: tantaque inter eos virtute ac sanctitate versatus est, vt facilè in quouis pietatis humilitatisque studio primas sibi vendicaret. Fit Religiosus.

Sexto autem conuersionis suæ anno, cùm beatus Hermarus Abbas, cuius monitis & iussis tota animi intentione parebat Maiolus, non solùm viribus destitutus, sed etiam luminibus orbatus esset, communibus fratrum omniū votis in Abbatem electus est, cui electioni inuitus planè & interdicto adactus tandem acquieuit. Igitur cùm tanti cœnobij curamque & spiritalium & temporalium rerum curam subterfugere non posset, non minùs prudenter quam strenuè rem aggressus est. Erat vir omniū membrorum conuenienti dispositione decētissimè ornatus; sed virtutum omniū ornatus, qui ex vultu ocu- Fit Abbas.

Virtutes & miracula eius.

tu oculisque, atque totius denique corporis habitu clarissimè elucebat, animum planè diuinum cuiuis exhibebat. Quanùm autem vir sanctus Deo placuerit, docere possunt signa & miracula, quæ eius meritis Dominus effecit, quandò, vt multorum fidelium fidissima affirmat relatio, multis diuersis affecti morbis, plerique etiam, quorũ iam desperata erat vita, ab eo visitati, per gratiam Dei pristinæ sunt incolumitati restituti: complures oculorum detersa caligine, lumen recuperarunt: non pauci multarijs vexati febribus, eius precibus sunt liberati multi, vt ferũt, serpentum, luporum, canum morbus infestati, dęmonum quoque ludibrijs exagitati Dominicæ Crucis signo eius dextera impresso salutis remedia perceperunt. Multi in periculis fluminum, ictibus fulminum, alijsque incõmodis eius orationibus sunt seruati. Etsi autẽ non excitauit corpore mortuos, alia certè potiora præstantiora que per eum Dominus miracula edidit. Quod si verò anima plus est quàm corpus, multo excellentius est animas semper victuras à peccati morte excitasse quàm extincta corpora ad vitæ huius pericula ad rumnas reuocasse. Porrò eorũ, quos ab anima horrenda morte & immani vitiorum voragine ad vitam reduxit, suisque exẽplis in vitæ vias perduxit, tantus est numerus, vt soli Deo cognitus sit. Hic ergò atque id genus alijs clarus virtutibus Deo & hominibus charus extitit. Principes viri & reges potentissimi summa eum veneratione atque honore colebant, pectusque eius diuino spiritu plenum humillimè exosculabantur. Hugo Gallorum Rex, qui illi deferebat plurimum, eum in vltima senectute ad se vocabat, vt sancti Dionysij monasterium eius consilio & ope rectiùs posset constitui: cumque re-

Innumeros cõuertit ad Christum.

Hugo Rex Gallorum.

gia vo-

ꝑ voluntati lætus obſecundans Syluiniacum per-
miſſet, plenus dierũ & ſanctitatis ex hac vita mi-
grauit quinto Idus Maij, ſexta feria illuceſcẽte poſt
lucratiſſimam ſolennitatem, qua Chriſtus in cęlum
aſcendit, & fideli ſeruo ſuo Maiolo poſt ſe ſcanden-
di viam oſtẽdit. Quod vbi comperit Hugo Rex, ſua
præſentia & regijs muneribus eius exequias coho-
neſtauit & tumulum, vbi præſtante Domino multa
facta ſunt & fiunt miracula, permultisque plurima
præſtita ſunt, & præſtantur beneficia, quę præ ni-
mia & multitudine & magnitudine commemorari
non poſſunt.

Beati viri obitus.

12. NEREI ET ACHILLEI, ITEMQVE Domitillæ & quorundam aliorũ illuſtre martyrium. ex eo quod optima fide apud Surium extat.

DOmitilla virgo nobiliſſima Domitiani Im-
peratoris neptis, cùm Aurelianus conſulis
filius incredibili eius amore inflãmatus eã
in coniugem expeteret, illa vt viciſſim oculis eius
poteret maximè ingentem curam & ſtudiũ in cor-
poris ornatu & cultu diu noctuque impendebat.
Habebat autem Nereum & Achilleum eunuchos à
ſaculis quos beatiſſimus Petrus apoſtolorũ prin-
ceps Chriſto lucratus fuerat. Illi itaque cùm domi-
nam ſuam gemmis & veſtibus auro ſplendidè in-
ſtantis fulgẽtem quotidiè cernerent audacter di-
cebant: Profecto ſi id ſtudij & operæ quod in cor-
poris ornando, vt Aurelianũ maritum conſequaris,
tantis, ad animæ ornatum transferres immortalem
illi filium omnium ſeculorum regem ſponſum &
maritum habere poſſes: qui te eadẽ immortalitatis
gloria donaret: neque de ornamentis quicquam vl-
tra tempore decidere pateretur. Ad hæc Domitilla:

12. Maij. Domitilla neptis Domitiani.

Ecqua

Ecqua verò maior potest esse charitas, quàm matri-
monium cõplecti, suscipere liberos, per quos dul-
cissima posteritas propagetur, & tam generis quàm
nominis dignitas sempiterna memoria cõseruetur?
Constat autem quàm sit asperum & immane omni-
bus vitæ huius oblectamẽtis sibi interdicere, & ma-
quàm viuẽs cadauer in hac luce versari. Ad quę Ne-
reus: Tu quidem, inquit, ô domina, momentanea
huius vitæ delectationes ob oculos tibi propo-
sed diuturna, quæ posteà sequũtur, pericula non
des. Nam vt cætera fileam, ecquid matrimonii
cum non adfert molestiarum? quare, te quæso, o
poris tui dominum hominem extraneũ eligere
qui ingenuitati tuæ ne parentes quidem domi-
passa es? An non Christo Domino & mentis & co-
poris castitate cum incredibili animi voluptate
certissimo gloriæ cælestis præmio seruire mal-
quã instàr vilissimi mancipij mortalis homini
minio & voluntati te subijcere? Elige nunc igitur
ô Domitilla, vel hunc Regem regum omnipotentis
Dei filium ineffabili pulchritudine decorum, sol
fulgore Solis radios obscurantem, tibi perpe
blandientem delicias cælestes gaudiaque sempi
na conciliantem: vel hominem mortalem mul
in hac vita miserijs & doloribus obnoxiũ, & omni-
bus fortunæ ludibrijs subiectum, cum quo etiam
riter deliciæ sunt interituræ.

Hęc & id genus alia multa cùm Nereus & Ac-
leus prosequerentur, Domitilla ab imo pectore
spiria trahens: Vtinam, inquit, iam olim diuina
scientia mihi obtigisset, certè nunquàm spons
men suscepissem: sed quẽadmodùm in baptismate
idolorum cultui valefeci, ità hac ratione in
carnale hoc commercium respuissem. At nunc

Matrimonij multa incõmoda.

Deus

Deus sermone oris vestri animā meam lucrari vo-
lit, non dubito quin etiam rationem vobis indica-
mus sit, qua possit per vos effici id, quod pro eius a-
more optamus. His auditis Nereus & Achilleus ad
Clementem Pontificem abierunt, eique Domitillæ
propositum explicarunt humiliter rogantes ne gra-
ueretur virginem manuum suarū impositione Deo
consecrare. Ad hæc Clemens: Video, inquit, adesse
tempus quo & ego, & vos, & illa, ad martyrij pal-
mam pertingamus. Agite igitur fratres, nullus vos
timor inuadat, contemnamus hominem mortalem
nobisque omnibus principi vitæ sempiternæ paré-
mus. His dictis ad Domitillam abijt, eamq; Clemēs Pontifex consecrat virginē Domitillā.
consecrauit.

Interea Aurelianus furijs exagitatus impetrauit
Domitiano principe vt virgo in Pōtiam insulam
relegaretur, si sacrificare nollet: sperans se illo in
illo animum virginis à perseuerantiæ proposito S. Domitillę exilium.
deducturum. Cùm igitur in ea insula exsularet, ad-
ueneque ei Nereus & Achilleus, erant etiam illic
malefici Simonis Magi discipuli, Furius & Pri-
scus, qui magicis præstigijs pœnè omnes insulæ in-
colas eò adduxerant, vt Simonem Magum ceu Dei
colerent. Quibus cùm Nereus & Achilleus Furius & Priscus Magi.
strenuè viriliterque opponerent, venit Aureli-
anus in insulam, vt Domitillam à fide & virginita-
te voto auerteret: cœpitque Nerei & Achillei ani-
mum muneribus pertentare vt virginis mentem eò,
quo volebat, impellerent. At illi dona eius execran-
tes in Domitillę fidem magis magisque in Domi-
tillam firmarent, grauissimis sunt verberibus affecti, Cruciatus Constantia & cædes SS. Nerei & Achillei.
Paracinam missi, Memmioq; Ruso consulari tra-
dunt, qui eos eculeo & flammis ad immolādum ido-
lis compellere nitebatur. At illi cùm nulla suppli-

ciorum atrocitate vincerentur, tandem capite cæ-
sunt. Eorum autem corpora rapuit Auspicius disci-
pulus eorũ, nutritor sanctæ virginis, & in crypta a-
renaria sepeliuit via Ardeatina, miliario vno & di-
midio ab vrbis muro iuxta monumẽtum, quo con-
dita fuerat Petronilla, Apostoli Petri filia.

Cùm Aurelianus cęsis Nereo & Achilleo, Domi-
tillam ad sibi consentiendum inducere moliretur,
dictum est illi à quodam, maiorem ei intercedere
amicitiã cum Euthyce, Victorino, & Marone, quam
cum Nereo & Achilleo intercescisset. Itaq; à Nero
principe eos sibi, si sacrificare nollent, donari in-
trauit. Sed illis viriliter agentibus, & minas Au-
liani contemnentibus, ex insula amotos tanquam
seruos per sua prædia diuisit: Euthycen decimo
sexto ab vrbe milliario via Numentana, Victorinum
milliario sexagesimo via Salaria, Maronem cen-
mo tricesimo eadem Salaria via: iussitque eos in
die terram fodere, & cãtabrum edere. (Sic enim ha-
bet historia: quid autem Cantabrum sit incertum
habeo, nisi fortè Cantabricam herbam velit atque
cuius meminit Plinius lib. 25. cap. 8.) Sed Deus
nipotens in locis peregrinis multis gratijs & mi-
culorum virtutibus eos illustrauit. Euthyces eius
filiam cõductoris illius à dæmone liberauit: Vic-
rinus loci vicedominũ, triennio ex paralysi decum-
bentem, precibus sanauit: Maro hydrope vexatum
curauit. Loquebantur intereà populis, multos
ad Christi religionem traduxêre, ornatique pre-
terio, credentium numerum egregiè auxerunt.
non ferens Satan, Aureliani animum ira inflam-
uit, qui missis eò satellitibus multipli pœnarũ
nere eos cruciauit: & Euthycen quidem medium
cædi iussit, donec exhalaret spiritum: cuius corpus

Cædes Euthycetis.

Christi

Christiani multo cum honore sepelierunt, & noua ecclesiæ fabrica super illud extructa decorarunt. Victorinum autem apud Cotilias, vbi putentes & sulphureæ emanant aquæ, in ipsas aquas capite deorsum verso, trium horarũ spatio deprimi mandauit, iterumq; sustolli. Quod cum triduo vir sanctus pro Christi nomine pertulisset, migrauit ad Dñm: Corpus fuit postridie, quanquã vetante Aureliano, ab Amiternensibus sepulturæ mandatum. Denique Maronem voluit ab amico suo Turgio ingenti saxo opprimi. Itaque in eius humeros imposita est petra immanissima, quã homines septuaginta ægrè possent trochlea adducere. Eam autem vir sanctus tanquam leues paleas ad duo milliaria portauit illæsus, eoque loci eam reposuit, vbi solitus erat Domino preces offerre: cuius sane facti admiratione eius prouinciæ populus ad fidem Christi adductus est, & sacro baptismate expiatus. Porrò Consularis, acceptis ab Aureliano muneribus, S. Maronem occidit. Populus verò in ea petra, quam humeris suis gestarat, sepulcrum excidit, ibique eum condidit, & in eius nomine Christo ecclesiam fabricauit, in qua præstantur beneficia Domini vsque in præsens ad sui nominis gloriam.

Item Victorini.

Item Maronis.

Postquàm igitur Sanctos omnes, qui S. Domitillæ erant solatio, è medio sustulit Aurelianus, dixit Sulpitium & Seruilianũ illustres iuuenes: Scio collectaneas Domitillę Euphrosynam & Theodorã non habere spõsas, virgines sapientię opinione celebres. Nunc igitur vbi Domitillã ex insula in Campaniã reuocauero, illæ inuisendi gratia ad eam accedant, vt sua persuasione eam ad mihi obsequendũ adiscant. Itaque Domitilla ex Pontia insula Taracinas perducta, Euphrosyna & Theodora ad eam

S. Domitilla Taracinas perducitur.

venerunt. Cumque ad epulas ventum esset, illisque prandentibus, Domitilla ieiunijs & precibus operam daret, dixerunt Euphrosyna & Theodora: An nobis nuptiæ & cibus moderatè sumptus impedimento esse poterunt, quô minùs Deum tuũ colamus? Quibus Domitilla: Vos, inquit, sponsos habetis viros nobiles, sed si ignobiles & humili loco nati ab illis vos auocare & sibi matrimonio stabili iungere vellent, num vos illis pareretis? Responderũt illæ protinùs: Auertat hoc Deus à mentibus nostris. Tum Domitilla: Auertat, inquit, & à mente. Magnum enim ego sponsum habeo Dei filium, qui se vitam æternam daturum promisit ijs, qui in eius gratiã perpetuam corporis castitatem seruant: secumque in thalamum suum sempiternum ducturum, vbi cum angelis exultent, & sine fine splendidissimè epulentur. Et vt huius promissi certitudinem haberemus, cæcis visum reformauit, leprosos curauit, morbos omnes depulit, mortuos excitauit. Atq; hoc modo verum se Dei filium declarauit, multosq; è tenebris eripuit, atque ad sui nominis cognitionẽ perduxit.

His auditis Theodora: Est, inquit, mihi frater Herodes, iam anno integro oculorum lumine orbatus, illum si tu in Dei tui nomine sanare potes, dictis tuis fidẽ adhibebo. Euphrosyna verò: Tu quidem Romæ, inquit, fratrem cæcũ habes, ego autem hic habeo nutricis meæ filiolam, quæ ex morbo loquendi beneficio priuata est, simulq; puellam accurauit & Domitillæ ostulit. Quæ statim toto corpore humi prostrata multis cum lachrymis protulit puellæ Deum precata est; surgẽsque, manus ad cælum sustulit & signum Crucis in os puellę impressit, dixit: In nomine Domini mei Iesu Christi loquere. Mox puella in hæc verba prorupit: Verum Deus

Muta puella loquitur

Deus tuus Domitilla, veraque sunt, quæ ore tuo deprompsisti. Tum ambæ se ad pedes virginis abiecerunt & credentes Christianę religionis mysterijs initiatæ sunt. Frater etiam Theodoræ cæcus eò adductus, Domitillæ precibus & mentis & corporis lumen obtinuit. Porrò omnes vtriusque sexûs homines, tum serui, tum ingenui, qui ex vrbe eò aduenerant, visis his signis, in Christum crediderunt, domusque illa instar Ecclesiæ erat.

precib. Domitillæ.

Cæcus videt.

His ità gestis, Aurelianus cum duobus, quos diximus, sponsis adueniẽs, tres secum qui organis canerent, adducebat tanquam triplices vno die nuptias celebraturus. Sulpitius autem & Seruilianus, vt viderunt mutam loqui, & Herodem visum recuperasse, cognitis etiam omnibus, quæ dicta factaq; fuerant, crediderunt: cumque Aurelianus multa insania hortaretur eos, vt vno die nuptias celebrarent, illi vt viri prudẽtes dixerunt ei: Da honorem Deo, cuius virtute & muta loquitur, & cęcus videt. At ille neglectis ijs, quæ ab eis dicebantur, per vim iussit Domitillam includi intrà cubiculum, vt secum voluptates suas expleret: positisque organis, & tibijs & tripudijs se oblectare cœpit, aliosq; ad eandem mentis insaniam prouocare. Porrò cæteris clamando defatigatis, ille duos admodùm dies totisque noctes in vano gaudio & tripudio illo perseuerauit; donec nimia lascitudine oppressus animam pondere peccatorum grauatam expiraret. Ea re perterriti omnes ad saniorem mentem redierunt & ex animo nomina sua Christo dederunt. Luxuriante Aureliani frater ab Imperatore Traiano potestatem in eos petijt, vt si sponte nollent diris supplicijs ad sacrificandum eos impelleret. Itaque Sulpitium & Seruilianum Præfecto vrbis Aniano tradidit,

Sulpitius & Seruilianus credunt in Christum.

Aureliani interitus.

Sulpitij & Seruiniani cædes.

didit, qui eos in Christi confessione mirè constantes capite plecti iussit: quorum corpora fideles in prædio eorum via Latina secundo milliario posuerunt: quo in loco exuberat virtus martyrij eorum vsque in præsentem diem. Post hæc Luxurius abijt Taracinas ad virgines Christi, & vt vidit præcipè constanterque dæmoniorum cultum execrātes, ablatis omnibus, quæ habebant, eo in cubiculo, in quo pariter morabantur, subiectis flammis eas exussit. Altero die sanctus Cæsarius diaconus eò veniēs castissima sacrarum virginum corpora prorsùs illæsa reperit: quæ in nouo condens sarcophago, humo altiùs effossa, sepeliuit.

Item Domitillæ, &c.

MARTYRIVM S. PANCRATII. EX EO quod syncera fide apud Surium habetur. Passus est anno Christi 303. ætatis suæ 14. Marcellini Papæ anno 7.

12. Maij.

ILlis fortè tēporibus, quibus Diocletianus & Maximianus Imperatores Christianos diris cruciatibus ad simulacrorum venerationem compellebant, fuit apud prouinciam Phrygiam Cledonius quidam vir egregia nobilitate clarus, qui ex amicis coniuge filium habebat nomine Pancratium. Cumque post aliquod vitę spatium corporis infirmitate correptus ad alteram sibi vitam migrādum esse cerneret, vocato ad se Dionysio fratre, vnice ei filium suum Pancratium commendauit, orans atque obsecrans, & per omnipotentē Deum quoque adiurans, vt vniuersas facultates, quas relinquebat, amplissimas fideliter & accuratè nepoti suo conseruaret. Ità mortuo Cledonio, Dionysius summa fide Pancratium curandum suscepit, tantaque beneuolentia ac studio tractauit, vt paterni amoris affectum

Cledonius pater Pancratij.

Dionysius patruus Pancratij.

ri non potuisset. Post triennij autem tempus Romam cum Pancratio profectus, in mõte Cælio cum omni familia & dæmoniorum suorum simulacris idem fixit. Ibi tum propter persecutionis acerbitatem Romanus Pontifex in vico Dionysij & Pancratij latitabat: cuius egregias virtutes Dionysius ut cognouit, quomodò populũ cum idolorum cultu miserrimè conflictantem in æternæ salutis viam susceperet, vehementer eius amore inflammari cœpit: prorsus vt viam omnem modumque exquireret, quò cum Pancratio eius conspectu & colloquio frui posset. Itaque die quadam pedibus Eusebij totius sanctitatis viri (is Ianitoris officio apud Pontificem fungebatur) aduoluti rogarunt, vt ad Pontificem adduci mererentur. Fuêre continuo benignè admissi (cælesti namque oraculo de eorum adventu Pontifex monitus erat) & peramanter exceptì. Illi autem demisso corporis habitu ad terram vsque Pontificem venerantes, Christum sibi, quem hactenùs ignorassent, prædicari postularunt. Tum Pontifex maiori delibutus gaudio eorum postulata satis fecit egregiè, atque post dies admodum viginti sacris aquis expiatos intra sanctæ matris Ecclesiæ limina recepit. Eo igitur beneficio affecti adeò in Dei timore animis feruére cœperunt, vt etiam vltrò sese persecutoribus offerrent. Non multò pòst Dionysius Deo charus ex hac misera & caduca vita ad alteram illam in omni seculorum æternitate beatam migrauit. Cùm autem paganorum in Christianos furor indies augmentum caperet: adeò vt Christi cultores etiam iniusta causa ad supplicia & mortem raperentur, tunc alios comprehensus etiam Pancratius propter naturalium splendorem Diocletiano oblatus est.

Dionysius & Pancratius post catechesin baptizantur.

Dionysij obitus.

Pancratius comprehenditur.

Tyrannus autem viso Pancratio vehemēter ad vultûs eius pulchritudinem obstupuit; & sine fine admirans quòd in tantilla ætate ad mortem pro Christi gloria sese offerret, sic eum affatus est: Infantule, consulo tibi vt omissa, qua teneris, vanitate, mihi consentias, & ab hac Christianorum insania discedas: reddasq; te natalibus tuis. Ego enim te propter patrem tuū, qui mihi in vita amicissimus fuit, honoribus & diuitijs auctū loco filij habebo. Quod si verò spretis pietatis meæ monitis Christo adhærere pergis, iubebo te crudeli internecione dele & corpus tuum flammis exustum etiam sepulcro honore spoliari.

Pancratius puer præclarè respōdet Diocletiano.

Ad hæc Pancratius animo planè virili respon Noli frustrà errare, domine Imperator, vt dum vides puerum annorum duodecim, credas mihi nus aut sensûs aut sapientiæ superesse. Dominus nim noster Iesus Christus eam nobis mentem intelligentiam contulit, vt nullos prorsùs aut principum aut iudicū terrores timeamus. Porrò dicta quos me hortaris colere, plani & impostores fuit qui nec suis pepercêre parentibus, & fratrum se stupris contaminarunt: ità vt ego satis mirari queam, quomodò non fœdum & turpe sit apud illos colere, quorum si similes esse scires famulos tuos, iure in eos animaduerteres. Diocletianus auditis, iussit eum sine mora in viam Aureliam duci, & capitis ibidem sententiam subire: ne ipsero victus sempiterna ignominia notaretur. Itaque ministri Pancratium ad designatum locum abdu

Capite truncatur.

runt & capitis supplicio affecerunt. Octauilla corpus eius noctu sublatum cum aromatibus in pulcro condidit 4 Idus Maias. Eodem tempore teris claris natalibus orta, virgo sacratissima,

...ij palmam adepta est; Diocletiani Nono & Ma-
...miani Octauo (incertum vtrũ Imperij vel Con-
...latûs) anno. Porrò Pãcratius quàm pręclaris post
...ortem miraculis floruerit, testatur Gregorius Tu-
...nensis, qui ait: Si cuiusquã mens insana iuramen-
...tum inane proferre voluerit, priùs quàm sepulcrũ
...eius adeat, hoc est, antè quàm vsque ad cãcellos, qui
...sub arcu habentur, vbi clericorum psallẽtium stare
...nos est, accedat, statim aut arripitur à dæmone, aut
...ceps in pauimentum ruens amittit spiritum.

Vide Baron. Tom. 2. anno Christi 304.

Lib. 1. cap. 39. de glo. mar.

ITA S. MODOALDI TREVIRORVM Episcopi. ex ea quæ est per Stephanum Abbatem Leodiensem. Vixit circa annum Domini 720.

12. Maij.

INter præclaros & præcipuos summa sanctitate & ingenuitate viros, quorũ fide, doctrina, moribus, & virtutibus sancta fulget Ecclesia, S. Modoaldus inclyta Aquitanorum prosapia ortus haud extremàs obtinet. Etsi autem propter vetustatem ...scriptorum abolitionem minùs nobis compertum sit, quibus auis aut maioribus vel quàm digna ...ce tam insignis arbor prodierit, tamen ex pro...quis & cognatis, nomine, gloria, & honore, ter...marique celeberrimis, quorum virtute publica ...floruit, quorumque potentiam totus orbis exti...it, tam charta quàm fama genus eius incognitũ ...est. Nam soror eius, Itta nomine, mulier admo...venerabilis, stabili matrimonij vinculo clariss...o Duci Pipino coniuncta fuit, quę defuncto ma...ri, propriæ domûs fastigia, spe secundarũ nuptia...rum procis multis incisa, in ecclesiam cõmutauit, ...a sancto Amando Traiectensi Episcopo sacrum ...sanctæque religionis habitum suscepit. Iam ...quàm clarè genus & nobilitas Modoaldi ex li-

Nobile & præclarum genus S. Modoaldi.

Itta soror eius.

beris & nepotibus venerãdæ sororis eius elucescat, Grimoaldus paternæ dignitatis ac pietatis hæres, & duæ sorores eius Gertrudis & Begga egregiè declarant. Nam Grimoaldus, præter illam, qua domi militiæque viguit, industriam, duo illa præclara monasteria, Stabulaus & Malmundarium ex proprio construxit: soror verò eius Gertrudis spretis omnibus diuitijs & mundi honoribus contemptis Christum in terris sponsum elegit: cui tanta fide ac deuotione adhæsit, vt plurimis post mortem miraculis ab eodem decorari meruerit. Begga verò quæ Ansigiso nobilissimo Duci matrimonio iuncta fuit, & septem ecclesias, vbi & corpus eius à sacris virginum choris honoratur, construxit, egregijs etiam eximiæ sanctitatis monumentis claruit. Huius autem filius Pipinus nomine, vt nomen aui, ità & virtutem cum dignitate referens, mortuo rege Childerico, eò magnitudinis excreuit & potentiæ, vt in tota Austria etsi non regio nomine, regia tamen dominaretur potestate. Iam verò Carolus quem idem Pipinus sibi superstitẽ tam dignitatis quàm & virtutis suæ reliquit hæredem quàm mirabiles triumphos de ducibus ac regibus, de populis & Barbaris nationibus reportauit, difficile est explicare. Nam & Saracenos, tribus eorum regibus peremptis, ad internecionem fudit. Vndè & cognomen Tudetes, à tundendo accepit, eô quòd à Sclauis vsque ad Hispanos, tot regna, tot vrbes, tot castra & oppida, tam Saracenorum quàm Christianorum ferrei instar mallei tundens, propitio Deo, transuolasse dicitur potiùs, quàm superâsse. Quid verò de filijs iusdem Caroli, Carolomanno scilicet ac Pipino exerim? è quibus Carolomannus post plurima bella & nobiles triumphos, relicta seculari militia, [illegible]

Grimoald' filius Ittæ.

Gertrudis soror Grimoaldi.

Item Begga.

Pipinus filius Beggæ.

Carolus Pipini filius.

Carolus Tudetes cur dictus.

Carolomannus & Pipinus Breuis Caroli Martelli filij.

...te Cassino cælesti se militiæ monachis conse-
...uit. Pipinus verò virtutum suarum meritis ex-
...cens, primus in hac stirpe regium nomen obti-
...t. Iam veniamus ad illum gloriosissimum Im-
...atorem Carolum Magnum huius Pipini filium, Carolus Magnus Pipini Breuis filius
...us nomen & gloria, virtus & victoria, per tanta
...pora adhuc quasi recens ore vniuersorum cum
...studio & admiratione celebratur; vt si litera
...sola fama quasi viuere credatur. At verò de
...ius Ludouico quid dignũ referre valeam, qui Ludouicus Pius.
...patris obitum imperialia sceptra, vt nullus di-
...suscipiens, præter cætera quæ bello fortiter
...maxima suæ pietatis monumenta exhibuit.
...etiam de Clotario huius Ludouici filio dixe- Clotarius.
...paternæ religionis hæres existens, post plu-
...tam sapienter quàm & fortiter gesta, regnum
...suis diuisit, relictoque seculo ac sanctæ cõuer-
...is habitu suscepto, in monastica professione
...vitæ fœliciter consummauit. Sed iam con-
...horum potẽtia & nobilitate, quid vltrà tot
...os & Pipinos, tot Clotarios ac Ludouicos, a-
...reges & Imperatores, qui de hac gloriosa stir-
...que ad nostra profusi sunt tempora, necesse est
...morare cùm ex his præclari B. Modoaldi in-
...luce clarius eniteat. Hoc tãtum in summa
...nis nostræ dixisse sufficiat, de nulla stirpe,
...erimus, tam præclarũ tamq; nobile germen
...ullasse, qui tantũ potẽtię Gallico regno ad-
...; totq; & tam mirabiles triũphos de duci-
...regibus & Barbaris nationib⁹ reportauerint.
...gloriosus ac venerabilis Modoaldus tam
...ortus natalibus, despecta carnis nobilitate,
...huius mundi honoribus, diuitijs ac deli-
...entis nobilitatem proposuit: & liberalibus
studijs

ſtudijs ac cæleſtibus diſciplinis animum tam pr
clarè in tenera adhuc ætate erudijt, vt omnes gl
ria anteiret Chriſtiq́ue tyrunculus inuidiam virtu
te ſuperauerit. Poſtquàm verò adulta ætate camp
illi ad omnes honores & voluptates pateret lati
mus, ipſe contrà ad maiora ſpiritalis militiæ ſtudi
ſeſe accinxit: aſſiduisq́ue ieiunijs ac vigilijs ca
voluptatem frenauit, adeoq́ue ſui ipſius contem
gauiſus eſt, vt paupertatem pro diuitijs amplex
ſit. Vndè etiam nulla illi cura quàm eccleſiæ & p
perum antiquior. Cumq́ue in eius pectore ia
dùm accenſa inualuiſſet flamma cæleſtis deſ
nihil ocij, nihil quietis patiebatur, vt ad oci
quietem diuinæ cõtemplationis perueniret. Q
ob rem remotiora loca quærere, & ab aulic
multu ſeſe occultare modis omnibus elabor
quanto occultius tantò liberiùs pulcherrima
dilectæ Rachelis amplexibus poſſit inhærere
rùm quoniam nõ eſt in hominis poteſtate vi
ſed contrà ſpem votumq́ue ſæpè à Domino
eius diriguntur, beatus Modoaldus Liæ lab
in nocte huius vitæ iungitur; dum primori
gni & primoribus palatij quaſi vtilis in verbo
uidus in conſilio, diuina prouidentia licet
gnans ſocius accitur.

Benignitas eius in pauperes.

Inuitus cogitur regiæ ſuam nauare operam.

Intereà venerandus Antiſtes Sebaudus
Treuirenſis rebus humanis exceſſit. Cui
nõ impar ſanctitate dum ab omnibus cum
fectione quæritur, Dei gratia procurante,
indicijs præſignante, haud longè digniſſim
ritur. Itaque concurrunt pariter omnium vo
& dux æquiſſimus Pipinus, alijq́ue optimat
rus & populus, omnis ſexus & ætas: Modo
non tam eligũt Pontificem quàm à Deo iam

Eligitur & conſecratur Epiſcopus.

...lum & sibi promissum exigunt. Igitur nequic-
...m reclamans in domo Domini, & in atrijs Dei
...ti plantatur, tanquàm palma florens, & vt ce-
...s Libani multiplicatus. Nam sicut palma virens
...altum tendens fidei virore & vitæ altitudine
...profectum ecclesiæ florebat, & sicut cedrus Liba-
...multiplicabatur, dum odore sanctæ conuersatio-
...virus serpentis antiqui à subditis expelleret, &
...multo virtutum candore dealbatus per altitu-
...m cõtemplationis ad cælestia euolaret. Sed in-
...omissis illis, quæ in interiori homine Deo tã-
...teste & sanctis Angelis eius operatus est: quis
...illam solicitudinem, qua Pater vigilantissimus
...sso sibi gregi præerat, dignè valeat explicare?
...m tanta docendi perfectione, tanta magisterij
...informando instituebat, vt quasi illa propheti-
...ensa intùs labrum reflecteret, id est, ad cor ser-
...em reuocaret, quod loqueretur attenderet, o-
...tur quod prædicaret. Denique verbum do-
...opere commendans misericordiæ, sic erga
...ora subditorum studia feruebat, quatenùs eis
...oris vitæ prouidentiam nõ negaret: nè si cura
...oris vitæ ab eo negligeretur, quasi iure à per-
...da prædicatione gregis animus frangeretur.
...reà cùm domûs Dei decorem diligeret, & ad
...las dignas conditori laudes ardẽtissimo sem-
...ore flagraret, super ripam Mosellæ oratoriũ
...ore beati Symphoriani martyris extruxit, o-
...quidem exiguum, & artificiosi schematis de-
...mis ambitiosum: sed, quod nobilius est, cla-
...virtutum gemmis ac pulcherrimis virginei
...is margaritis multo splendidiùs spectabili-
...quàm fuerit illud celeberrimum Salomonis
...m, auro & argento, ac tot mirificis expolitũ
argu-

Solicitudo eius in Episcopatu.

Exod. 25.

Extruit monasterium virginum.

argumentis. Ibi quippè cōgregationem sanctarum virginum, tanquàm dulcisonos adolescentularum choros, in nuptijs Christi & Ecclesiæ iugiter laudes canentium, instituit: quibus ad regularis vigorem disciplinæ seruandum sororem suam nomine Seueram præfecit. Quæ plusquam materna pietate & iucunda quadam seueritate virgineam illam aciem instruxit egregiè, & exemplo sanctitatis in omni constantia disciplinæ confirmauit. Qua fœliciter defuncta, vir sanctus Modoaldus æterni Regis miles iam emeritus, ad præmium & palmam fœlicitatis æternæ cœpit ardētiùs anhelare, ad quam germanam cum exultatione Angelorum translatam nouerat præcessisse. Cumque ex fidei & operum securitate & spei certitudine dignam iam à Deo posset missionem petere, tamen quasi adhuc multa se arguenda forent, nouis & acrioribus tormentis exquisitis de se supplicium sumebat; seque crudelis exactor persequebatur: in illa iam quasi vltima ætate, quam profectò non tam nimia quàm ipsemet continuis laboribus vrgendo anhelauerat.

Seuera soror eius Abbatissa.

Mortua sorore vir sanctus ardentius aspirat ad cælestia.

Cùm ergò sub graui corporis labore diem quoque desudaret, totoque mentis desiderio ad hostem patriam properaret, nihil de consueta ... steritate remittebat; donec inter verba ... cum admiranda sanè sanctitatis significatione spiritum in manus Creatoris exhalaret. Inter ... sacrum funus de more componitur, à circumstantibus psallentium choro nunc pijs lachrymis ... nunc psalmis & hymnis honoratur. Cuius ... stum fœlix & liber trannsitus sicut festiuo ... supernis ciuibus extitit, ità totam penè * ... nimio quodam & inconsolabili mœrore ...

Fœliciter abit è vita.

* alij Austrasiam vocāt.

Vidè tota penè prouincia insigni luctu deformata
[illegible]ti patris exequias cohonestauit. Ingens paupe-
[illegible] multitudo à feretro dependens voce lachry-
[illegible]li patrem se suum amisisse querebatur. His fa-
[illegible]laribus baiulis cælum suo clamore pulsanti-
[illegible], charissimum corpus in dilectam sibi Ecclesi-
[illegible] defertur, quam suprà diximus, ab eo funda-
[illegible], & in honore beati Symphoriani martyris de-
[illegible]tam. In qua etiam non sine graui gemitu mul-
[illegible]ne suorum lachrymis, prout decebat tantum
[illegible]ficem, cum dilecta sorore terræ mandatur.
[illegible] in testimonium sanctitatis eius, tot & tanta
[illegible]acula quotidiè coruscare videntur, vt nunc de-
[illegible]m veriùs cum Christo viuere credatur.

Post obitum viri sancti indomita Nortman-
[illegible]um gens quasdam Galliæ & Germaniæ partes
[illegible]pauit: & sceleris sui immanitate efferata in-
[illegible]em vbique stragem edidit. Cumque horren-
[illegible] illa tempestatis procella vrbem etiam Treui-
[illegible]em inuaderet, & iam iam præ oculis omni-
[illegible] mortis imago volitaret, sacræ Deo dicatæ vir-
[illegible], quas in beati Symphoriani martyris orato-
[illegible] beneficio Modoaldi collocatas suprà memora-
[illegible], pro vita præsenti, quam despexerant ni-
[illegible]licitæ, pro castitate seruanda quam deuoue-
[illegible], ad consueta orationum præsidia confugerunt:
[illegible]cè mirabile auditu, mirabilius visu, ne mala,
[illegible] pro sexûs fragilitate metuebant, videre coge-
[illegible], in pace lecto decubantes intra dies triginta,
[illegible]tis & precibus Modoaldi, quem assiduò in re-
[illegible] desperatis implorabant, omnes præsenti vita
[illegible]serunt: quarum corpora eodem in oratorio
[illegible]ita sunt.

Miracula ad eius tumulum.

Cùm

Cùm igitur eiusdem adhuc tempestatis residerent vestigia, lōgaque solitudo pleraque sanctorum cohiberet loca, fiebat nimirùm vt ille sancti familiaris angelus pro sui quidem dignitate parū obtineret reuerentię, neglectu verò ciuium omni custodia destitutus, etiam pateret iniurię. Sed ea mortalium incuria nostro pontifici auctioris gloriæ facta est materia. Quidam enim viri, genere Franci, sue gentis haud ignobiles, sanctæ deuotionis gratia vilem Treuirem accesserant. Cumque sancti Symphoriani ecclesiā viderent incultam, iniuriæ opportunam, & à ministris ciuibusque neglectam, flagitium arbitrati non sunt, si, quauis arte, sacras Præsulis reliquias indè secum asportarent. Remotis ergò arbitris, noctis ingressi tempore, pia sed audaci violentia mauseolum sanctissimo fœcundum corpore effringunt: dehinc, vnus cæteris paratior manum temerè inijciens, quicquid tenaci digitorum pectore concludere potuit, sibi recondens fugam cum locis maturat inuadere. Quod facinus licet amore sancti licenter perpetratum sit, non tamē sancto placuisse rerum sequentium documēto comprobari potest. Simul enim cum illius extractis artubus, mirum dictu, sanguis copiosus erupit. Qui dum abūde tamquam de patenti vulnere proflueret, tenebris tamen visum arcentibus, raptores ipsos nihil huiusmodi aut videntes aut sentientes antè prodidit, quam à cœpto deterruit.

Ex reliquijs S. Modoaldi furtim ablatis copiosus manat sanguis.

Intereà die terris reddito, cùm matutina pars ex more ad orandum cœpisset concurrere, auimus uertunt ecclesiæ pauimentum largo perfusum sanguine; cumque diu multumque incerta suspicione agitarentur, tandem exploratis omnibus, recentia indicia fracturæ, nocturnæ temeritatis damna [illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...unt. Nec visus est labor difficilis fugitiuos in-
...ui, cùm sanguis à direptis emanans ossibus, nus-
...m locorũ reos suos desereret; donec illos con-
...ntia trepidos, nec satis periculi securos, suis ve-
...is & quidẽ haud obscuris, manifestos efficeret.
...tur ergò expediti equites iniuriam persequi,
...ritatem corrigere: qui celerrimè fugientium
...prementes, eosque facili negotio à fuga retra-
...es, delicti quidem gratiam faciũt, omnibus ta-
...admirantibus, receptas integrè Summi Ponti-
...eliquias ad vrbem referunt: & ne quid simile
...ceps perniciosa crearet licentia, corpus Sancti
...propatulo positum ab ecclesia in oratorium S.
...ini transferunt, cęlestemque thesaurum firmi-
...s apothecis & tutiori ærario commendant.

Transfertur corpus eius ad S. Paulinum.

...tur S. Paulini ecclesia nouo illustrata hospite
...gnam breui claritudinem peruenit. Sed post-
...diuturna quies ociũ, ocij verò securitas cor-
...s mores pepererat, totãque vrbis faciem im-
...tam pro religione diuinorum contemptus in-
...at, sustinenda erat necessariò supernæ corre-
...s sententia, quæ pollutam licentiam sub fre-
...strictionis coërceret. Itaque intempestæ no-
...entio idem oratorium subito cõflagrauit in-
...o, totaque ædificiorum moles subuersa est.
...res mira & seculis nostris inusitata accidit.
...a enim, quæ omnem superficiem contexe-
...endiorum cõgerie, cuncta præter spem quæ
...erant, integra reperêre, ipsumque loculum
...expertem iniuriæ, vt aurum crederes de for-
...productum, purgatum non corruptum. Fulsit
...ea multis alijs præcipuæ sanctitatis miracu-
...e tanta tamque præclara sunt, vt Tullianis
...insultent ingenijs & eloquentiæ.

S. Paulini ædes conflagrant.

VITA S. EPIPHANII CONSTANTIAE *Episcopi, ex ea quæ est apud Metaphrastem. Superstes fuit vir sanctus ad annum vsque Arcadij Imperatoris Septimum. Vincentio & Frauitta Cons. qui scribitur à recentioribus annus Domini quadringentesimus primus. Vixit autem annis centum & quindecim, minùs mensibus tribus, adeoque spectatæ sanctitatis vir fuit, vt licèt aduersus Arianos semper strenuè decertasset, ipsi tamen Ariani, & eorum patronus Valens Imp. eum reueriti, quicquam molestiæ ei inferre ausi non sunt. Quod autē alicubi Constantiæ, alicubi Salaminæ Episcopus dictus reperitur, mirandum non est: nam Salamina etiam Constantia dicta est, vt expreßè testatur S. Hieronymus.*

In Epist. 27. In Epitaph. S. Paulæ ad Eustochiū. 12. Maij.

Patria & parentes eius.

EPiphanius genere Phœnix, ex ea regione quæ est circa Eleutheropolim oriundus, pariter habuit Agricolam, tenuioris fortunæ & conditionis hominem, qui cum sua coniuge duriter ad victum quærebat: quo mortuo, mater sola aliquam familię curam sustinere debuit. Ea autem quamuis exigua (vnicam enim præter Epiphaniū filiam Calitropem tantùm habebat) ingentes tamen ... molestias, propter facultatum angustias, pariter adeò vt extrema ciborum inopia coacta, iumentum vnicum idque adhuc indomitum per Epiphanium ad nundinas venale transmitteret. Erat tunc annis natus decem Epiphanius, cùm accepto iumento ad nundinas properaret; cumque in emptorem ... Iudæum Iacobum nomine incidisset, & is Epiphanium, antè quàm de precio conueniret, sectæ ... religionis professione percunctaretur, & poenitentiæ ... ctus se Iudæum esse diceret, Iacobus: Benè, inquit, se habet: cùm igitur simus eiusdem generis, ...

Epiphanius Iudæus.

debet inter nos peccatũ intercedere: sed cùm Deus
ter iustus sit, iustum etiam iumenti preciũ con-
tinamus, nè quo maledicto inuoluamur. His au-
ditis Epiphanius Iacobi maledictionem pertime-
ns, protinùs iumentum retraxit, negauitque sibi
esse illud vendere, eò quòd insolens & indomi-
tum esset. Et quanquàm acerbissimæ famis necessi-
tate impulsus vt matris & sororis angustias suble-
uaret, eò adduxisset, nè tamen iusti iudicis iram in-
uocaret, se nulli mortalium damnum inferre velle.
Iacobus tam admirabile pueri responsum mira-
tus mox tres de crumena nummos deprompsit, &
laudata pueri voluntate, domum illum cum iu-
mento remisit. Accidit interim vt Epiphanius, dum
ad matrem faceret, in hominem Christianum Cleobius Christianus.
faceret Cleobium nomine, qui viso iumento, id
venale postulabat. Cumque ad verba Cleobij
Epiphanius gradum figere vellet, animal insolens,
quem facto, sessorem suum excussit, humiq; gra-
uiter allisit: adeò vt flens eiulansq; puer se loco mo-
ueri non posset. Tum Cleobius propiùs accedẽs al-
lum puerũ trina vice Cruce signauit, & ab omni
labore sanatũ erexit. Deindè conuersus ad iumen-
tum insolentiam eius compesceret. Tibi, inquit,
in nomine Iesu Christi crucifixi, non ampliùs
hoc loco excedas. Hæc vbi dixit, animal in terrã
expirauit. Quo viso, admirans Epiphanius
ab Cleobio percunctari cœpit quęnam illa
esset, qua in Christi Iesu nomine res adeò
ardas effecisset. Respondit Cleobius: illam es-
sem suam, sed Christi, quem Iudæi in crucem e-
rant, omnipotẽtis Dei filij potestatem. Epipha-
nius his auditis se Iudæũ esse tunc quidem iudica-
ret timuit, cuncta tamen sedulò cum mente sua

pertractabat: & pium quendam Christianæ religi-
onis amorem concipiebat. Post hęc domum redi-
matri cuncta ex ordine narrauit: quę reditu filij
vehementer quidem gauisa est, sed cùm omni
solatio se destitutam cerneret, rursùs curis ingen-
bus opprimebatur; suadebatq; filio vt se alicui
ctatæ probitatis viro in seruum traderet: quo
laboribus & arte durum desolatę matris & iam
paupertatis onus nonnihil subleuaret. Hęc cum
cum agitarent, venit ad eos Iudæus quidam
mirandæ religionis Tryphon nomine, qui Epi-
nium summa matris eius voluntate ac gaudio
lium adoptauit, & Mosaicæ legis disciplinis
genter erudijt, & in omnibus accuratè insti
filiam ei vnicam matrimonio stabili coniunx
Sed accidit vt filia eius paulò pòst è vita exce
& ipse Tryphon eodē fato eam sequeretur, omn
que suas facultates sanè amplissimas Epiphan
linqueret: qui cū sorore sua (matre paulò pòst
functa) in summa vitæ tranquillitate degebat.

Tryphon adoptat Epiphanium.

Accidit interim cùm die quodā equo vect
plissimas suas circumquaq; possessiones lust
& Lucianus vir insigni eruditione & monali
tæ opinione præstans ei occurreret; vt paupe
dam ad pedes eiusdē Luciani sese abijceret,
nis frustū triduana inedia confectus humi
stularet. Cumq; vir Dei, nihil, quo eius inopi
curreret, haberet, protinùs se suo amictu e
illi hilari vultu tradidit, vt eo diuendito pa
bi compararet. Spectabat hoc ex propinqu
phanius, viditque Lucianum hoc modo nud
candida de cælo stola vestiri: & mirabili sp
re decorari. Quo viso tanto est affectus tim
pronus è iumento, cui insidebat in faciem

Lucianus monachus insignis.

Chri-

Christianis à Luciano sacris se initiari postularet: omnibus valere iussis, in monasticæ vitę societatem adoptari. Ea re gauisus Lucianus eum cum sorore episcopo obtulit, qui vtrumque post exactam illi institutionem vitalibus aquis expiauit. Fertur autem cùm Epiphanius ad ecclesiã pergeret, quòd in ipso graduum ascensu calcei è pedibus illi excidunt: neque deinceps vllo calceamentorum genere vsus fuerit, sed nudis reliquo vitæ tempore pedibus incesserit.

Baptizatur Epiphanius

Postquàm igitur hoc modo in albo ecclesiæ adscriptus esset Christianæ quoque militię annos natus sexdecim sub eodem Luciano nomẽ dedit. Habebat is in castris suis spiritualibus decem egregia pietate monachos: in quibus Hilarion signis virtutibus admirandus: qui ex præcepto Luciani Epiphanium, in ijs quæ ad monasticæ vitæ disciplinam attinent, instituendum susceperat. Porrò ...tion cùm incredibili ciborum parsimonia carnem maceraret, & hebdomadarum frequentér inedia se affligeret, Epiphanius non segnis pręceptoris ...mulator idem vitæ institutum strenuè virilitatis imitabatur. Erat autem locus ille, quem incolebant, omni aquarum solatio destitutus, ita vt ...es ad quinque milliaria, idq́ue noctu tantùm ...rentur. Cumq́ue die quodam viatores vino o... in maximis Solis ardoribus eò diuerterent, & propter aquæ penuriam extrema lascitudine con... de vita periclitarentur; Epiphanius hominum ...ratem miseratus, extensa dextera: Credite, ...it, fratres, quòd qui aquam vinum fecit, vinum ...que aquam faciet. Eo dicto vteres qui vino ple...rant, protinus aqua redundarunt, & miseros vi...es mortis angoribus oppressos à præsenti peri-

Fit monachus.

S. Hilarion.

Vinum Epiphanius in aquã mutat.

culo liberârunt. Ea res cum Epiphanij nomen maximè celebre faceret, & longè lateque miraculum diuulgaret; vir sanctus vt hominum celebritatem famamque sanctitatis vitaret clanculùm ex eo loco in vastam agrestéque solitudinem profectus est.

Pergit ad eremum.

Accidit autem Saracenis quadraginta per illam solitudinem iter habere, visoque Epiphanio, rati sunt hominem parum sanæ mentis esse: vndè multis cum iocis & scommatibus prosecuti sunt. Vnus autem qui altero oculo orbatus erat, moribus ferinis & ingenio crudeli, stricto ense eum inuadere voluit: & eccè cùm magna vi gladium vibraret, oculus ille lumen recepit: vndè ingenti pauore correptus barbarus constitit immobilis, ensemque proiecit: & alij pariter stupore oppressi Deũ esse clamabant: tantaque eum sunt veneratione prosecuti vt se sine illo saluos non posse consistere existimarent. Sequutus itaque illos trium mensiũ spatio sanctus, insolentiam eorum comprimebat, & per sermonibus ad omnem modestiã & mansuetudinem informabat. Illi verò eodẽ, ex quo cum eis reuersi erat, loco, opera sua domũ illi ędificârunt: & vitam sine fine mirati, ibi Christo in pace seruiendum reliquerũt. Ego autem (hic est auctor historiæ sancti discipulus) qui vnus erã ex ipsis adhæsi Epiphanio, ab eoque, quæ ad fidem pietatemque [illegible] institutus, post mẽses sex ad magnum Hilarionem cum eo perrexi, vt signaculũ fidei in Christo [illegible] consequerer. Quo obtento, trãsactis cum eo [illegible] tribus diebus admodũ tribus, ad horrida & [illegible] eremi loca regressi sumus. Ad secũdum autẽ [illegible] nasterio lapidem obuiã habuit adolescentem [illegible] lenti dæmonio obsessum, quẽ verbo in Christo [illegible] mine eiecit, & horrendas iactãtem minas [illegible]

Discipulus Epiphanij Iohannes.

Dæmoniacum sanat.

mundus autem dæmon se illam iniuriam haud
ultam passurũ minabatur, sed Persarũ regem in
m concitaturũ: vt diris eũ cruciatibus afficeret.
c multò pòst Imperatoris filia ab eodem dæmo-
correpta, easdem, quas antè adolescẽs, afflictio-
patiebatur. Exagitabat autẽ illam miserandũ in
dum, & nisi Epiphanius Phœnix veniret, cuius
testate se eum inuasisse calũniabatur, nullo mo-
ex ea se migraturũ affirmabat. Rex hęc audiens,
cõtinuò ingenti hominũ in Phœniciam mul-
dine, Epiphaniũ adduci pręcepit. Et quidẽ post
tas itinerũ molestias tandẽ eum in Spanydrion Spanydrion.
locus habitationis eius erat) inuenerunt. Cumq;
ctium cellulæ pulsassent, & vir sanctus diuinis
tus laudib. eorũ clamores negligeret, vnus eorũ
ris audacior stricto ense fores effringere aggres
est: & eccè manus eius cõtinuò virtute sua de-
ta penitùs exaruit. Quod cæteri vt viderũt in-
correpti formidine diffugerũt. Tandẽ Epipha- Manum aridam sanat.
expleto diuinarũ laudũ studio ꝓdijt: & homi-
illũ misericordiã postulãtem sanitati restituit.
eliqui autẽ qui non modico interuallo ab eo se-
ti hæc spectabãt, posito inani formidine acces-
: & Epiphaniũ cum discipulo honorificè iu-
is impositum ad regiam duxerunt. Fuit conti-
regis filia adducta, quam vir sanctus Crucis si- Persarũ regis filiam à dęmone liberat.
ulo à teterrimo dæmonio liberauit. Cõmoue-
res ingentẽ regi admirationẽ, adeò vt demis-
poris habitu Epiphaniũ veneraretur & opes
& argẽti immẽsas & maximam gemmarũ co-
in grati animi significationẽ offerret. Vir san-
aũt cuncta reijciẽs pauperibus ea distribui ius-
regẽque, vt relicta superstitiõe, Christũ cogno-
ret instanter hortatus est. Transactis autẽ decem

in aula diebus, ad suum in solitudine domicilium remeauit: cumque elato vix pede, adolescentem vnius ex proceribus filium magica arte à maleficio nefariè necatum efferri cerneret, vt eum de gentis more, canibus deuorãdum obijcerent: Epiphanius misericordia erga miserũ motus constitit; & mortuũ suo indumẽto (erat enim nudus) operuit. Tum sublatis ad cęlum manibus Christum, qui triduanũ Lazarum suscitauerat, cum lachrymis inuocauit, vt eadem virtute defunctũ ad vitam reuocaret. Vix orationem compleuerat, & eccè adolescens surgens Epiphanium amplexatus est. His ità gestis venit in Spanydrion, vbi extrema siti cõfectus precibus suis è terra fontem elicuit: tantamque deindè olerum vbertatem tellus illa protulit, vt etiam lætissimum humanis oculis spectaculũ præberet. Cumque feræ bestiæ suo incursu ea depopulari inciperẽt, vir sanctus tanquam rationis compotes sic eos affatus est. Nolite mihi exhibere molestiam, Deus qui hoc mihi olerum præbuit solatium ad alimentum, vobis præcipit ne meas herbas depascatis. His verbis mirabile dictu, feræ protinùs cesserunt, neque dimidiè deinceps vllum viro sancto intulerunt.

Mortuum excitat.

Fontem elicit è terra.

Ferę ei obediunt.

Post hæc Saraceni illi, qui primã Epiphanio aulam extruxerant, tres alias domos ei ædificarunt, vt numerus discipulorum, qui ad quinquaginta tractus erat, laxiùs commodiusque cum eo degeret. Porrò cùm illi die noctuque in magna vitæ tranquillitate Deo famularentur, inimicus humani generis, absente quodam die Epiphanio, insidias iniuxit. Nam sumpto per simulationem habitu eius monasterium Spanydrion venit, cui cùm discipulorum vnus tanquàm fœlicem patri reditum officiosa mente gratulaturus occurreret, statim à ma-

gno spiritu obsessus est. Quo cognito Epiphanius pox aduolauit, & dicto citiùs impurũ dæmonem ecit. Latebat in ea sylua non procùl à monasterio ò immanis & sæuus, qui plurimis illac iter faci- ntibus necem intulerat. Huic vir sanctus, cùm o- nes locum illũ adire trepidarent, accessit & flam- manibus oculis obuiàm sibi venientem solo intui- u prostrauit, & iter infectũ omnibus magno mul- tum gaudio & stupore expeditum reddidit.

Expellit dæmonem.

Leo crudelis eo conspecto mortitur.

Post hæc cœpit Spanydrion & discipulorũ nu- ero & præclaro omnium virtutum germine ma- a magisque florescere: nam præter assiduam diui- rum rerum cõtemplationem vir sanctus sedulò ros voluebat codices, eorumque vim discipulis ulenter exponebat, & frequenter cum admiran- e eruditionis opinione varijs de rebus ad eos dis- ebat: prorsùs vt cùm alij, tum Epiphanius Edesę ilosophus & orator insignis, ad eum cõfluerent: d doctrinę eius participes fierent. Porrò hic phi- osophus cùm anno admodum vno varijs de rebus m viro sancto disceptasset, neque vllo modo ve- ris lucem syncera mente inspicere posset, acci- e cie quodã vt homines sexaginta numero, Agri- rum adolescentẽ truculento dæmone vexatum, catenis vinctum, ad Epiphaniũ deferrent: vt pro ta sua in oẽs benignitate ac misericordia hunc m miserum ab ea calamitate liberaret. Et qui- m Epiphanius philosopho filium obtulit, spon- , si deorum suorum virtute, quibus veram di- atis rationẽ tribuebat, dæmonem expelleret, protinùs relicto Christo ad deorũ istorum cul- & religionem accessurum. Sin verò ipse Chri- potentia & gratia immũdum spiritum eijceret, ebat nẽ diutiùs pertinaci mente cum certissimo

Epiphanius philosophus venit ad s. Epiphaniũ.

animæ suæ periculo, reluctaretur. Hæc dicẽtem Epiphanium ridebat philosophus, neque vllo modo persuadere sibi poterat tantam viro sancto vim inesse, vt sæuum adeò dæmonem comprimeret. Tum verò Epiphanius nihil vltrà cunctatus adolescentem adijt, philosopho interim fugiente & prudenter quasi imminens periculũ declinante) & ferreos nexus, quibus arctissimè cõstrictus iacebat, soluit adhibitoq; sacrosancto Crucis signo in nomine Christi Iesu crucifixi dæmonẽ in fugam cõpulit: stetit adolescens cõpositis adeò moribus, vt philosophus eo spectaculo victus, è cubiculo, in quod præmissa se concluserat, erumperet: & ante pedes sanctissimi viri prostratus manus daret: & execrabili errore relicto ex animo nomen Christo dedit.

Epiphanius philosoph⁹ credit.

His alijsque virtutibus cùm longè lateque Epiphanij nomẽ inclaresceret, factus est indies frequens hominum ad monasterium cõcursus vt optata vi sancti benedictione potirẽtur. Ea res cùm Epiphanio valdè impedimento esset, statuit se fuga inde proripere. Itaque assumpto discipulo in Ægyptũ perrexit: cumq; Leontopolim venisset, inuenit hominẽ Hieracem nomine, qui magnũ discipulorum numerũ sub monastica disciplina tenebat, eruditionis opinione præstans diuinarũ rerum cognitione imbuebat. Is autem quanquàm asperum sanè & horridum vitæ institutum ageret, & sentire disciplina omnes cupiditates elideret prauã tamen quandam de resurrectione carnis nostræ sententiam mordicùs tuebatur, palã docens nequaquàm in eadem carne resurrectionẽ futuram: & infantes pueros perfectam viri ætatem in altera vita non adepturos. Quibus auditis Epiphanius vehementer commotus & zelo inflammatus, quòd tantum discipulorum

Epiphanius in Ægyptũ fugit.

Hieracis errores.

orum numerum in apertum secum errorem pertraheret, dixit: Obmutesce, & disce spem resurrectionis nostræ vana doctrina deinceps non peruertere. Quo dicto protinùs omni loquendi facultate priuatus est Hierax: adeò vt eo miraculo discipuli obstupescerent, supplicesque ab Epiphanio saniorem doctrinā postularent. Qua tradita, Hieraci loquelę beneficium restituit: monuitque vt deinceps sincera & pura auditores suos doctrina imbueret.

Hierax priuatur linguę officio.

Baronius hæc aliaq; parū fida integritate esse scribit, & scriptorē mēdacij arguit, q ego aliorū cōmitto iudicio. Vide tom. 4. Annal. fol. 298.

Leontopoli verò discedens in superiorem Thebidem ad Iohannem quēdam multis virtutibus & iustitiæ laudibus ornatum venit: vbi adolescētem dæmonio vexatum liberauit: indè ad Bubalia migrans septem ibidem annos exegit. Cumque res ibi fuit admirandas gereret Eudęmon philosophus, vt cum eo disputādo cōgrederetur, accessit. Is autem adducebat puerum altero orbatum oculo: cumque Epiphanius mentem eius potenter nimis à dęmone possessam scripturis diuinis expugnare non posset: Heus, inquit, Eudęmon, quandoquidē super omnes eloquentia polles, & diuitijs, & deorum tuorū virtute gloriaris plurimùm, velim vt huic tuo puero subuenias & amissum lumē restituas. Risit hunc Epiphanij sermonē philosophus & quasi respōsione indignum cōtempsit. Tùm Epiphanius: Vt cognoscas, inquit, Christum verū cęli terręque Dñm esse, eius virtute lumen recipiet: simulq; extensa dextera vice Crucis signū oculo impressit, & protinus amissum lumē recuperauit. Quo miraculo videns Eudæmon ad genua viri sancti procidit, & pauca superstitione relicta, Christo nomē dedit. Eodem tempore in Phœnicū regione dira fames miseros mortales exagitabat, & extrema siccitas terram confecerat: cumq; nullum in calamitate refugium

Epiphanius curat dęmoniacum.

Signo Crucis sanat cæcum puerū, & Eudęmon credit.

gium inuenirent, ad Epiphanium abierunt vt rebus desperatis pro sua pietate opem ferret. Non recusauit vir sanctus, quanquàm se peccatorem diceret, quin preces cum lachrymis pro salute miserorum ad Deum funderet. Et eccè cælũ repentè obductum nubibus copiosum in terram imbrem effudit: fugesque Solis ardoribus exustas recreauit. Perseuerauit deindè toto triduo eadẽ pluuia, quã, populo rogante & obsecrãte, suis quoq; precibus repressit.

Impetrat pluuiam suis precibus Epiph.

Hilarion in Cypro.

Degebat id temporis in Cypro S. Hilarion, cuius conspectu & benedictione vt frueretur eò properauit. Post mutuum autem cõgressum & colloquium suauissima, Epiphanius cùm solitudinem repetere statuisset, vetuit Hilarion, eumque vt Salaminam pergeret, & habitationis locũ ibi eligeret, monuit. Sed Epiphanius & Hilarionis monita negligens, & conscensa naui Ascalonem iter instituit. Et cum ingenti subitò tempestate coorta, nauis periclitari cœpit, totoque triduò mortis imagine perpetua ob oculos versante, vi vndarum iactata est: & tandem, frustrà fluctus euitante magistro Salaminam delata. Erant id temporis Episcopi congregati, & defuncto loci illius antistiti alium subrogare. Dumque magno studio pro grege soliciti, digno eo munere virum exquirunt, fuit Pappo Cypri Episcopo (qui eam dignitatem annis quinquaginta cum eximia sanctitatis laude & gloria etiam martyrij administrauerat) per visum de Epiphanio reuelatum. Itaque Pappus Epiphanium ad forum euntem, vt vuas victui necessarias emeret, cum duobus Diaconis subsequutus est: & data salutatione benigne eum ad ecclesiam secum inuitauit. Recreatus continuò verbi diuini Epiphanius, quod dicit: Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domum

Pappus Episcopus insignis.

...um Domini ibimus. relictis, quas empturus erat, ...is, hilariter subsecutus est. Cumq; ad altare ven... esset, Pappus sacris eum ordinibus (adhuc e... laicus erat) initiauit, & Episcopum ritè con...rauit. Ea re, cùm præter exspectationem accide...commotus Epiphanius animo vehemēter angi, ...largissimo fletu dolorem testari cœpit: & omni...modis se eo munere indignum clamans niteba... impositam humeris dignitatem abijcere. Sed ...Pappus Dei voluntatem per visum oblatam ...poneret, tādem acquieuit: totisque se viribus ad ...am functionem sanctissimè obeundā accinxit.

Epiphanius initiatur sacris & consecratur Episcopus.

Tribus autem pòst diebus vir quidā venerandus ...gnomon nomine, ære centum nummorum Dra... cuidam clarissimo ciuitatis illius viro obstri... in vincula coniectus est. Cumque omni libe...onis spe (erat enim Romanus) destitutus vitam ...squalore & luctu graui exigeret, Epiphanius, ...summa erat erga calamitosos benignitate, vt ...ero subueniret, relictos in Episcopatu ad eccle... ministeriū nummos totidem Draconi tradidit: ...gnomonem ex insperata salute mirificè exul...tem in libertatem restituit. Eo autē pietatis stu... Diaconus quidā Charinus nomine (qui magna ...itate, quanquàm admodùm diues, lucro inhia... grauiter offensus sanctissimum Antistitem ca...andi ansam arripuit. Itaque non destitit no... Epiphanij apud alios traducere, & quibuscun... modis poterat iniuria afficere. At vir sanctus ...ptæ iniurię immemor parem semper animi be...olentiam erga Charinum conseruabat. Accidit ...rim vt vir sanctus die quodam omnes ecclesiæ ...ministros conuiuio exciperet. Cumq; de more ...sacrosancto Euangeliorum codice pia monita

Debitorem Romanum è carcere liberat.

inter

inter prandendum depromeret, coruus, qui in eadē fortè domo alebatur, intensè vocē emisit, & secundò ac tertiò concitauit. Tum Charinus in medio conuiuarum: Ecquis, inquit, vestrū intelligit, quid sibi hic coruus crocitando velit? Cęteris autē silentibus dixit Epiphanio: Annūcia mihi & ego te meorum omnium dñm constituam. Cui Epiphanius: Coruus hic te ampliùs Diaconū non futurum prædixit. Sublata dein mēsa & oratione peracta, Charinus repentino correptus tremore in morbum incidit, ex quo altera luce vita defunctus est. Eius verò coniunx insigni pietate matrona decem annorum decursu ex manu altera paralysi laborabat, quæ, intellecto viri sui repentino interitu, cum sua Epiphanio obtulit: à quo non sine ingenti miraculo manus sanitatem obtinuit.

Charini repētina mors

Porrò vir sanctus cùm in more positus haberet oblationis tempore non priùs tremendum altare sacrificium peragere, quam cælesti visione aliquod diuinæ propitiationis signum haberet: accidit die quodā quod nulla ei post vota precesq; visio offeretur. Vndè cōturbatus sanè vim lachrymarū profudit, timensq; ne fortè per humanā fragilitatem aliquam peccati cōtagionem contraxisset, enixus Deum precatus est vt causam, quò minùs solita visio ostenderetur, indicaret. Et ecce stantem à sinistris Diaconum repentè in fronte lepra deformatum vidit, cui protinùs benignè, vt relicto ministerio, domum se conferret, annuit. Abijt ille, eoque amota, solitum diuinæ clementiæ signum Epiphanio sese conspiciendum præbuit. Peracta autem oblatione, accersito Diacono, causam ex eo repentinæ lepræ sciscitatur. Tum ille, hac, inquit, nocte, ô pater, à luxurioso vxoris concubitu, quemadmodum

Idem de Carpo scribit Dionysius Areopagita.

um oportuit, non abstinui: & nihilominùs diuinarum cum alijs mysteriorum particeps fieri voluit. Quo audito vir sanctus cælibes tantùm, & perpetuo castitatis voto sese astringentes ad sacras functiones assumpsit.

Nota quales voluerit habere Ecclesiæ ministros.

Erat in diœcesi eius vir quidam diuitiarum existimatione facilè princeps Draco nomine: qui multis virum sanctum iniurijs afficiebat. Is filium habebat aduersa valetudine satis periculosè laborantem, pro quo frustrà in medicos ingentes opes consumpserat. Cùm autem aliquando Epiphanius illuc iter haberet, vbi is Draco inter alios viros potentes honoratus sedebat; fuit omnium iocis indignè exceptus. Aderat etiam Draconis filius diuturna tabe exhaustus. Cumq; appropinquasset Epiphanius nihilis iocis & iniurijs, quas in eum iaculabantur, motus, ægrum illum manu apprehendit, & ait: Draconi quoque esto sanus. Ad ea verba æger statim conualuit; & cunctis stupentibus exilijt. At pater eius tanta fuit admiratione perculsus, vt timore & dolore correptus in morbum incideret, quem vir sanctus suis etiam precibus depulit: pro quo beneficio Epiphanio quinque nummorum millia obtulit, quæ vir sanctus accipere noluit, dicēs: Cur mihi onus imponis, cùm ego grauari nolim. Vnica corpusculum tunicella contentum est, & præter panem potumque aquæ omnibus communem nihil desiderat. Non multò pòst Synesij filium hominis gentilis Eustorgium nomine defunctum, ad vitam reuocauit, vnde multorum animi magnitudine rei defixi, ac noua dein lætitia perfusa diuinam Christi potentiam agnouerunt: & ex templò ad Deum conuersi sunt.

Draco homo impius.

Ægrū sanat.

Excitat mortuum.

Administrabat id temporis Sedem Hierosolymorum

Iohãnes Episcopus Hierosolymitanus.

morum Iohannes, qui cum viro sancto olim quidoque in Hilarionis monasterio Christo militaverat. Is cùm animum simul cum honoribus permutasset auaritia cæcus immensas domi diuitias cumulauit: nec poterat illa auri fames vlla satietate expleri. Quod vt intellexit Epiphanius conatus est eum ad benignè pauperibus faciẽdum allicere. At is aurum suum quouis charitatis officio praeferebat: neque vllam pauperum curam habebat. Tum Epiphanius callidè per speciem mutui argẽti pondus circiter mille quingentarum extorsit, potiusquàm impetrauit: totumque illud mira hilaritate egenis distribuit. Interiectis autem diebus aliquot Iohannes importunus exactor argentum repetit. Epiphanius autem leniter & placidè se reddituum promisit. At ille instare, & vrgere, & vim inferre, & virum sanctum impostorem appellare coepit, & multis eum iniurijs afficere non destitit. Epiphanius autem nihil commotus in faciem eius expuit, & statim cæcitate percussus pronus in terram cecidit, & sic demùm agnito turpissimo auaritiẽ vitio cum lachrymis sceleris sui veniam postulauit. Tum Epiphanius quanto se crimine obstrinxisset, doctus, & impositis capiti manibus dextero oculo lumen restituit. Orauit autem Iohannes & pro sinistro, cui tamen sanitas restituta non est: vt eo signo admonitus modestiam deindè conseruaret; & auaritiæ pestem cautiùs subterfugeret.

Iohannem propter auaritiam cecitate percutit.

Post hæc cùm fama miraculorum eius longè latèque increbresceret Romam quoq; delata est, quo tempore Archadij & Honorij Imperatorum soror periculoso admodùm morbo laborabat. Morbus enim ille qui ad totius corporis contagionẽ serpebat, manum eius inuaserat & miserrimè depascebat.

Itaque

...que Epiphanius missis ab Impp. nũcijs Romam ...ocatus fuit, vt miseræ mulierculę à medicis tum ...titutæ opem aliquam, si posset, adferret. Venit ...sanctus & apprehensam manum eius trina vice ...auit, omnemq; dolorẽ cum pestifera contagio ...licò depulit. Fertur quoq; eodẽ tempore eiusdẽ ...tronæ filium vita functum à mortuis excitasse.

Filiam Theodosij Imperatoris sanat.

Consueuerat vir sanctus pro salute miserorum ...precibus pernoctare. Cumque aliquandò extre... fames cunctos oppressisset, & Faustinianus in... ...em frumenti vim domi congestam haberet, E...hanius vt pauperũ inopiæ subueniret supplex ...o frumentum postulabat. At ille ab omni mise...ordia alienus & cilice durior preces reiecit: & ...cõcemptum vt à Christo Deo suo opem postu...t, obiecit. Tum Epiphanius noctu pro consue...ne Sanctorum cœmiteria martyrum reliquijs ...ta ingressus, Deo supplicauit vt aliquod in ex...a calamitate miseris refugiũ ostenderet. Erat ...m templum quoddã regio signaculo munitum ...d à Tutela Iouis nomen obtinebat. Huic tem... ...quis appropinquasset à malo dæmone statim ...e mulctabatur. Epiphanius verò iussus est à ...emplum illud ingredi, & aurum quod ibi re...um erat efferre, vt eius precio frumentum ...araret. Fecit, vt erat cælesti oraculo admoni... ...omne frumẽtum, quod Faustinianus in hor...ngesserat, emit ac pauperibus erogauit. Non ...post idem Faustinianus inopia rei frumẽta...nstrictus seruos suos in Calabriam mittere ...est. Putabat enim suo nomine & magnifi...indignum esse ab Epiphanio aliquid coeme...d sceleratus mox dignas sua duritie & super...enas dedit: Nam vt sex eius & quinque naui-

Faustinian. durus & auarus.

Templum Tutela Iouis.

Vltio diuina in Faustinianum.

gia frumento onusta ex Calabria in portum Constantię delata sunt, coorta ex improuiso tempestas cuncta disiecit & fluctibus oppressit: & ipse postremò Faustinianus subitanea morte sublatus est.

Erat quidam Ruffinus nomine, Diaconus, qui cacodæmonis instinctu viro sancto necem meditabatur. Ei autem, cùm secundas in ministerio teneret, ex officio Episcopi thronum adornare incubebat.

Ruffinus necem molitur Epiphanio.

Itaque homo sceleratus & audacia singulari preditus acinacem sub veste stragula recondidit, vt nihil minùs suspicanti antistiti ad Sedem properanti in viscera penetraret. Sed vir sanctus, quem nisi die latére non poterant, cùm ad Sedē venisset, mandauit Ruffino vt stragulas vestes tolleret, quo insante, Epiphanius eas sustulit, simulque gladiorum su, dextero insidiatoris pedi infixus est. Tum ... stes; Cessa deinceps ô fili, inquit, ab hac insolentia ... periculum, quod alteri struis, in caput tuum redibit.

Contulit aliquandò sermones cum Aëtio Valentinianorum Episcopo. Erantque Constantię ... huius hæresis sectatores. Cùm igitur pertinaci verborum cōtentione superaret Aëtius, & intolerandas in Deum blasphemias euomeret, dixit Epiphanius: Obmutesce Aëti, & intellige istam tuam solētiam Deo hominibusque execrabilem esse. Ita dictis planè obmutuit impius diebus sex, sequenti verò vitam cum morte permutauit. Eo miraculo plurimi ad orthodoxā fidem conuersi sunt, & Epiphanij virtutem sine fine admirantes hæreticorum impietatem (quorum ingens erat Constātię ... rus & diuersitas, execrati sunt. Laborabat eo ferè tempore Theodosius Imp. paralysi. Cum ... mensibus lecto affixus à dolore vinceretur Epiphanium è Cypro in regiam euocauit, vt eius pre...

Impio hęretico obstructum os.

Theodosiū Imp. paralysi laborātem signo Crucis sanat.

instatem consequeretur, quã ei vir sanctus Crucis virtute benignè impartijt: obtinuitque vt oẽs Catholicę fidei aduersarios, si rectis dogmatib⁹ parére recusarẽt, ex Cyprorũ regione eijceret: nè sęua cõtagio ad toti⁹ corporis perniciẽ paulatim manaret.

Imperatoribus deindè valere iussis cõscensa nauis Cyprum repetijt: & eccè post multa in concauo nauis colloquia cum discipulis habita, post monita & preces singulos suauissimè amplexãs è corporis custodia migrauit. Ibi verò cùm discipuli Pauli amantissimi mortẽ amarissimè deflerent, vnus ex nautis amota veste eius num circũcisus esset indagare voluit. Epiphanius autem sublato pede demetro tanta vi in faciem eius impegit, vt ad nauis vsque puppim proiectus expiraret. Tertio verò die nauis socium hoc modo vita functum ad sanctissimi viri pedes deposuerunt: quorum contactu mox ad vitam reuocatus est. Fuit deindè prospero vẽto, cùm antè sæua admodùm tempestas fuisset, nauis cum sacris reliquijs Constantiam delata: quibus summo cum honore ac reuerentia ad ecclesiam deportatis, magna sanè contẽtio exorta est. Nam cùm ad plebs honorifica eas sepultura in ecclesia dignaretur, Longinus & Petronius Diaconi hæretica Constantiani prauitate adhuc infecti, pertinaciter resistebant: cõmuni lege pugnantes qua cautũ erat ne cadauera in ciuitate condirentur. Decem itaque diebus acerrimè decertatũ est, cùm sacrũ sancti viri corpus crebris interim miraculis coruscaret, & aliquando sanitatem corporũ, alijs visum, alijs deniq; alia quæ alia beneficia cõcederet. Quibus cõmotus Sanctus Diaconus cũ Dracone viro venerabili, arrepto ligone sepulcrũ effodere cœpit. Cumq; Longinus & Petronius eadẽ qua priùs animi pertinacia

Obitus viri sancti.

Stupendum miraculum.

ſeſe opponerent, & rudem plebeculam ad turbas ciendas cõmouerent; Sabinus voce magna & luctu amariſſimo exclamauit: Sancte Pater Epiphani, ſcio & credo quòd cùm in hac caduca vita plurimũ apud omnipotentẽ Deum potueris, nunc certè ampliùs aliquid vales: quarè te oro vt Longinum & Petronium comprimas: & impiam eorum contentionem refellas. Hęc cùm dixiſſet, Longinus ſtatim humi prolapſus exſpirauit: Petronius verò & linguæ & manuum officio priuatus, quarto deinde vitam cum dolore finijt: & ſic demùm cum gaudio & honore ſacrum corpus in eccleſia ſepultum eſt.

Vide quid Sancti poſt mortẽ poſſint ſi inuocati cum fide fuerint.

Imperator autẽ Archadius intellecto ſancti viri obitu, diebus quadraginta in luctu verſatus eſt: miſſoq; Maximo viri militari & egregiè pio ſepulturam in eccleſia contra legem latam factam confirmauit. Is verò Maximus ab immundo obſeſſus ſpiritu dirè interdũ torquebatur. Itaque Conſtantiam ingreſſus magna ſanè de Patris Epiphanij benignitate concepta fiducia, monumentum adijt, & fuſis cum ardentiſſima pietate precibus contra immundum merita precesque ſanctiſſimi viri imploraui, ſtatimq; fugato dæmone ſanitatem obtinui.

Maximus inuocans S. Epiphanium à dæmone liberatur.

DE S. SERVATIO TVNGRORVM Hiſcopo. ex Gregorio Turonenſi hiſtor. Francor. lib. 2. cap. 4. & 5. Interfuit Concilio Sardicenſi & Agrippinenſi, celebrato poſt Conſulatum Amantij & Albini anno 346. Præclaram eius etiam mentionem facit S. Athanaſius in Apologia ad Conſtantium. Patet quòd Sigebertus in Chronica eum Domini noſtri Jeſu Chriſti conſanguineum ſecundum carnem fuiſſe, & pluſquàm trecẽtis annis vixiſſe ſcribat, quid ſentiendum

tiendum de eo sit consule Baronium, qui portentosa ea esse putat

SAnctus Seruatius Tungrensis Episcopus, vir eximiæ sanctitatis, vigilijs ac ieiunijs vacans, & crebro lachrymarum imbre perfusus, Dei misericordiam assiduò deprecabatur, nè vnquam gentem Hunnorum incredulam (quam rumor erat in Gallias velle prorũpere) eò sæuire permitteret. Sed cùm se à Deo (delictis populi hoc exigentibus) expulsam pati per spiritũ intelligeret, vrbem Romam petijt, vt adiũctis sibi Apostolicæ virtutis patrocinijs, quæ humiliter à Deo flagitabat, faciliùs obtinere mereretur. Accedens ergò ad B. Petri Apostoli tumulum multis diebus biduo triduoque mordum, sine omni cibo potuque in precibus perseuerabat. Cumque in tali corporis afflictione imminentem iram à ceruicibus populi sui depellere mereretur responsum accepit: immutabili Dei voluntate constitutum esse quòd gens illa Gallias depopularetur: oculos tamen eius mala illa non videros. Acceleraret igitur Galliasque velociter reueteret & funeri suo necessaria pararet.

13. Maij.

Romam petit S. Seruatius.

Igitur relicta Roma, quãta potuit celeritate maiora, Tungrorum vrbem ingressus est, & clericis aliisque vrbis ciuibus valedictis Episcopalem sedem Traiectum transtulit: illisque cum magno fletu & eiulatu eum prosequentibus abijt: & Traiectum accedens mox leni correptus febri, paulò post corpore recessit: ablutusq; à fidelibus, iuxta plumaggerem publicum sepultus est.

Apud Traiectũ S. Seruatius moritur.

Porrò hoc sanè inter alia eius miracula admiratione cumprimis dignũ est, quòd cùm maxima vis nimbi hyemali tempore de cælo decidat, & omnia circuitu loca repleat, nunquam tamẽ eius sepul-

Vide rem admirandã.

crum operuerit; donec industria ciuium basilica super illud ædificata est. Et quidem pia fidelium deuotio studiumque non rarò oratorium de tabulis ligneis leuigatisque construebat, sed protinus aut rapiebantur à vento aut spontè ruebant. Credo idcircò ista accidisse, donec veniret, qui dignam tam glorioso Antistite fabricam ædificaret. Procedente

Monulphus Episcopus.

verò tempore Monulphus Episcopus, templum insigni opere in eius honorem cõstruxit, ornauitque in quod multo studio & veneratione translatũ corpus, magnis pollet virtutibus.

VITA S. IOHANNIS EPISCOPI Silentiarij, Lauræ Abbatis Sabæ, ex ea quæ est per Cyrillum monachũ. Floruit temporibus Zenonis Imp. agens iam tum annum quartum supra centesimum.

13. Maij.

Eius patria & parentes.

IOhannes Silentiarius ex Nicopoli parẽtibus insigni generis nobilitate & opibus claris oriundus, patre Encratio, matre verò Euphemia, quarto anno Imperij Martiani natus est. Cumque à parentibus Christianis sanctissimis disciplinis à teneris vnguibus institutus esset, ipsamque quodammodò sanctitatem cum lacte imbibisset, vtroque parente piè & sanctè vitæ munere perfuncto, Deo se totum, octauodecimo ætatis suę anno consecrauit.

Templum cõstruit, fitque monachus.

in ipsa Nicopoli ex proprijs facultatibus templum Virgini matri sacrum ædificauit: in quo assumptis decem fratribus eximia pietate viris cœnobiticam vitam instituit. Ibi tãtis tamque egregijs virtutum omnium exẽplis cæteris præluxit, vt Sebastiæ Metropolitanus fama eius commotus, ciuitatis illius quæ Colonia dicitur, antistitem eum constituens.

Ordinatur Episcopus.

Is autem cum inuitus Pontificatum suscepisset, ita dignitatem illam administrauit, vt de monasticæ

vitæ

ne seueritate nihil remitteret. Cumque ieiunijs
orationibus assiduis operam daret, tum præci-
nam in castitate & corporis & mentis studiũ col-
cabat: prorsus vt toto vitæ tempore nunquàm
ipsum oculis nudis inspexerit. Hinc tanta men- Pudicitia eius.
puritate vigebat, vt quamuis corpore in terris,
gitatione tamẽ semper in cælestibus versaretur.
nc alios etiam plurimos suarum splendore vir-
um illustrauit, & potenti exemplo ad amorem
nestatis pertraxit.

Transactis autem decẽ in Episcopatu annis, cùm
neret indies magis magisque pietatem ab homi-
um malitia prefocari, nihilque amplius sanctum,
hil syncerum in hominum moribus inueniri sta-
it, relictis omnibus huius turbulentæ vitæ nego-
in trãquillum religionis portum secedere. Ita-
omnibus inscijs cõscensa naui Hierosolymam Abit vir sanctus Hierosolymam.
ut, vbi antè quàm nouo alicui instituto penitùs
addiceret, votis precibusque Dei voluntatem ex-
rere statuit. Itaque in oratorio Georgio marty-
sacro in fundendis ad Deum precibus lõgo tem-
re cùm versaretur, eccè vidit nocte quadam stel-
inter alias omnes admirando splendore ruti-
tem & viuificæ Crucis figura insignitam. Eam Visio eius.
attonita mente contemplaretur visus sibi au-
vocem est, vt eam lucem sequeretur, si vellet si-
errore ad veram rectamque salutis viam perue-
Itaque sine cunctatione ad illam lucem gres-
dirigẽs, ad maximam Lauram centum & quin-
ginta Anachoritis celebrem, quibus omnibus
ius præerat, peruenit. Erat autem locus ille om-
ferè solatio humano destitutus, sed tantis tam-
eximijs spiritualis vitæ delicijs floridus, vt
il eo præclarius, nihil iucundius videretur.

Degit in monasterio Sabæ.

Ad hanc igitur accedens Iohannes, se Sabæ in disciplinam tradidit. Fuit continuò ad OEconomũ missus, vt ei in ijs quæ ad victum & Lauræ mundiciem spectabant, inseruiret. Fecit hoc vir sanctus tanta alacritate, vt præter excipiendorum hospitum curam, omnibus insuper & singulis patribus incredibili humilitate & mansuetudine ministraret. In eo autem ministerio postquàm anno vno cum laude versatus fuisset, Sabas visa admiranda viri pietate ab omni externa occupatione & congressu hominũ eum separauit, vt tota mente diuinis rebus incumberet.

Degit in magno silẽtio.

Itaque accepta silẽtij cella, tribus admodum annis in admirãda vitę austeritate vixit. totis quinque hebdomadæ diebus cibi potûsque expers à nomine videbatur. Sabbatho autẽ & Dominica cibis reliquis quidem ad diuina veniebat, sed ab omnibus semotus mente oculisque cælo intentus statutum psalmodię officiũ explebat. Quo peracto protinùs ad tutissimum silentij & solitudinis portum confugiebat. Expleto autem triẽnij tempore Sabas OEconomiæ Lauræ eum prefecit, & ignarus adhuc conditionis eius, ad Eliam sanctæ ciuitatis Archiepiscopum eum adduxit, vt sacerdotio initiaretur. Cumque eò vẽtum esset vt manuum suarum impositione antistes eum consecraret, Iohannes necessitate compulsus Eliam secretum petijt, eique quæ esset cum multis lachrymis aperuit. Obstupuit mediocriter antistes, vocatoque ad se Saba, dixit fieri non posse vt Iohannes, sacrorum ordinum gradus conscenderet. quarè ne quis ei molestiam exhiberet, silentium ei concederet.

Ea re magno animi dolore affectus Sabas, totum se ad deprecandum Deum cõtulit, vt, num quo crimine obstrictus esset Iohãnes, intelligeret. Et ecce

post

ſt crebras preces & lachrymas per viſum ei exi-
na Iohannis ſanctitas reuelata eſt: & quomodò
ſpecta dignitate terrena ad ſingularem animę puri-
tatem conſequendam ad ſolitudinem confugiſſet.
Tum vehementer gauiſus ſenex quietem illi cõceſ-
it, aſſignatoq; ei miniſtro annos quatuor ab omni
miliari hominũ colloquio congreſſuq; abſtinere
iuſſit. Quo tempore vir ſanctus nunquã pedem
oris extulit: niſi quo die ſolennis Lauræ dedicati-
nis memoria cum feſtiuo gaudio recolebatur.

Abbati Sabæ diuinitus reuelatur quis eſſet hic vir ſanctus.

Expleto verò quadriennij tempore nouorũ in-
olarum inſolentia offenſus ſeceſſit in deſertũ Ru-
ae, quinquageſimo ætatis ſuæ anno; vbi annis no-
em ab omni humana cõſuetudine remotus in ſpe
nca ſoli Deo cognitus delituit. Cumque die quo-
am ad colligenda in vſum cibi melagria ſua ſpõte
ſcenoria ſolitudinem oberraret, viarum ignarus
ſtumia quædam præcipitia incidit; è quibus nullo
modo ſe extricare poterat: prorsùs vt propemodũ
ſtimis humi laberetur. Eccè autem repentè di-
ne virtutis viſitatione in altũ ſublatus, non ſecùs
Propheta Abacuc in ſua eſt ſpelunca inuentus.

Degit in deſerto Rubæ nouẽ annis.

Venit aliquandò frater quidam ad eum anacho-
ræ vitæ ve apparebat cupidus. Sed is paulò pòſt
ſa philoſophiæ tædio affectus, inſtante Paſchali
ſolemnitate, Iohannem vt ſecũ ad Lauram pergeret,
ſtanter rogare cœpit. Erat enim ſumma ibi rerum
omnium penuria & frater ille lautiori aliquãtum
ſua fractam inedia carnẽ roborare volebat. Cui
ſanctus nullo modo acquieſcebat, ſed hortabatur
eum inſtanter vt Dei benignitatem præſtolaretur,
qui poſſens eſſet in vaſta ſolitudine non modo quæ
neceſſitatem ſed quæ ad voluptatem etiam faci-
abundè ſuppeditare. Sed ille his alijsque mini-

mè persuasus, relicto Iohanne, ad Lauram abijt: sed errabundus, quò desiderabat, peruenire non potuit. At venerãdus Pater Iohannes, eo absente, multis fuit à superueniẽte quodam amico donis ac muneribus affectus, pane optimo, vino, oleo, caseo recente, melle & ouis. Alter autem triduana inedia & labore confectus tandem redijt & ingenti pudore affectus eum demùm esse diffidentiæ & inobedientiæ fructum intellexit.

Eodem tempore Alamundares Sicices Arabiam & Palæstinã inuasit & flamma ferroque cuncta populatus solitudinem peragrabat. Cumque omnes vnicum in fuga salutis suæ præsidium cõstitueret, Iohãnes nullo modo Rubam deserere voluit. Quid enim, dicebat, si Deus meî curam nõ gerit, quid viuo? Itaque cæteris omnibus in fuga salutẽ quærentibus, ille altissimũ suum refugium posuit & animo imperterrito aduentãtes barbaros expectauit. Eccè autem admirabilem diuinæ prouidẽtiæ bonitatem, & paternam suorũ curam in omni seculorũ æternitate prædicãdam. Leo immanis & terribilis sanè die noctuq; viro sancto assistens barbarorum vim repulit, & ferociùs irruentes ipse ferocior repressit. At Sabas Nicopoli veniens Iohannem adijt & multis rationibus persuasum, ad Lauram quam alio in loco à Barbarorum incursione immunem construxerat, secũ abduxit. Ibì autem in cella ignotus latuit donec Angelo reuelante ad aliorũ omnium profectum & vtilitatem mirabiliter innotuit. Quod qualiter contigerit non erit abs re paucis explicare. Atherius Archiepiscopus ex Asiæ regione religionis ergò Hierosolymam sacra loca visitare venerat; cumque votis precibusque ex animi sententia persolutis in patriam maturaret fuit cõtra-

Leo defendit virum sanctum ab incursione Barbarorũ.

a vento non sine periculo Ascalonem repulsus: post duos verò dies nauigationem restaurãs ab Angelo secundum quietam admonitus fuit, vt reuertens Hierosolymam Iohannem olim antistitem & omni laude sanctitatis præditũ in Lauræ Sabæ Abbatis delirescentem conueniret. Tali igitur monitu oraculo Hierosolymam repetijt, & Iohannem conueniens quæ ab Angelo acceperat, enunciauit; & iureiurando adegit vt genus suum & conditionem ad illum diem omnibus incognita panderet. Igitur Iohannes per nomen Domini ab Atherio obsecratus multis cum lachrymis & genus & dignitatem, cui sponte renunciauerat, aperuit; cuncti sanctissimi viri virtutes vehementer admirantur.

Locus autem in quo inclusus erat sanctus senex iacebat altissimum ab Occidente præcipitium, eique ex petra excisus & omni humore destitutus. Quadam verò die accepto vnius caricæ semine dixit Theodoro & Iohanni discipulis: Si Dei clementia huic sentini & petræ durissimæ virtutem dederit, vt fructum ferat, indicium erit, quòd illi dono largitur Deus regnum cælorum. Hoc cum dixisset, infractæ illi petræ admouit caricam Res sanè stupenda.
semen paulatim in altum crescens eò magnitudinis peruenit, & etiam ramis suis tectum operuerit: & tres post aliquod tempus ficus produxerit, quas senex cum lachrymis deosculans comedit, & plenus dierum atque bonorum operum tandem in pace quieuit.

Hæc quidem pauca ex multis monumẽtis manifesta: eius verò certamina, quæ aduersus Origenem & Theodori Mopsuestiæ dogmata suscepit: & persecutiones & pericula, quæ pro orthodoxa fide Hic habes auctorem historiæ.

susti-

ſuſtinuit, victoriasque & res ab eo glorioſè geſtas alijs narrãda relinquo. Trigeſimo octauo ætatis ſuæ anno Pontifex ordinatus fuit, decem verò annis in epiſcopatu trãſactis, ad Lauram ſe contulit: in qua annos nouem exegit: & nunc anguſto loco concluſus, in quo vſque in diem hodiernum ſilet, quadraginta ſeptẽ annos Dei gratia impleuit. Et licet iam ætatis ſuæ annum centeſimum quartum attigerit, eſt tamẽ vultu hilari & prompto alacrique animo ad omnes labores pro Chriſti nomine perferendos.

Ex hoc loco conſtat Iohannem adhuc vixiſſe dum auctor vitam eius conſcriberet.

MARTYRIVM SS. VICTORIS ET CORONÆ. ex eo quod eſt apud Metaphraſten.

14. Maij.

QVo tempore Antoninus Romanum adminiſtrabat Imperium ingens aduerſus Chriſtianæ fidei & pietatis cultores perſecutio deſæuijt. Erat autem miles quidam genere Italus, & eximia in Deum pietate ante alios clarus, quem Sebaſtianus dux exercitûs comprehendi & ad immolanda dijs ſacrificia compelli iuſſit. At Victor (hoc namque militi Chriſtiano nomen erat) ſpreto Sebaſtiani mandato præcisè & conſtanter reſpondit ſe nullo modo dijs ſacrificaturum. ſi vellet corpus varijs ſupplicijs excarnificare, ſe paratum eſſe cum probè certoque ſciat animã in manu Dei eſſe quam nullo modo attingere poſſet. Dux hoc accepto reſponſo obſtupuit, & nùm certum deliberatumque ei eſſet mortem ita intrepidè oppetere quæſiuit. Ad quæ Victor: Hanc ego mortem eſſe nequaquam exiſtimo, quæ vitam cõciliat ſempiternam his, qui breuia hæc tormenta ad extremum ſpiritum fortiter perferunt. Tum Dux digitorum Victoris compages confringi & à cute auelli iuſſit. At Victor

Victoris cõſtantia.

Crudeliter torquetur S. Victor.

qua

tasi iam martyrij primitijs decoratus in eo supplicio incredibiliter exultauit. Dux verò fornacē vehementer accendi & martyrem in eam conijci iussit. Factum fuit quod imperatum erat celeritate magna, & ne qua martyris ossa superessent, triduò inclusa fornace in ea detentus fuit. Tertio verò die cum opinarentur eum penitus ab igne consumptū, inclusa fornace, præter omnem opinionem martyrem viuum & vultu totoque corpore decorem Deum laudantem & psallentem inuenerunt.

Qua re cōturbatus Dux carnes pestifero infectas veneno ei comedēdas obtulit. Quæ cùm à venefico quodam ei porrectę fuissent sanctus martyr: Mihi quidem, inquit, vsus carnium concessus non est, sed intelligas veneficia tua nihili esse, eas comedam: Itaque precatione priùs peracta, eiusmodi carnibus vesci cœpit: neque mali quicquā passus est. Veneficus autem pudore suffusus, alia quædam obtulit prioribus peiora, aitque: Profectò si & huius veneni vim superaueris, ego quoque, derelicta arte magica, protinùs ad Deū, quem tu colis, accedam. Cum igitur Victor eadem qua prius, facilitate ea sumpsisset, exclamans Magus: En, inquit, vicisti, & animam meam ęternis supplicijs deputatam ab inferis liberasti: statimque libris suis Vulcano traditis Christo ex animo nomen dedit.

A veneno nihil læditur.

Cōuertitur veneficus ad Christum.

Tunc furore accensus Sebastianus iussit totius corporis martyris neruos diuelli, & feruens oleum vulneris corporis partibus infundi. Quo facto beatus martyr: Tam mihi, inquit, suaue hoc oleum ferventissimum est, quàm aqua gelida quæ ab homine nimio æstu laborante potari solet. Tunc Dux intolerabili furore correptus martyrē in ligno suspendi & ardentes eius lateribus faces admoueri iussit:

& con-

& conuersus ad martyrem: Sacrifica, inquit, dijs, diu enim te pertuli. Cui Victor: Minime faciam quod tu vis, sed quod vult Deus meus: quem precor vt sacrificium purum & castũ meipsum illi offerre possim, in cuius potestate & anima & corpus meum est. Tunc Dux venenũ aceto mistum in eius fauces ingeri & oculis eum priuari iussit. At beatus Victor: Cùm, ait, corporis mei visum excæcaueris, tunc interiori animæ sensu acutiùs videbo. Corporei enim oculi mundi huius vanitatem aspiciunt: at cordis acies veram illam lucem intuetur. Cogis me, inquit Dux, multa & magna tibi inferre tormenta. Ille autẽ: Et ego gratias ago Deo meo, qui facultatem & robur eadẽ perferenda mihi præstat. Vt igitur libet, me crucies, neq; vlla in re mihi parcas: paratus enim sum omnes, quascunque mihi attuleris, ærumnas libenter perpeti, Deo ipso mihi vires suggerente.

Tunc Dux in rabiem conuersus: Suspendite, inquit, hominem istum obuerso in terrã capite, quoad anima cum sanguine per nares defluat. Illi igitur suspenso milites discesserũt. Triduo in eo supplicio perseuerauerat, cùm milites redeũtes, quem mortuum existimabant, viuum reperêre. Sedetur ipso accessu omnes luminibus orbatos fuisse, quæ tamen martyr suis precibus restituit. Itaque restituta militibus videndi facultate illi abierunt, & Duci quæ acciderant, retulêre. Tum verò illi furore æstuans, militibus vt Victorem deglutierent, præcepit. Cumque ferro armati appropinquarent, beatus martyr: Licèt, inquit, corporis cutem abstuleris, mentem tamen & cogitationes meas non superabis. Aderat ibi militis cuiusdam vxor, Stephana uomine, annos nata sedecim, quæ voce magna

Tres dies reuoluto in terram capite manet suspensus.

Cutis ei detrahitur.

Stephana Græcè, Latinè Coxona.

Vide-

Victorem fœlicem & terq; quaterque beatum præ-
dicare cœpit, & depromptis varijs scripturæ locis
mirificè exhilarare. Tandem verò hęc accidit. Eccè
video duas è cælo coronas demissas, vnam maiorẽ,
alteram minorem: & maiorem quidem illam, tibi
allatam ab angelis duodecim, minorẽ verò ad me
missam audiui. Nam etsi vas infirmũ ego sum, nihi-
lominùs tamẽ & ipsa parata sum certamen subire.
Hæc cùm audijsset Dux iratus valdè, fœminam
illam ad se adduci iussit, quam sic affatus est: Quæ-
nam es tu? Christiana, inquit illa, ego sum. Tum
Dux, quot annorũ es? Cui Stephana, quindecim, &
mensium octo. Quęsiuit prętereà Dux quãdiu cum
viro, quicũ iuncta fuerat, vixisset. Respõdit illa, se
annum vnũ & mẽses quatuor cũ eo vixisse. Et qua-
ob, inquit, tam citò mũdum reliquisti? Ad quę Ste-
phana: Reliqui breuem & fragilẽ mundi huius de-
corẽ, & terrenas ac fallaces corporis voluptates, vt
meo animo Saluatori meo Iesu Christo, quẽ expe-
timus, occurrere valeã: illi videlicet diuino & cę-
lesti sponso, terrestris enim ad tẽpus est & mortalis.
Tum Dux: Desistas ab ista nugacitate inutili, & ad
nos accedẽs illis sacrifices, nè nouis & grauioribꝰ
tormẽtis te cruciatã consumã. At illa dixit: Ego vo-
ro Stephana, cui in cęlis corona reposita est. Quã-
tem sacrificia ista vestra nõ offerã, vt à vero illo
Deo minũ pręside Christo coronã recipere possim.
Illis auditis Dux ille furore nimio accensus, ius-
sit Stephanam duabus palmarum arboribus incur-
uas alligari: & repẽtè arbores illas dimitti. Quo
facto bellatrix & martyr Stephana per mediũ dis-
cerpta est: præclaroque ornata martyrio ad cælos
abiuit. Sanctum autem Victorem iussit securi
percuti. Qua sentẽtia mirabiliter gauisus Victor in

Pręclara Coronæ cõfessio.

Discerpta abit in cælos.

S. Victor securi percutitur.

has

has voces prorupit: Gratias ago Deo meo, qui mē tali ac tanto dono dignatus est. Cumque ad supplicium duceretur prophetico spiritu excitatus, dixit Quæstoribus: Post dies septē oratores vestri mortē succūbent, & vos post duodecim eadem mors comprehendet. Dux verò post dies viginti quatuor ab aduersarijs in captiuitatem abducetur. Porrò hoc meum corpusculum post annos tres ab hominibus nostris in loculos iampridem mihi paratos deferetur. His dictis securi percussus est, statimq; sanguis & lac non sine ingēti omnium admiratione ex vulneribus eius profluxerunt. Quo miraculo multi Græcorum permoti ad fidem accesserunt: in quo posteà, exitu certissimo martyris vaticinia probante, mirificè cōfirmati sunt. Martyrio autem functi sunt S. Victor & beata Stephana in vrbe Damasco, imperante Autonino & Sebastiano Duce.

Propheticus.

VITA S. BONIFACII EPISCOPI Ferentini in Tuscia. ex ea quæ est per D. Gregorium Papam lib. 1. dialog. cap. 9. Claruit circa tempora Iustini Imperatoris.

14. Maij.

SAnctus Bonifacius nutritus in obsequio Gaudentij presbyteri ciuitatis illius, quæ Ferentis dicitur, Antistes, & vitæ sanctitate & miraculis claruit. Habebat is vnicum paupertatis suæ bellatium vineam exiguam, quæ quodam die ita grandine irruente vastata est, vt in ea paucis viribus parui rarique racemi remāsissent. Pro quo magnus vir Dei omnipotenti Deo gratias egit, quòd maiori se inopia affligi cerneret. Sed cùm iam tempus vindemiæ immineret, quadam die mandauit Constantio presbytero nepoti suo vt cuncta vini vasella, doliaque omnia vt antè cōsueuerat, pice superfusa

Paupertas ecclesiæ Ferentinæ.

...ſa præpararet. Quod cùm nepos illius presbyter ...ſſet, valdè admiratus eſt, quòd quaſi inſania ...iperet: vt vini vaſcula præpararet, qui vinum ...imè haberet: iuſſis tamen obtemperans omnia ...more præparauit. Tunc vir Dei collectis race... ...ad torcular abijt, & eiectis omnibus, ſolus ibi... ...cum puero remáſit à quo pauciſſimos illos ra... ...os calcari fecit. Cumque ex ijſdem racemis pa... ...aliquid vini deflueret, cœpit hoc vir Dei per ...ia dolia vaſaque, quę parata fuerant, pro bene... ...one diuidere: vocatoque ad ſe presbytero iuſ... ...eſſe pauperes. Tunc protinùs tanta vini copia ...ular redundauit, vt omnia pauperum vaſcula ...erentur. Quibus cũ ſe idoneè ſatisfeciſſe con... ...eret, apothecam clauſit, atque impreſſo ſigillo ...rio munitam reliquit: moxque ad eccleſiam ...t. Die verò tertia, prædictum Conſtantinum ...uit, & oratione facta apothecam aperuit, & ...in quibus tenuiſſimum liquorem infuderat, ...tim vinum fundentia inuenit: ita vt pauimen... ...ne excreſcentia vina inuaderent, ſi ad hæc ...opus tardiùs intrâſſet. Tunc terribiliter pre... ...ro præcepit, ne quouſque ipſe in corpore vi... ...hoc miraculum cuiquam indicaret: perti... ...ens videlicet, nè virtute facti, fauore humano ...us, indè intùs euaneſceret, vndè foris homi... ...magnus appareret.

Inſigne miraculum.

...n quoque tempore cùm beati Proculi marty... ...litius appropinquaret dies, vir nobilis For... ...magnis precibus ab eodem venerabili viro ...uit vt cùm apud beatum martyrem Miſſa... ...ſolennia ageret ad benedictionem dandam in ...domum deolinaret. Vir autem Dei negare nõ ...t, quod ab eo ex Fortunati mente charitas po...

poscit. Peractis igitur Missarum solennijs, cùm ad prædicti Fortunati venisset mensam, priusquã Deo hymnum diceret, sicut quidam ludendi arte cibum solent quærere, repentè ante ianuam cum simia vir astitit, & cymbala percussit. Quem sanctus vir dedignatus audiẽs sonitum dixit: Heu heu, mortuus est miser iste. Ego ad mensam refectionis veni, eo adhuc in laudem Dei non aperui: & ille cum simia veniens percussit cymbala. Subiũxit quoque & ait: Ite, & pro charitate ei cibum potumque tribuite: scitote tamen, quia mortuus est. Qui infœlix vir dum panem ac vinum ex eadem domo percepisset, egredi ianuam voluit: sed saxum ingens subditæ tecto cecidit, eique in verticem venit. Ex qua percussione prostratus, in manibus iam semiuiuus reuatus est. Die verò altera, secundum viri Dei sententiam, funditùs finiuit vitam.

Vir sanctus abominatur iaculatorẽ.

Alio tempore Constãtius nepos eius, equum suum duodecim aureis vendiderat, preciũque in arca reposuerat. Tunc subitò ad episcopũ pauperes venerunt qui importunè precabantur, vt eis aliquid ad consolationem inopiæ largiretur. Sed vir sanctus, quia, quid tribueret, non habebat, æstuare cœpit in cogitatione, nè ab eo pauperes vacui exirent. Sed cùm repentè nepotis equus & precium eius in arca reconditum in mentem venisset, accessit ad arcam & piè violentus claustra arcæ comminuit, ex qua duodecim aureos tulit: eosque indigẽtibus, vt placuit, diuisit. Itaque Constantius presbyter [illegible] sus ex opere, arcam fractam reperit, & caballi [illegible] precium, quod in eam posuerat, non inuenit. [illegible] voce magna perstrepere, & cùm furore nimio [illegible] mare cœpit: Omnes hîc viuunt, solus ego in [illegible] hac viuere non possum. Ad cuius voces cùm [illegible]

Benignitas eius in pauperes.

...rrerent, tum episcopus voce blanda eius furo-
...mitigare voluit. At ille, cum iurgio, solidos su
...reposcés nulla antistitis persuasione placari po-
...t. Tum vir sanctus importunis eius clamori-
...coactus, B. Virginis ecclesiã ingressus est, & ex-
...ns ad cælum manibus, stando orare cœpit; vt ei
...deret, vndè presbyteri furentis insania mitiga-
...potuisset. Cumq; subitò oculos ad vestimentum
...inter extẽsa brachia reduxisset, repentè in sinu
...duodecim aureos inuenit, ità fulgẽtes, tamquã
...igne producti eadem hora fuissent. Qui mox
...ecclesia egressus eos in sinum furentis presbyte-
...proiecit, dicens: Eccè habes solidos quos quæsi-
...sed hoc tibi notum sit, quia post mortem meam,
...huius ecclesiæ episcopum non eligeris, propter
...auaritiam. Ex qua sententia veritatis colli-
...r, quia eosdẽ solidos presbyter, pro adipiscen-
...episcopatu, pręparabat: sed viri Dei sermo prę-
...it: Nam idem Constantius in presbyteratûs
...vitam finiuit.

Diuinitùs ei aurei redduntur.

...erunt quãdoque ad eum, hospitalitatis gra-
...Gotthi, qui Rauennam se festinare professi
...Quibus ipse paruum vas ligneũ, vino plenum
...sua præbuit, quod fortassè in prandio itine-
...habere potuissent, ex quo illi, quousque Rauen-
...venerunt, Gotthi biberunt. Aliquantis autem
...in eadem ciuitate morati sunt, & vinum,
...à sancto viro acceperant, quotidiè in vsu ha-
...Sicque vsque ad eundem venerabilem Pa-
...ferẽtes, reuersi sunt, vt nullo die cessarent bi-
...& tamen vinum eis ex illo vasculo nunquam
...ac si in illo vase ligneo, quod Episcopus eis
...vinum non augeretur, sed nasceretur:

Vinum in vasculo augescit.

Quadam die vir sanctus hortum ingressus cùm

magna erucarum multitudine eum coopertum inuenisset, quæ omne olus depascebantur, conuersus ad easdem dixit: Adiuro vos in nomine Domini Iesu Christi, recedite hinc, atque hæc olera comedere nolite. Quæ statim ad Dei verbum ità omnes egressę sunt, vt nec vna quidem intrà spatium horti remaneret. Sed quid mirum quod hęc de episcopatûs eius tempore narramus, quãdo iam ab omnipotente Deo, ordine simul & moribus creuerat: dum illa magis miranda sint, quæ adhuc puerulus gessit. Nam eo tempore quo cum matre sua puer habitabat, egressus hospitio, nonnunquam sine linea crebrò etiã sine tunica reuertebatur: quia nec vt nudum quempiam inuenit, vestiebat, hic se expolians, vt se ante Dei oculos illius mercede vestiret. Quem mater sua frequenter increpare consueuerat, dicens quòd iustum non esset, vt ipse inopes pauperibus vestimenta largiretur. Quæ die quadam horreum ingressa, pœnè omne triticum, quod sibi in expendium totius anni præparauit, inuenit à filio suo pauperibus erogatũ: cumque semetipsam alapis pugnisque tunderet, quod quasi anni fœlicia perdidisset, superuenit Bonifacius puer Dei, eamq; verbis, quibus valuit, consolari cœpit. Quæ cùm nihil consolationis admitteret, hanc rogauit, vt ab horreo exire debuisset, in quo ex omni rerum tritico parùm, quod inuẽtum est, remansisset. Puer autem Dei se illic protinùs in orationẽ dedit, qui post paululum egressus ab horreo matrem reduxit: quod ità tritico plenum inuentum est, sicut plenũ antea nõ fuerat, vndè mater illius totius ansumptus se congregasse gaudebat. Quo viso miraculo compuncta mater, iam ipsa cœpit hortari, vt daret, q̃ sic celeriter posset, quæ petijsset, accipere.

Erucas iussu pellit ex horto.

Ad huc puer quàm fuerit larg' in pauperes.

Precibus magnam tritici copiam obtinet.

Hæc

Hęc itaque in hospitij sui vestibulo gallinas nu-
rire consueuerat: sed eas ex vicino rure vulpes ve-
niens auferebat. Quadam verò die, dum in eodem
vestibulo puer Bonifacius staret, vulpes ex more
venit, gallinam abstulit. Ipse autem concitus ec-
clesiam intrauit, & sese in orationem prosternens,
pueris vocibus dixit: Placet tibi Dñe, vt de nu-
rimentis matris meæ manducare nõ possim? Eccè
tum gallinas quas nutrit vulpes comedit. Qui ab
oratione surgens, ecclesiã est egressus. Mox autem
vulpes redijt, gallinam, quam ore tenebat, dimisit, Precibus vulpem interficit.
atque ipsa moriens ante eius oculos in terram de-
cidit: & sic exauditus est in rebus vilibus puer san-
ctus & simplex, vt in paruis disceret, quantùm de
Deo præsumere in magnis petitionibus deberet.

HISTORIA INSIGNIS PONTII MARTYRIS. ex ea quæ apud Surium est. Passus est anno Christi 246. Fabiani Papæ 8. Philippi Imp. 5.

BEatus Pontius patrem habuit vrbis Romanæ 14. Maij.
Senatorem, Marcum nomine, matrẽ Iuliam. S. Pontij parentes.
Ea prægnans cùm templa, falsorum deorum
intera oblatura, vnà cum marito suo obiret, ad
templum Iouis peruenit. Illud ipsa ingrediente,
ipse stabat sacerdos velato capite infula ornatus
vestras. Is à dæmone arreptus, velamen cum infula
expsit, eiulansque mirum in modum templum
clamoribus impleuit, ità dicẽs: Hæc mulier filium
intra gestat, qui grande hoc fanum funditùs euer-
tet, deos illius cõminuet. Quas voces cùm iden-
tidem repeteret, Marcus & Iulia in vicinas ædes au-
gerunt: correptoque saxo Iulia ventrem & late-
ra tundebat: Vtinam, inquiens, nõ concepissem
eo qui hoc magnum delubrum & eius numina

euertet. Satius profectò fuerit me cum illo pariter interire.

Nascitur Pōtius pręter opinionem formosus.

Pòst vbì aduenit pariendi tempus, infantem formosum enixa est, nulla macula aspersum, existimantibus alijs abortū edituram matrem, propter vim, crebris ictibus, corpori eius illatā. Et illa quidem volebat etiam natum puerum perdere, sed pater obsistebat, dicens: Si vult Iupiter vlciscatur hostem suum, atque ità conseruatus est paruulus, cui Pontio nomen indiderunt. Nolebant autem vnquam in templa idolorū eum introducere. Postquàm creuit, doctissimis præceptoribus adhibitus, diuersarum artium & philosophiæ studijs imbutus est, ... naci memorię omnia cōmendans. Cùm autem primo diluculo aliquandò ad pręceptorem suum pergeret, audiuit Christianos, quibus Pontianus Romanus Pōtifex pręerat, psallētes & dicentes: Deus autem noster in cęlo omnia quæcūque voluit fecit. Simulacra gentium argentum & aurum, &c. Id ille audiens diuinitùs cōpunctus, suspirans fleuit, sublatisque ad cælū manibus: Deus, inquit, cuius laudes isti concelebrant, fac me, quęso, ad tui nominis peruenire: moxq; fores pulsare cœpit. Qui statim à Pontifice, Spiritu sancto pueri aduentum ei ... lante, benignè humaniterq; admissus est. Ingressus igitur puer cum adolescentulo Valerio condiscipulo suo, de fide instructus est: & sedulò deinceps posthabitis magistris suis, Pontifici de rebus diuinis differenti, aures præbuit.

Pontianus Pōtifex Romanus.

Pontius instruitur in fide Christi à Romano Pontifice.

Intereà accidit vt reuertētem illum parens Pontius interrogaret, quidnam è suis præceptoribus didicisset, cui respondit puer: nunquam se tam ... institutum, quam hoc biduo. Tandem eò progressus est, vt parenti suo vanitatem idolorum demonstraret,

...ret: eumq; ad Pontianum Pontificem introdu-
...ret, qui breui eum ad Christũ adduxit & lustrali-
...is aquis expiauit. Eo autem posteà vitæ munere
...ctè perfuncto, filius Pontius, quãquàm inuitus
...reluctans in patris locum cum honore substitu-
...ut. Porrò in regia tanta morũ suauitate & mo-
...lia versabatur, vt mirè omnibus charus esset.
...id tempus fœlici obitu Pontianus decessit è vi-
...que Anterus successit; qui vno tantùm mense
...lesiæ Dei præfuit. Ei subrogatus Fabianus bea-
...n Pótium haud secùs atque filium suum dilexit.
...e verò iam perfectus, omnes facultates suas, per
...nus S. Fabiani, in pauperes erogauit.

Pater eius cõuertitur.

Sic sentit Onuphrius, licèt aliter Platina habeat de Antero.

Erat autem etiam familiariter notus & amicus
...bus Philippis Imperatoribus patri & filio. Ij
...anno Vrbis cõditæ millesimo, vt deos sibi pro-
...os redderent & grati animi significationem o-
...derent, quòd eos in annum Romanæ vrbis mil-
...um perduxissent, sacrificia offerre voluerunt.
...ius autem, cùm eum ad societatẽ, vt amicũ in-
...rent, multis modis subterfugere nitebatur. Sed
...ullus subterfugiẽdi locus aut occasio daretur,
...ter ad imperatores cõuersus dixit: ô pijssimi
...peratores, cùm augustũ vobis à Deo imperiũ in
...nes collatũ sit, cur nõ eum potiùs honoratis à
...tãto estis beneficio aucti. Respõdit Philippus:
...verò ea causa magno deo Ioui sacrificare cu-
...ab illo hęc mihi collata sit potestas. At Póti-
...bridens: Ne erres, inquit Imperator. Est Deus
...potens in cælo, qui omnia cõdidit verbo suo, &
...tus sui gratia animauit. Quid plura? Imperato
...lis & alijs eius sermonib⁹ permoti, crediderũt,
...S. Fabiano Papa sacris aquis lustrati sunt. Por-
...Fabian⁹ & Pótius magni fani idola omnia cõfre-

Vide Baron. Annal. tom. 2. anno Christi 246. de duob⁹ Imperatoribus Philippis ad fidem per Pótium cõuersis.

Conuertit duos Imperatores.

gerunt, & ipso templo funditùs subuerso ingentem populi multitudinem ad fidem traxerunt.

Posteà autem Valeriano & Gallieno imperantibus, & dira in Christianos persecutione sæuientibus, beatus Pontius ab Italia egressus, ad Cimelam vrbem se cōtulit. At Claudius præses pro tribunali sedens iussit eum coram se adduci, dixitque ei: Tunè es ille Pontius, qui Romanam vrbem nescio quæ excitata seditione turbâsti, atque etiam pionum principum animos abalienasti? Respondit S. Pontius: Ego verò neque turbaui quenquā, neque subuerti: sed à malorum dæmonum cultu & errore ad Deum verum conuerti. Cumque non posset ad sacrificādum induci, Præses omnium tormentorum instrumentis productis, primò eum in eculeo tanta seueritate distendi iussit: vt per omnia membra pœnæ diffunderentur. Videbimus, inquiens, num Deus eius sit eum ex manibus meis erepturus. At beatus Pontius ait: Tametsi tu putas imbecillum esse Deum meum, mihi tamē planè persuasum habeo, pœnas tuas in eius nomine mihi nullum prorsùs dolorem irrogaturas. Cùm ergò in eculeo renderetur, & ministri cochleam impositis vectibus promouerent, cum magno fragore ruptus est eculeus, adeoque in puluerem redactus, vt nusquam appareret: quique præsentes aderant, repentino fulgore exanimes reddebantur.

Pontius sistitur Pręsidi.

Seuerè torquetur.

Diuinitùs è tormētis eripitur.

Tunc verò Pontius hilari ad Pręsidem vultu: Vel nunc tandem, inquit, incredule disce, Deum nostrū pios posse de tētatione eripere: vos autem iniquos & impios in die iudicij æternis ignibus cruciatos destinare. Iussit autem Præses apparari amphitheatrum & beatum Pōtium in arena deponi. Vbi tum ex consilio Anabij assessoris eius, duo venatores [illegible]

taurus

quireis vrsos in eum incitarunt: sed illi è caueis egressi, ipsos venatores miserè discerpserunt, ità vt humana forma pœnitùs destituti viderẽtur. Porrò S. Pontio blandientes nullam prorsùs molestiam gerulerunt. Id conspicatus populus sublatis in cælum clamoribus dicebat: Vnus est Deus Christianorum, quem Pontius colit. Ijs vocibus efferatus Præses, præcepit Christi martyrem, iniectis in eius manus & pedes catenis, in media arena statui, magnamque lignorum struem & omne genus fomitis comportari & incendi. Sed eccè flamma lambens materiam omnem atque fomitem, nihil eius relinquens combustum & absumptum: at sancti martyris ne fimbriam quidem vestimenti lædit. Pudefactus ea re Præses, hortatur martyrem vt Apollini sacrificet. Ille verò respondit: Ego corpus meum sacrifico Deo meo, qui me ab idolis vestris hactenus incontaminatum conseruat. Vobis autem & principibus vestris breui aderit cælestis vindicta, qui iniustè seruos Christi persequimini.

Vrsi blandiuntur S. Pontio.

Cernens Præses eius constantiam, iussit eum in fossa, quod riuulo imminebat, decollari, corpusque eius deorsum proijci. Non multò post completus est sermo martyris propheticus. Valerianus enim Imperator à Sapore Persarũ rege captus, ludibrio habitus cunctis diebus vitæ suæ: ità vt quotiesque rex Sapor equum cõscendere vellet, in eius Persarũ dorsum & ceruicem posito pede, pro scabello eo vteretur: Gallienus verò apud Mediolanum à militibus suis comprehensus & gladijs confossus est. Porrò Claudius Præses & Anabius assessor eius, eadẽ hora, qua capite plexus est S. Pontius, correpti à dæmonibus præfocati sunt. Claudius linguam suã morsibus particulatim discerpsit; Anabij

Decollatur S. Pontius.

Cælestis vindicta in tyrannos.

oculi è suis sedibus præ nimio dolore extrusi, pellibus tenuissimis per ora pendebant: denique momento temporis ambo animas expirarunt.

VITA S. BONIFACII ARCHIEPiscopi Moguntini, Germanorum Apostoli & martyris, post VVillibaldum primum Eistetensem Episcopum. ex ea quæ est apud Surium fide integra. Qua tempore floruerit ex actis constat.

14 Maij. quo die eũ Vsuardus habet. Ado aũt Nonis Iunij.

CVm gens Anglorum sub fidei iugum, beatissimi Pontificis Gregorij studio, missa fuisset, & eius suffragãtibus meritis, præ multis nationibus sanctorum virorũ ferax & fertilis imprimis esse cœpisset, quorum doctrinis tanquàm luminibus quibusdam hominũ pectora obcæcata illustrarentur; inter illos etiam sanctũ Bonifacium, ceu Luciferum quẽdam, cæteris syderibus illustriorem edidit. Is verò magna parentum cura educatus, magnarum quoque virtutum, pro ætatis incremento, factus est studiosus. Et quidem cùm adhuc puellus esset, si quem fortassis siue Clericũ siue laicum audisset diuini verbi notitiã adferentem, quantũ ea permitteret ætas, secũ expẽdere solebat, quidnam indè ad suos vsus & profectus accommodare posset. Cumq; eiusmodi meditatione diuina ad superna & cælestia appetenda se erigeret, patri aperuit mentem suam, orans vti nè deesset proposito suo. Vt verò audiuit isthuc pater, primò quidem obstupuit: deindè eum obiurgãs nunc minis, nunc blãdimentis, ad mũdi huius curas conatus est pertrahere: & vt animum tenerũ faciliùs à sententia deduceret, promisit se eum, post obitũ, omnibus facultatũ & prædiorum suorũ hæredem scripturum.

Anglia sanctorũ virorum ferax.

Pater eũ retrahit à vita monastica.

At puer sanctus iam virtute diuina plenus, quo eum

ne eum pater enixiùs reuocabat ad ea, quę sunt mũdi huius, tãto proposito suo tenacius inhæsit, & ad sacrarum studia literarũ ardentiùs aspirauit. Itaq; mirò diuinæ moderationis iudicio factũ est, vt pater, qui solus resistebat, repentino correptus morbo, à sua sententia discederet, puerumq́ę per idoneos homines ad monasterium, quod prisco vocabulo Adescancaster dicitur, mitteret, commendans eum VVolfhardo venerabili eiusdem monasterij abbati. A quo sanè, pro monasticæ vitæ instituto, benignè susceptus fratribusq́; cõmendatus, vniuersi religionis exercitia, quæ illa ætas admitteret & probè inchoauit & in dies meliùs prosecutus est. Ibi autẽ è pueritia excessit, vsqueadeò in venerabilium Patrũ instituta & sacrã lectionem incubuit, vt momentis omnibus, sua in illo virtutes capesseret incrementa. Cùm verò in illo monasterio propter doctorũ hominum penuriam, inexhausto suo sacras Scripturas cognoscendi desiderio non posset satis facere, permissu Abbatis ad monasteriũ q́ hodie *Nutscelle dicitur, se contulit, & beatę memoriæ VVinberti Abbatis, qui tũc illi prę erat, magisterio se subdidit. Ibi verò optata eruditione potitus, adeò cœpit haberi celebris, vt fama doctrinæ eius passim diffusa, alios etiã alliceret, vt se in eius traderent disciplinã. Cùm igitur insigni iam prę ditus sapiẽtia, alios nihilominùs humilitate & subiectione anteuerteret; & illũ alij partim sapientiæ eius famoe incitati, partim saluberrima eius doctrina imbuti, honore ceu patrem afficerẽt, cunctiq́; eum laude & prædicatione efferrẽt, & singulis Ecclesiastici ordinis gradibus dignũ affirmarent; tandẽ ętatis suę anno plùs minùs trigesimo sacerdotio initiatus est. Eam verò adeptus dignitatẽ, qualẽ se exhibuerit

S. Bonifacius religioni se dat.

Discẽdi causa aliud petit monasterium.

fortè *Nouacella

Fit Sacerdos.

buerit ex operum eius testimonijs certiùs ac melliùs quàm vllis verborum indicijs colligi poteſt.

Synodus Angliæ.

Per id tempus regnante in Occidentali Angliæ regione Saxonum rege nouus extitit tumultus, quius compeſcēdi cauſa regis iuſſu & procerum eius conſilio Synodus indicta eſt: ad quam cunctis confluentibus & cōtrouerſiam nupèr ortam dirimentibus, viſum eſt ſapientibus quibuſdam, vt, quæ illis definita eſſent, ad Brichtvvaldi Cantuariensis Archiepiſcopi notitiam perferrentur. Tum verò inter omnes Bonifacius tantæ rei expediendæ idoneus inuentus eſt.

Legatione fungitur.

Itaque Bonifacius ea legatione ſibi demandata, præclarè eo munere apud Archiepiſcopum functus eſt: & regem & omnes Dei ſuos magno gaudio affecit. Ea autem re nomen eius tam apud eos qui in Clero numerantur, quàm homines laicos, adeò celebre euaſit, vt deinceps ſæpiſſimè rogatus ſit, vt ſe in ipſorum Synodis præſentē exhiberet. Sed quia ab humano faſtu abhorrebat plurimùm, cœpit tractare ſeriò, quēadmodùm relictis parētibus & cognatis omnibus, ad loca remotiora Chriſti cauſa emigrare poſſet. Quæ in cogitatione cùm diu & quidem accuratè verſaretur, eam tandem ſupràdicto Abbati aperuit: qui vehementer eum talia moliri admiratus, primò eius voluntati præciſè reluctatus eſt: ad extremum tamen, Bonifacio conſtanter in propoſito & precibus perſeuerante, aſſenſus eſt: prorſus vt diuina prouidentia id agente, & ſumptus ei ad iter neceſſarios & duos fratres cumprimis fideles quorum & corporalibus & ſpiritalibus adminiculis fulciretur, ſuppeditauerit. Ità ergò vtriuſque hominis ſolatijs inſtructus, proſpero curſu iter ingreſſus eſt, peruenitque ad locum, qui antiquitùs Angloſax-

xonum vocabulo dicitur Lundenwic: nec multò post abijt in Dorstet, vbi aliquamdiù moratus, die ac nocte debitas Deo persoluit laudes.

Ea tempestate inter Carolum Francorum Principem & Ducem egregium, Frisonumque Regem Rathbodum, hostilis orta dissensio populos vtrinq; perturbabat, & maxima ecclesiarum pars, quæ in Frisia ditioni Francorum subditæ fuerant, Rathbodo persequente & Christi seruos profligãte, vastata & destructa est: dæmonumque cultus prophanis structis fanis miserãdum in modum instauratus. Cuius rei indignitate permotus vir Dei ab illis loci recessit, peruenitque Traiectum, vbi Rathbodũ Regem pijs monitis & precibus à tanta impietate vocare conatus est. Deindè peragratis eius terræ locis cùm frustrà se illic verbi Dei sementem facere cognosceret, vacuis spiritali fertilitate aruis relictis ad natale solum se recepit. Interea monasterij ipse pater vitæ munere perfunctus fuerat, cuius obitu valdè afflicti fratres sancti viri spiritalibus colloquijs recreati sunt, hortantis eos vt in monasticæ disciplinæ obseruantia permanerent, & aliquẽ sibi rectorem eligerent. Illi verò vnanimiter eum precabantur, vt pastoris apud ipsos vice fungi nè recuseret. At ille altiora animo volutans, non quidem eorum preces vllo superbiæ fastu contempsit: sed et se patriæ honoribus & facultatibus despectis, pro Christi amore & aliorum salute peregrinationes meditari. Quod vt illi audierunt summa benevolentia eius proposito assensêre. Vt autem maior accederet auctoritas loci eius antistitem Danielem adijt, vt eius benedictione & literis Romam iturus frui mereretur.

In Frisia Christi ecclesiæ destruuntur.

Abbatis functionem recusat.

Ea igitur benedictione fretus mox valedicens fratri-

fratribus itineri se dedit, collectisq; non paucis eo-
dem spiritu feruentibus, terrarum & maris longa
spatia & ignotas vias emensus est: ac tandem Ro-
mam delatus, Apostolicę Sedis Pręsulem Gregori-
um II allocutus est, eiq; tum causam aduentus sui,
tum desiderium, quo diù flagraret, exposuit. Mox
Pontifex hilari vultu eum intuens, peramanter ex-
cepit, seduloq; deinceps cum illo sermones confe-
rens, per oēm Germaniam prædicādi ei munus de-
mandauit. Igitur acceptis à venerabili Papa literis,
profectus est indè ad Lōgobardorum regem Luit-
prandum. A quo honorificè susceptus aliquamdiu
apud illū hospitio vsus est. Porrò ab illo discedens,
ardua & prærupta Alpium iuga transcendit, igno-
tosque Baioariorum & Germanię fines perlustrans,
in Thuringiam peruenit; accuratè explorans vbiq;
instàr apis prudētissimæ, vbi postmodùm nectaret
sanctæ fidei mella colligere & comportare posset.
Cumque dies aliquot in Thuringia hæreret, omnes
interim illius prouinciæ principes, ad sacrā fidem
& religionem inuitauit: Sacerdotes quoque, quos
varijs deditos flagitijs cōperit, sermonibus Euan-
gelicis ad institutionis Canonicæ normā correxit.
Audita autem Rathbodi Frisonū regis morte, qui
per id tempus magnam in Christianos persecutio-
nem exercuerat, multo affectus gaudio, in Frisiam
nauigauit, ibiq; verbi diuini semina spargens, per-
multos ab errore idololatriæ retraxit.

Venit Romā cum socijs.

Gregorius II cōmittit illi Euāgelij munus per Germāniam.

Venit ad Thuringos.

Item in Frisiam.

Eodem tēpore venerabilis VVillibrordus, Tra-
iectensis ecclesiæ Præsul, buccinam cælestis doctri-
næ in Frisia inflauit, cuius studijs S. Bonifacius mi-
rifice gratulās & adhęrens, triennio apud illum sa-
am nauauit operam. Erat autem VVillibrordus de-
uecta prorsùs ætate, suggerentibusq; discipulis, hic

Manet apud VVillibrordum.

Dei ser-

Dei seruum, senectutis suæ solatium, ad suscipiendum Episcopi munus obnixè rogauit. At ille tanta se functione indignum reputans respōdit, se euangelizandi causa à B. Gregorio Papa in Germaniam missum esse, & in eas nationes Barbaras delatum, sponte se sua ditioni eius subiecisse. Itaque non licere, posthabito Pontificis mandato, aliud quoduis negociū suscipere, sed in illas regiōes, ad quas missus esset, sine mora properandū. His auditis VVilbrordus illi benè precatus, abeūdi potestatē fecit.

Recusat episcopatum.

At ille proficiscens, venit Amanaburgum; cumq; pagentem populum in Frisia Christo lucrifaceret, & plurimos ardentioribus charitatis radijs illustraret, tum collectis nō paucis fratribus, monasterium extruxit: atque indè in Hassiam siue Catthorum regionem, prædicandi causa profectus est. Ibi verò multa hominū millia salutaribus vndis tinxit, ac prosperos Euangelij successus Romano Pontifici nūciauit: simulq; de rebus varijs, quę ad quotidianam populi recens cōuersi necessitatem pertinebant, eundem Pontificem consuluit. Literæ fuêre magno cum gaudio acceptę & respōsum ad propositas quęstiones conuenienter datū: & ipse vir sanctus Pōtificis literis Romā euocatus. Mox igitur ad summū obedientię gradū contendens, fratrū agmine stipatus, Italiā petijt, & humiliter se suaq; omnia Pōtifici subiecit. Pōtifex aūt post multos vltrò citroq; sermones habitos, aperuit ei, q̄ decreuérit illi Episcopū ordinare, vt ampliori Apostolicę dignitatis auctoritate suffultus, tāto apud oēs eius cōcives gratiores essent, quāto certius cōstaret, à Præsule Apostolico ipsum, vt cōcionetur, esse destinatum. Tum vir Dei omnia sagaciter perpendēs, metuisq; nè illud Propheticū in ipsum cōpeteret, Noluit

Extruit monasterium.

Romæ Pontificem inuisit.

luit

Psalm. 108. luit benedictionem & elongabitur ab eo: tantę benedictionis gratiam minimè recusauit. Vt autem adfuit dies ordinationis eius, qui fuit pridiè Kalendas Decembris, id est, in sancti Andreæ Apostoli ferijs, Pontifex eum & consecrauit episcopum & Bonifaciũ deinceps dici voluit, cùm anteà VVinfridus diceretur: & vt obedientiam sibi suisq; successoribus exhibendam, omnemq́ue sacræ fidei traditionem obseruandam arctius eum astringeret, iuramentum ab eo exegit & accepit.

Cõsecratur à Pontifice Episcopus.

Bonifacius anteà VVinfridus dictꝰ.

Eo autem iuramẽto præstito Pontifex vicissim eum quibuscunque potuit modis prouehere & venerari studuit: datisq́ue ad reges & viros principes atque antistites literis, eum omnibus & singulis tuendum commendauit. Quarum literarum auctoritate fretus in Germaniam ad Carolũ Martellum profectus, exhibitisq́ue Romani Pontificis literis, se eius ditioni & patrocinio commisit, illoq́ue annuente ad Catthorum, quos Hessos vocant, quibus iam antè prædicare cœperat, regionem abijt. Illic autem præter spem atque opinionem, Christiana religione abiecta, in varios incidisse errores reperit. Alij enim lignis & fontibus sacrificabant: alij præstigias & incantationes sectabantur: plerique alijs nefandis sacrilegijs erant addicti: pauci vero in via veritatis quam semel didicerant, persistebant: quorum quidem consilio arborem quandam miræ vastitatis, quam prisca voce Iouis arborem nuncupabant, in loco qui Geismere dicitur, seruis Dei ipsis assistentibus, excindere tentauit. Accurrit autem magna ethnicorum multitudo, illum tãquam hostem suum necare volentiũ. Sed cùm arbor paulùm cęderetur, mox quasi diuinitùs agitata, in quatuor partes dirupta est. Quod cernẽtes ethnici illi,

Errores Hessorum.

Arborẽ ingentem diuinitus subuertis.

Domi-

Dominum laudantes, fidem cōplexi sunt. Sanctus autem Præsul ex illa ingenti vastæ arboris mole vatorium in beatissimi Petri Apostoli honorem instruxit.

His ita gestis, in Thuringiam profectus est, vt e-gentis principes hæretica prauitate corruptos ...tatē adduceret. Quidam enim pseudochri-...ni, Dorthuuinus, Bertherus, Eanberbertus & ...edus apud eos hospitio recepti hæreseos illis ...res fuêre. Cumque illi ipsi impuri scortato-...adulteri viro Dei certamē excitassent, ab il-...egiè confutati, dignam suæ vesaniæ mercedē ...re. Manabat interim longè lateque fama prę-...onis eius, & credentium numero magnæ fie-...accessiones, templa instaurabantur, monaste-...nstruebantur: in quibus id quod in Ordorff ...orem S. Michaelis Archangeli conditum est ...primas tenet. Omnes enim qui se Deo ibidē ...rabant Apostolico more viuentes, iustis la-...us, quæ ad victum vestitūque necessaria sunt, ...comparabant. Qua autem de causa illud Ar-...gelo potissimùm dedicatum fuerit, non erit ...explicare. Cùm vir Dei in Thuringia prædi-...Euangelio incumberet, & nocte quadam a-...Oraham flumē fixis tentorijs permaneret, lux ...diffusa totum illum locum mirabiliter il-...uit: atque in ipsa luce S. Michael Archange-...parens, eum in Domino confortauit. Mane ...cælesti delibutus consolatione Missarum ...illic celebrauit: ac deindè prandium sibi ...iussit. Dicente autem ministro deesse cibū, ...ceretur, ille respondit: Itanè qui tot ho-...millia in deserto annis quadraginta pauit ...mihi indigno seruulo suo non potest vnius

Hæresis auctores in Thuringia.

S. Michael ei apparet.

diei alimoniam ſuppeditare? His dictis iubet apponi menſam. Intereà auis quædam piſcem ore ferens aduolauit, eumq; antè menſam depoſuit. Tum verò ſanctus Præſul gratias Deo agens, piſcem illũ ocyus per miniſtros præparatum ſumpſit, & reliquias in flumen proijci iuſſit. Indè cœptũ carpens iter, Thuringiamq́ue peragrans, loci illius, vbi ea viſio ipſi fuit oblata, dominũ inquiſiuit: compertoq́ue eum Hugonis ſenioris eſſe, eum ſibi donari petijt: quem Hugo Primus apud Thuringos, hæreditatem ſuam, venerando Præſuli tradidit: poſt eum Alboltus, pluresq́ue alij prædia loco illi vna donarunt: quibus adeptis ſanctus Bonifacius templum extruxit.

Nota rem miram.

Poſtquàm verò multa hominum millia tam per ſe, quàm per ſuos cõterraneos, quos ad ſocietatem tam præclari facinoris euocauerat, ad Chriſti religionem traduxiſſet, defuncto Gregorio Secũdo Sedis Apoſtolicæ Pontifice, tertioq́ue Gregorio eandem Sedem obtinente, Romam legatos miſit, qui cum nouo Pontifice prioris amicitię fœderatenouarent & priſtinam beneuolentiã atque humanitatem eius erga ipſum expeterent. Pontifex, auditis legatis, omnia amicitię & beneuolẽtiæ officia publicitus eſt: maioraq́; quàm expetita fuerant præſtitit. Quibus mirificè gauiſus Bonifacius Deo laudes gratesq́; agens mox duas eccleſias cõſtruxit: alteram quidẽ in Fritiſlar quã Apoſtolorũ Principi Petro dedicauit: alterã verò Amanaburgi in honorem S. Michaelis Archangeli cõſecrauit: duo quoque monaſteria duabus adiũxit eccleſijs, nõ minimũ illic adunata Deo ſeruientiũ congregatione: vbi hactenùs laudis & cultus diuini officia peragebat.

Gregorius Tertius ſuccedit Gregorio Secundo.

S. Bonifacius duas eccleſias conſtruit.

His ità confectis S. Bonifacius Baioariorum regionem

...ones, quibus per id tempus dominabatur Hughe-
...tus Dux, inuisit, prædicationisque munus apud
...os studiosissimè exercens, Ermvvolfum hęreticũ
...stilẽtem, magno diuinæ æmulationis feruore in-
...sus, ex Canonũ præscripto damnauit, & ab Ec-
...sia eiecit: ac deindè ad suæ diœcesis homines re-
...sus, omnia circuibat, instaurãs ea, quæ ecclesia-
...cura poscere videbatur. Eodem tẽpore multa
...corũ, Baioariorum & Britannorũ stipatus ca-
...a Romã ꝓfectus est, vt noui Põtificis cõspectu
...eretur: à quo peramãter acceptus, & muneribus
...nctorũ reliquijs honorificè donatus est. Ea tẽ-
...te cũ Carolus Dux inclytus, vitæ suæ cursum
...gisset, & filij eius Carolomãnus & Pipinus ei in
...rio successissent, cũ ad nutũ Carolomãni, qui
...maior natu, omnia paterni regni iura dispo-
...ur, S. Bonifacius eũ accessit, modisq; omnibus
...vt Christianę religionis cultũ, quẽ pater eius
...o prõptissimo inchoauerat & exercuerat, ip-
...oque, pro Dei amore & regni sui stabilimẽto,
...pro omniũ sibi subiectorum salute, eadẽ bene-
...ntia ꝓsequeretur. Quibus ille verbis haud ali-
...q; diuino oraculo permotus, oẽs suæ ditionis
...nes tũ clericos tũ laicos, q̃ à Christiana reli-
...e deflexerant, ad viã iustitię reuocare studuit:
...ta monasteria multis beneficijs auxit: nihilq;
...it, vt instituta religiõis pietas, per Bonifaciũ
...fectionẽ duceretur. Cùm itaq; Carolomãno
...re & ꝓtectore, multi nõ solũ clerici quilibet,
...ca prauitate infecti, sed etiã episcopi capita-
...minũ maculis infames, extra Ecclesiæ cõmu-
...pellerẽtur: tùm etiã Geruilio Moguntinę Se-
...tistes, suę dignitatis munere defunctus est: q̃
...ter acciderit operę precium est cõmemorare.

Ermvvolfus hæreticus.

Iterùm Romam proficiscitur.

Adit Carolomannum.

Geruilio Moguntinus Episcopus.

Ea tempestate Saxonibus Thuringiam vastantibus, eius prouinciæ homines Carolomanni opem implorabant. Ille mox coacto exercitu (cui Geroldum Moguntinum Episcopũ, Geruilionis patrem præfecit) firma periclitantibus subsidia misit. Vt verò pugna commissa est, in ipso conflictu, Geroldus cum alijs quibusdam primæ nobilitatis viris occubuit. Geruilio verò filius eius, qui tum adhuc laicus in aula degebat, in clerum asciscitur leniendique doloris causa, quem ex patris morte conceperat, eidem in Moguntino põtificatu subrogatur. Non diù pòst Carolomannus militem cõtra Saxones ducturus, Geruilionem secum sumpsit. Exercitu autẽ vtroque, vltrà citraque ripam fluminis Visurgis cõsistente, Geruilio quendam ex suis ad hostium castra trãsmisit, vt interfectorem patris eius inquireret: eumque benignè ad colloquium inuitaret. Abijt famulus, inuẽtoque patrati facinoris auctore Dominum suum certiorem facit, eum quo cum sermonem miscere cupiat, adesse. Tum Geruilio, aduentu eius denũciato, ad necem paternam vlciscendam obuiàm processit, hominemque, simulata humanitatis specie excipiens, post pauca admodum verba, vltrò citroq; habita, educto clam pugione, quem ad illum vsum abdiderat, cõfodit: qui mox ex equo corruens, in ipso flumine exspirauit. Repentè autem comperta cæde sublato clamore, vtrinque ad arma concursum & atrox sanè prælium commissum est: in quo Carolomannus, victis Saxonibus, præclaram victoriam obtinuit. Porrò Geruilio, quanquam eo facto nullum non modò homicidij crimen, sed laudẽ potius subijceperisset, tamen quia humano se sanguine cruentauerat, functionibus sacris renũciare debuit. Quod quidem

Geruilio interfectorẽ patris sui occidit.

quidem fecit minimè inuitus, sed libens episcopa-
li se munere abdicauit: cui protinùs à Carolomanno & Pipino S. Bonifacius substitutus est: atque vt eius dignitas foret eminētior, Moguntinam ecclesiam, quæ tum alteri subiecta erat, in totius Germaniæ metropolim, summa Romani Pōtificis voluntate, prouexerunt.

S. Bonifacius fit Archiepiscopus Moguntinus.

Ea verò fretus auctoritate S. Bonifacius cœpit vigili cura pestifera Sathanæ zizania extirpare, diuinaque in cordibus hominum sementa iacere: & ecclesijs suis solertissimos pastores pręficere. Nam præter multos iam antè ab ipso institutos antistites, in quibus fuēre VVilliboldus Eistetēsis & Burchardus Herbipolensis, etiam Gregorium Traiectensi vrbi ordinauit episcopū & Lullum, sibi adhuc viuenti, in Sede Moguntina substituit. Deniq; quanta cura, beneuolentia, humanitate suos, quos in Christo genuit, filios prosecutus fuerit, nulla vis orationis explicare potest. Hinc nō immeritò Germanorum omnium pater dici meruit, quos tantis laboribus Christo genuit, exemplo confirmauit, ac confremò fortiter viriliterque, pro eorum salute pugnādo, sanguinem fudit. Nec mirum sanè quòd tanta suos charitate complecteretur, qui Deum intenso adeò amore colebat, vt in illius recordatione & quasi amplexu assiduò conquiesceret.

Episcopi à Bonifacio ordinati.

S. Bonifacius Germanorum Apostolus.

Præclarè hoc ad commissi sibi gregis salutem & commodum, atque ad splendorem dignitatemque Romanæ Ecclesiæ excogitauit, vt prouinciā in tres parochias partiretur: tresq; præcipuas in Germania Sedes episcopales cōstitueret. Vnam in VVirtzburg, alterā in Buriburg, tertiam verò, in loco qui Ephesfurt dicitur, ordinauit: quas deindè Zacharias Papa sua auctoritate cōfirmauit, anno Imperij

Episcopatus tres à S. Bonifacio instituti.

...em Fuldē-se monaste-rium.

Constantini 24. Monasterium quoque, in vasta solitudine construxit quod à Fulda fluuio Fuldense appellatum est: atque in eo viros seuerioris disciplinæ amantes, sub Benedicti regula militantes, constituit: cui Sturmis Abbas primò præfectus est, qui ex eiusdem S. Bonifacij consilio, tot tantisque locum illum virtutibus adornauit, vt cùm alij permulti, splendore earum mirifice illustrarētur, tum ipse etiam Caròlomannus, relictis omnibus mundi huius opibus & honoribus (rarum profectò virtutis exemplum) ad Cassinum montem, vbi tunc arctissima monasticæ vitæ disciplina vigebat, perfectus sit: ibidemq; in sanctissimam monachorum societatem sese receperit.

Sturmis primus Abbas Fuldensis.

Caroloman nus fit monachus.

Per idem tempus, clericus quidā inculpatæ vitæ, Adalgerus nomine, S. Bonifacio adhęsit, eique fidelem in omnibus operam præstitit. Non diù post, ut idem morbo graui correptus, cùm se in extremis positum sentiret, prædia omnia, quę ex paterna hęreditate, ad ipsum deuoluta erant, S. Martino tradidit. Eo verò defuncto, fratres eius Asperto & Trutmundus omnia, quę testamento legauerat, ibi vendicârunt: & iuramento affirmârūt eam extremam fratris voluntatem fuisse, vt exclusis cæteris omnibus, soli ipsi, ex asse hęredes essent. Ei iuramento Episcopus cùm interesset, dixit Asperto: Nunc vrsus te occidat, & cōuersus ad Trutmundū: Nunquam, inquit, ex te proles nascantur. Illi, cùm nefario iuramēto parta hæreditate exultarent, prophetiçum sanctissimi Antistitis spiritum abeūtes paruifecerūt: sed mox diuina eos vindicta subsequente, didicerunt, magno suo malo, quam seuerum tor eiusmodi scelerū Deus esset. Nam paulò post, Asperto ad mensam sedenti, cùm nunciatum esset, in so-

insolitæ magnitudinis vrsum in agris discurrere, Vltio diuina in periuros.
ille ascenso equo, non exspectatis socijs, cum venatio cœpit vrsum persequi. Sed ex equo delapsus, membris omnibus confractis perijt, ità vt serui ad illum properantes iam extinctũ inuenirent. Id vbi Frutmundus audiuit, cernens sanctissimi viri vaticinium in fratre completũ, valdè pertimuit; mox que per nefas ablata prædia, ad altare sancti Martini restituit.

Intereà vir Dei, cùm sparsa inter Germaniæ & Galliæ fines, diuini verbi semina, vberem satis fructum producere cerneret, statuit ad Frisones redire, vt quos, fallente diabolo, ad Ethnicismi errores relapsos didicerat, ad viam veritatis reduceret: vel certè, vitam, quæ à termino suo non longè aberat, pro Christi causa, cum cruciatu & supplicijs, ibidem finiret. Antè verò quàm se tam periculoso itineri committeret, proprijs ouibus Lullum, fidissimum prædicationum & laborum suorum comitem, præfecit: lætusque, cum delectis ad illud iter socijs, ad Frisonum regionem peruenit. Ibi tum, Redit in Frisiam S. Bonifacius.
deo quasi afflatus spiritu, circumquaque progrediens, multa virorum ac mulierum millia, Christo Multos conuertit.
baptisauit, multas ecclesias extruxit: & collapsa quoque pietatis fundamenta ita erexit, vt profligata omni impietate, mirabilis virtutum splendor, longè latéque manaret. Inter alios autem laborum suorum socios, Eobanum inprimis fidelem habebat, quem etiam, vt labantibus senectutis viribus succederet, Traiecti Episcopum instituit: reliquos Eobanum Traiecti Episcopum ordinat.
scilicet VVintrugium, VValterum & Adalherũ presbyteros, & totidem diaconos Stirebaldum, Harbertum & Bosonem, præclaros martyrij sui comites habuit.

Bortna fluuius.

Cùm enim per latas Frisonum terras discurrissent, & ad Bortnam fluuium peruenissent, S. Bonifacius solis comitibus stipatus, iussit ibi tentoria figi; vt ibidem, lustralibus nuper aquis expiatos, vnctionis gratia ad spiritalem pugnã confirmaret. Iamque instabat dies eidem confirmationi destinatus; cum ecce ingens neophytorũ turba, ex filijs, in lictores mutati, ad spiritalia castra, cum horrendo armorum strepitu, aduolârunt. Id cernentes famuli, sumptis armis, contra illam furentis populi multitudinem sanctos tueri nitebantur. At Bonifacius, audito tumultuantis turbæ impetu, primò quidem, ad spiritalis præsidij asylum confugit; ereptisque Sanctorũ reliquijs, quas secum circumferre solitus erat, è tentorio processit; famulosque ad resistendum paratos, mira orationis lenitate compescuit, dicens: Fratres charissimi si qua vobis cura diuini amoris, si qua apud vos mearũ admonitionum residet memoria, hac hora iam declarate. Iamdiù optatus adest dies, iam tempus illud aduenit, quo de laboriosa seculi huius ærumna, ad æternæ beatitudinis gaudia inuitamur. Cur ergò tantam gratiam, tantam gloriam à nobis excludere vultis? Nolite, obsecro, diuturna inuictarum mentium prælia, in hoc temporis puncto amittere: nolite improbis gentilium blandimentis enerari: sed hoc præsentissimum mortis discrimẽ, quod nobis impẽdet, pro illius amore, qui nostra causa passus est, cõstanter & viriliter perferte, vt cum illo æternùm gaudere possitis.

S. Bonifacij oratio ad socios, instante martyrio

Necdum sanctus Antistes, huius salutiferæ exhortationis verba absoluerat, cùm ecce furentissima Paganorum turba, cum gladijs & omnis generis infesta armatura, in eos irruit, cruentisque [illegible]bus,

Trucidatur cum socijs vir sanctus.

bus, barbara quadam feritate trucidat. Indè ad tentoria eorum properantes, in libros & sacrarum capsulas reliquiarum inuolant, arbitrantes se magnos, in eis, argenti & auri thesauros reperturos. Mox ad naues digressi, parum quod ibi vini reperunt, hilari inter se compotatione absumpserunt. Posteà tractârunt de diuidendo inter ipsos thesauro; quem se inuenisse falsò existimabant. Cumque longa disceptatione, nihil inter se, pacificè constituere possent, repentè inter eos immanis extitit discordia, quæ eo vsq; processit, vt eodem furore, eadem vesania, ijsdemq; armis, quibus sanctos Martyres, suę salutis ministros iugulârant, mutuò se conficerent. Ea cæde peracta, qui ex ijs supererant, iterum spe pecuniarum incitati, ad thecas illas properant; ijsq; confractis, pro auro & argento codices & diuinæ doctrinæ chartas inueniunt. Tum furore & amentia perciti codices illos per campi plateam abiecerunt: frustratiq; sua spe carnifices, domum tristes abierunt. Vbi autem vicini Christiani, eam sanctorum necem percepere, terras latronum illorum, armata manu, inuaserunt: & tanti scelera conscientia pressos trucidârunt.

Non diu pòst Traiectensis ecclesiæ Clerici, corpus viri sanctissimi Traiectum, multa cum veneratione, deportarunt & in monumentum, tanto Pontifice dignum, intulerunt. Id postquàm resciuit S. Gallus, conuocatis permultis, tam clericis quàm laicis, eis antistitis necem exposuit: hortatusq; est omnes, vt sacrum eius corpus, à Traiectensibus reperetur. Illi sese promptissimos certatim obtulerunt & partim nauibus, partim equis subuecti Traiectum properârunt. At Traiectenses cognito illorum aduentu, sese ad resistendum compararun:

Sepelitur Traiecti.

cumque de sacro pignore, vtrinq; contentio obortæ esset, campana ecclesiæ, nullo mouente, insonuit. Quod audientes incolæ, qui se ad pugnam parauerant, nutu diuino perterriti, sancti viri corpus petentibus reddendum censuerunt. Atque ita venerabiles legati, sacrum corpus honorificè & sine remigantium labore, tricesimo ab obitu eius die, Moguntiam attulerunt. Quo accepto pignore, Moguntinenses incredibili perfusi gaudio, exultârunt: atque vt eo in loco, vbi episcopum egerat, conderetur, à Lullo postularunt. Et quidem vsque adeò omnium sententia prẹualebat, vt propemodum etiam ipse Lullus consentire videretur. Sed cuidam venerabili Diacono Otberto, Sancto Bonifacio per visum apparens, mandauit, vt corpus ad monasterium suum, in quo viuẽs adhuc sepulchrum delegerat, sine vlla hæsitatione, transferretur. Multis autem huic visioni fidem derogantibus, Sanctus Lullus voluit Otbertum ad sanctorum reliquias rare, se non nisi vera loqui: Quod cùm ille constanter fecisset, omnes mox in eam iuere sententiam, sacrumque corpus hymnis & canticis & pomodia, ad monasterium, prosecuti sunt. Ad eius autem tumulum, multa, congrua fide, petentibus vtriusque hominis contingunt beneficia. Vixit episcopatu annos triginta sex menses sex & dies tidem. Passus verò est cum socijs, anno peregrationis suæ quadragesimo: incarnationis autem Dominicæ septingẽtesimo quinquagesimo quinto, regnante eodem Domino, cui laus est & gloria nunc & in seculorum æternitate. Amen.

Corpus S. Bonifacij deportatur Mogũtiam.

S. Bonifacius fuldam transfertur.

VITA S. PATRIS PACHOMII, EX EA, *quæ est apud Simeonem Metaphrasten. Huius res gestas Græcè conscriptas Dionysius Abbas Rom. cognomento Exiguus sanctitate & eruditione clarus Latinè conuertit, ante annos plus mille ac centum.*

PAchomius gentilibus ortus maioribus, cùm admodum iuuenis à parentibus ad locũ quendam, idolorum sacrificijs celebrem, perductus fuisset, & ipse Sacerdos, qui tunc fortè nefandis sacris intentus erat, nullo modo sacrificium perage re vel consueta à dæmone oracula extorquere potuit. Id verò cùm non alia de causa, quàm propter iuuenis præsentiam accidere intelligeret, magna cum indignatione & furore, Pachomium è fano eiecit. Qua re parentes, sanè, conturbati sunt & sollicitè inquirere cœperunt, quidnam esset, quod eorum filius, nunquam, libamiõũ vinum à se haustum, retinere posset. Verùm cùm eius rei causam indagare nequirent, tristes conquieuêre: & AEgyptiacis literis apprimè eum erudiri curârunt,

14. Maij.

Vide rẽ mirã in Pachomio puero.

Cùm autem post varias persecutiones quibus Ecclesia diu grauiterque quassata fuerat, Constantinus Imperat. aduersus tyrannum expeditionem suscipiperet, ad eamq; insigni robore ac virtute iuuenes, ex varijs prouincijs deligerentur, inter alios & ipse Pachomius, annos tum natus viginti sese prouinibus illis adiunxit: & conscensa cum reliquis naue, prospero satis ventorum flatu in quoddam Thebaidis oppidum appulit. Intereà cùm omni penu exhausto, extrema rerum omnium inopia premerentur, Christiani quidam, pietatis & misericordiæ memores, benignè admodùm eis fecerũt: & non modò cibo potuq; sed recentib. etiam fructi-

Pachomius dat se militiæ sub Constantino.

fructibus, alijsque recuperandæ valetudini rebus idoneis recrearunt. Id tacitus secum admirans Pachomius, & sedulò virorum istorum benignitatem charitatemq; contemplans, studiose inquirere cœpit, quæ gens illa esset, quam religionem sectaretur, & quid demùm, ad tantam humanitatem hominibus peregrinis præstandam, eos impelleret. Cumq; eos homines Christianos esse, & nihil, vnica in Deum & homines charitate, antiquius habere intelligeret, repentè flammam quandam diuini amoris concepit: prorsus vt se continere nequiret, quin supplices ad Christum preces, cum lachrymis, funderet, vt eadem fide se illustraret & hominibus tam sanctis, & tam pijs aggregaret.

Pachomius adhuc gentilis Christũ precatur.

Hæc postquàm ardenti cum pietate precatur esset, insequente luce ventis vela fecit. Interea cùm adhuc inter militares turbas, & mille peccandi licentias versaretur, precum suarum memor omnes carnis illecebras & noxias voluptates constanter repellebat, & corporis imprimis mẽtisq; castitate, cæleste numen sibi propitium habere studebat. Quamobrem, vt primùm Constantius, profligatis hostibus, tyrones suis rude donauit, Pachomius statim in superiorem Thebaidem profectus, ad Christianæ militiæ castra se contulit: & primùm in vico, quem Chenobosciam appellabant, lustralibus aquis expiatus, Christo nomen dedit. Nocte verò illa, qua cælestis epuli particeps factus fuit, secundùm quietem, rorem cælitus in dexteram suam descendentem vidit: qui mòx in mellis crassitudinem vt concreuit, audiuit vocem sibi dicentem: ô Pachomi, intellige quæ hic in manu tua peragunt mysteria, ea enim indicium sunt collatę tibi à Christo gratiæ quam etiam atq; etiam, vt retineas, vide.

S. Pachomius baptizatur.

Visio eius.

Hac

Hac visione excitatus vir Dei, totusque Christi amore saucius, se plane vni Christo, sub monastica disciplina, consecrare decreuit. Itaque summa festinatione, ad anachoretam quendam, Palamonem nomine, virum in palæstra spirituali egregiè exercitatum, contendit: eique sese, prompto ac hilari animo, in disciplinam tradidit. Ibi pariter orationibus, die noctuque vacabāt, & indefesso manuum labore, sibi pauperibusque victum comparabant. Palamon autem, cùm inter nocturnas preces, Pachomium peruigilio fessum, somno grauari cerneret, eum protinus secum assumebat, & sportas arena plenas de loco in locum transferre iubebat: ne vel leui torpore oppressus quicquam de intento orationis, laborumq; studio remitteret.

Abit ad Palamonem anachoretam.

Vide quid faciat contra torporem.

Quodam autem die, de more, illis diuinarum rerum meditationi incumbentibus, quidam foris adstans, hospitium apud viros sanctos precabatur. Quo libenter concesso, luculentus ei protinùs est locus extructus: vt fessa membra refocillaret. Cum ipse pariter assidentes, de cælestibus rebus sermonem instituerent, externus ille superbiæ spiritu inflatus, confidenter ait: Si quis vestrum synceram fidem adeptus est, is surgat, & nudis plantis prunas ardentes calcare non vereatur; vt nobis fidei suæ testimonium præbeat. Audiens hoc Palamon statim tanquam verborum eius insolentiam increpauit, & temeritatis eum, quòd rem tantam, nulla vrgente necessitate, proponeret, redarguit. Is autem maiori adhuc superbia, in carbones, nudis pedibus, prosiliens, & dæmonum operatione, illæsus, eos superauit: atque viris sanctis, quod infirma vel nulla fide præditi essent, impiè exprobrauit. Cumque callidus dæmon eum, hoc modo, in fraudem impulisset:

Vide dæmonis versutiā.

maiore

maiore dolo, in eum grassari constituit. Itaque, assumpta formosę mulieres specie, quodam die, ostium cellæ eius pulsauit; finxitq; se, ære alieno grauatam, à creditoribus inquiri: cuius rei periculum vt euitaret, infimis precibus cellæ ipsius latebras petiuit. Is autem recenti superbiæ suæ vitio adhuc occæcatus, iudicare non potuit dæmonis illam elusionem esse: itaque ipsum dæmonem, in forma mulieris latentem excepit & sine vlla insidiarum suspicione, sermones cum eo miscuit. Cumque dæmonem iam nihil eorum quæ in animo illius agebantur, lateret, cœpit eum carnis illecebris titillare; qui mox cupiditate victus, totus in libidinem miser exarsit. Cumque iam in amplexus, cæca mente, ruere vellet, dæmon eum verbere excepit, humique prostratum pœnè exanimem reliquit. Nõ multò pòst, ab eodem dæmone miserè agitatus, emota mente, per syluas montesq; cucurrit: ac tandem in fornacem balnei semetipsum præcipitans, statim cõbustus perijt. Hæc cùm Pachomius per ordinem cerneret, nequaquàm frigidè in Dei gratia laborandũ esse didicit, multoq; minus aduersario vel in re leuissima aditũ concedendũ. Vt igitur oẽs illi vias pręcluderet, vtq; collatas sibi gratiæ opes multiplicaret, tãta virtute annisus est, vt ipsi etiam seni, ingentem interdum admirationem commoueret.

Patientia S. Pachomij.

Erat non procul horrida quædam solitudo, vepribus & spinis obsita, quã nudis sæpè pedibus, ligna di gratia, inambulabat. Ibi cùm aspera quæque perferret, & saucias, grauiter plantas, post se traheret, sustinebat lætus, memor clauorum quos Christus Dominus, scelerum nostrorum ergò pertulerat.

In solitudine etiam de aliorum salute multũ solicitus est.

Porrò quanquàm spiritu solitudinis delectaretur plurimùm, nunquam tamen proximi curam deponebat;

nebat; sed ardentissimas semper pro omnium salute ad Dominum preces fundebat. Cumq; aliquando è cella egressus, per inculta eremi loca solus in ambulans, ad vicum Tabēnese peruenisset, audiuit, inter ipsa orationum suarum suspiria, vocem sibi dicentem: Pachomi, mane hîc, & constructo monasterio, curam eorum, qui salutis causa ad te confluent, suscipe confidenter. Hac voce attonitus Pachomius, constitit: & eccè Angelus Dei illi astitit, tabulamq; in qua monachorum regulæ & optima viuendi norma congesta erat, ei tradidit: quàm vir sanctus suis deindè discipulis præscripsit, ad quam, in hodiernum vsque diem, Tabennesiotæ vitam instituunt.

De regulis S. Pachomij meminit Gennadius de Viris illust. cap. 7. Ipsas Pachomij regulas Latine reddidit S. Hieron. Vide Baron. in notis hoc die.

Porrò Palamon deuexa tum ætate vir, tandè corporeis vinculis, lætus ad cælos migrauit, Pachomius autem, cùm in eadem vitæ austeritate perseueraret, paulò pòst fratrem suum naturalem, Iohannem eiusdē vitæ socium habere meruit. Post quindecim autem annorum decursum, quo tempore vigiliarū & inediæ patientissimus multa pręclara cū aduersario certaminā sustinuerat, recordat⁹ ꝓmissū, per Angelū de salute animarū plurimarū acceperat, amplissima noui monasterij fundamenta iacere cœpit. At frater, qui secessum & solitudinem meditabatur, ea amplitudine offensus, Pachomio succensuit, multisq; rationib. volūtati eius sese opposuit; quin etiā asperis eum verbis increpuit: quasi inuicio & sordibus, nominis celebritatem quęrerent. Pachomius verò ea contumelia affectus, multum quidem cōmotus fuit, ab omni tamen verborū iniuria abstinuit. Erat enim miti mansuetoq; ingenio. Sequēte autem nocte, de illa animi commotione, quæ in pectore oborta fuerat, tantum dolorem

conce-

Vide quantis lachrymis vir sanctus leuissimum delictum plangit.

concepit, vt quasi grauissimorum scelerum reus assiduos lachrymarum imbres funderet: suamq; fragilitatem acerbissimè deploraret. Timebat enim ne aliquando obicem diuinæ gratiæ opponeret, & ex timore Dei incautè excideret. Consueuerat totis noctibus extensis in formam crucis manibus stans, Dei misericordiam deprecari: & aduersus inimici rugientis sæuitiam opem implorare.

Dæmonum in eum insidiæ.

Interea cùm monasterium, magna animi alacritate, ædificaret, dęmones acrioribus inuidię stimulis concitati, varias ei insidias struebant: & cùm eruptione & aperta vi nihil se proficere intelligerent, vanis imaginibus eum à mentis & precum puritate retardare conati sunt. Sed vir sanctus omnes eorum insultus constanter eludebat: prorsus eandem animi tranquillitatem, in medijs tempestatibus & clamoribus, semper conseruaret. Accidit quandoq;, vt vero sancto, post preces ad opus, denti, malignus, suscepta specie galli, insultaret & continuas sæuasq; voces ederet: simulque in capillum inuolaret & vnguibus acerbè eum feriret. Ille autem crucis signo in fugam quidem eum compellit: sed alias mox insidias sensit. Eccè enim ingens dæmonum turba, vno consensu, folia ex arbore concutere visa est, allatisque funibus ea alligabant. Tum verò vtrinque stantes se inuicem hortabantur vt ea folia tanquàm immanis ponderis saxum totis viribus traherent. Hoc autem ab eis excogitatum erat, vt re adeò ridicula, sanctissimi viri mentem, ad leuitates risumq; dissoluerent. Sed Pachomius visa eorum impudentia, ingemuit, & Christi virtute cunctos repentè in fugam conuertit. Eo autem sæpè ad mensam sedente, dæmones, in habitu mulierum, se ei obtulerunt, quos ille, clausis oculis, auersa-

uersatus repellebat. Tanta autem menti eius ine-
rat fiducia, tanta fides, vt scorpiones & serpentes,
illesis calcaret plantis: & Crocodilis, in traiectu
fluuiorum, pro nauiculo vteretur. Cùm autem vi-
deret in se, perpetuos dęmonum insultus, vt gene-
rosus & perfectus athleta veritatis, petiuit à Domi-
no, vt die noctuque aduersus inimicum, in acie, in-
somnis persisteret. Qua petitione concessa, omnis
fere somni expers, vitam producebat, & inuicta
fere virtute, hostiles impetus sustinebat.

Viuit siue omni ferè somno.

Paucis indè diebus, nocturnis precibus inuigi-
lanti, interim angelus Domini, clara se luce ei con-
spiciendum præbuit, tertioque eum, vt hominum
[illegible] Deo conciliaret, monuit: & protinus reces-
sit. Hac visione oblata, nouus multoque quâm antè
[illegible] hominum concursus ad eum factus est. Ij au-
tem erant ferè omnes ex eorum genere, qui scele-
rum conscientia grauati, cum Deo in gratiam redi-
[illegible]piebant. Hos itaque summa beneuolentia ex-
[illegible] Pachomius, in viam reduxit & mortuas ac
[illegible] putentes animas, non sine miraculo, Christi
[illegible], in vitam restituit. Et quidem alios seuerio-
[illegible] disciplinis idoneos, ad monasticam vitam
[illegible]: alios mente corporeq; fragiliori, Deo con-
[illegible], communem viuendi viam ingredi permi-
[illegible] omnibus autem salutis monita dabat, quibus
[illegible], læti alacresque, suauissimum Christi iu-
[illegible] portabant. Hæc aliaque præclara pietatis offi-
[illegible] soror eius audiret, perfectioris vitę studio
[illegible], ad eum venit, locumq; paulùm à monaste-
[illegible] obtinuit, in quo, Pachomio fratre in-
[illegible], solitariâ vitam instituit, multasq; fœmi-
[illegible] eandem, suo exemplo, societatem allexit.
[illegible] cùm Pachomij nomen, propter multipli-

Angelus ei apparet.

Peccatores ad se venientes Deo conciliat.

Soror eius ad eum venit & mundo renunciat.

cem sanctitatē, celebri sermone in ore omniū versa retur, multiq;, indies, spretis voluptatib. & perituris mundi honorib. contēptis, ad religionis portum cōfugerēt, inter alios, Theodor⁹ q̄dā, illustri admodū familia ort⁹, annos nat⁹ plus minùs 14. in magna spe dignitatis & honoris educatus, studio tā admirabilis virtutis, quā oculis intuebatur, incensus, honores contēpsit, opes deseruit, parētum lachrymas despexit & in monachorū societatem sese recepit. Nec mirū sanè quòd oēs sese certatim Pachomio in disciplinā tradere cuperent, qui cōmissum sibi gregem, tanta dexteritate ac suauitate regere, & ipse minimè dubia, ad salutis portū deducere noueret. Quidam exercitator multorū fratrum, inter alios quendam instituendum habebat, qui ad sacrorum ordinum dignitatē, quamuis ineptus, importunè & opportunè aspirabat. Pręfectus verò cū eū tali functione indignū cerneret, preces ei⁹ repudiabat, neq; vllo modo promouere volebat. Cūq; frater ille, sua importunitate, pręfectū vincere contenderet & varijs molestijs afficeret, Pręfectus eū Pachomio obtulit: vt quod vtile iudicaret, de eo statueret. Ille aūt, auditis de frater illo querelis, nequaquā deteriorib. eum monitis excepit, sed, ne hominē desperationis barathro absorberet, Præfecto mādauit, vt diutiùs eius voluntati nequaq̄ resisteret, sed cuncta quę postulabat, benignè cōcederet. Prudenter enim dicebat, virū malum, si beneficio afficiatur, ad sensum boni perduci posse. Itaq; Pręfect⁹, hoc acceptō responso, fecit quod iussus fuerat. Frater autē ille audita hac Pachomij in se beneuolentia, cum lacrimis reuersus ad pedes eius procidit & ait: Homo Dei magnę tibi grates debentur, qui vincas in bono malum. Si enim leni in me animo non fuisses, sed

Theodorus iuuenis illustris fit monachus.

Industria eius in aliorum animis regendis.

seueritate vsus, Pręfecto subdidisses, profectò, relicto habitu, seculi commoda repetissem. Nunc autem benedictus es tu à Domino, quoniam, per te, salua est anima mea. His auditis, vir sanctus, fratrem peramanter amplexans, hortatus est, vt diguã sua professione, vitam ostenderet, ne deteriores in futuro pœnas lueret. Et hac quidem lenitate erga infirmos & in cursu pietatis adhuc teneros vtebatur: Robustos verò, & qui longa bellandi consuetudine viriliter decertârant, varijs modis exercebat. Inter quos Theodorus: quem sanctum vir sanctus durius increpare & nullo ipsius demerito, ad functiones quaslibet inutilẽ appellare non verebatur.

Miracula eius.

Inter hæc aliaque virtutum insignia cœpit etiam miraculis clarescere. Quædam mulier, ex ijs quæ illic vitam agebant, cùm laboraret profluuio sanguinis, neque vlla recuperandæ salutis spes in arte medica, reliqua esset, concepta de Pachomij sanctitate fiducia, contactu cucullæ ipsius repentè pristinam sanitatem obtinuit. Alia item puella, à sæuo dæmone, propter violatam castitatis fidem, correpta, oleo sacro, per Pachomium liberata fuit. Sed & filius viri cuiusdam optimi, immani obsessus dæmonio, pane per eum benedicto, eoque sumpto, repentè sanatus fuit.

Hæretici oppugnant discipulos eius.

Venerunt quandoq; ad viri sancti discipulos hęretici quidã arrogantia tumidi, qui vt impietatem officio occultabãt, ità miraculorũ virtute, ad certamen fidei eos prouocare nõ verebãtur. Agedũ, dicebãt, vt liquido cõstare valeat, quorũ fides syncera & integra est, pedibus hũc fluuiũ transmittamus. Hæc cum discipuli ad Pachomiũ retulissent, vir sanctus respondit: ò imposturam: ò frandem callidi serpentis: Nescitis illud Apostoli: quòd Deus secun-

dum duritiem eorũ & cor impœnitens tradidit eos in reprobum sensum, vt sint inexcusabiles? Et illi quidem, Dei permissione, fluuiũ traijcere possent, opem eis ad hoc ferente diabolo quò hæresi eorum hoc modo confirmata, arctioribus eos, qui iam decepti sunt, impietatis vinculis cõstrictos, post se captiuos trahat. Mihi verò hoc nõ est à Deo ꝓpositũ, vt pedib. fluuium transmittã, aut feris imperẽ, quas ab initio Deus homini subiecit, sed vt, Dei virtute, diabolicas trãsiliã insidias: & me totũ, meaq; omnia ad Dei mei voluntatẽ, cõponam. Quod vbi fecero, reliqua omnia, mira facilitate, protinùs cõsequentur. Post hæc voluerunt quidã viri de reb. diuinis, cũ eo sermonẽ instituere, qui falsa sanctitatis & doctrinæ opinione se venditabãt. Fuêre illi benignè à Pachomio admissi, collatoq; sermone, sensit protinùs vir sanctus fœtorẽ intolerabilẽ. Cumq; tetri odoris causam ignoraret, ijs dimissis, enixè Deũ rogauit, intellexitq; mentes eorũ prauis opinionibus corruptas, impietatis virus per linguas effundere voluisse. Tum protinùs eos insecutus, quę fuit, nam Origenis opera lectitassent. Illis aũt negantib. Cauete, inquit, ne vos nefaria viri illius hęresi cõtaminetis. Testor. n. corã Deo, quòd oĩs qui Origenis dogmata tuẽda suscipit, pęnã inferni nequaq̃ euadet.

Cum hæreticis disserẽs tetrum sentit odorem.

Eius de Origene sententia.

In cõmisso sibi grege & animis singulorũ moderandis, mira eius industria & solertia fuit. Et quidẽ non oẽs vna eademq; via (quod in quibusdã animarum moderatoribus valdè vituperandũ est) ad fruiũ virtutis adducere conabatur, sed despiciebatur primis, quod ingeniũ, & qua ratione tractãdũ esset. Cùm aliquãdo sedulus pastor monasteria sua peragraret, fortè in ipso itiuere, fratris cuiusdã, qui negligenter admodũ vitã traduxerat, funus obuiã habuit:

bit: quòd parentes, maxima pompę celebritate, in monumentũ deferebant. Quo viso, vir sanctus psalentium voces protinùs conquiescere, vestesq; funeres omnes comburi iussit: atq; ità, sine vllo honore, aut precũ solennitate, reliquias sepulchro tradi. Parentib. aũt & cognatis eam rem admirãtibus, rogantibusq; vt iusta ei fieri pmitteret respondit: vos quidẽ solius corporis cura habẽtes, per eum, quem defuncto defertis honorẽ, maiorẽ illi pœnam conflatis, ego verò, quanquàm vobis crudelis & inhumanus videar, per hanc ignominiam, vincula peccatorum eius, quib. anima eius constricta tenetur, laxanda curo. Deus enim qui est fons bonitatis, occasiones quærit, per quas suam in nos benignitatẽ effundat abundè: vt nõ solùm in hoc, sed ẽt in futuro sæculo, peccatorũ veniam consequamur. Propterea ego vos, quo is qui decessit, à malis imminẽtibus liberetur, cum fine Psalmis sepeliatis. Hæc enim sacratis ignominia ad expiationẽ animę ei cedet.

Obserua quomodò vir sanctus etiam post mortem peccata soluit.

Accidit, vt cùm fratrum cellas quandoq; lustraret, in Romanum quendam maximæ auctoritatis virum incideret. Is autem, multis præteritæ vitæ peccatis onustus, vehementer se ab eo onere, per sacram confessionem exonerare cupiebat. Sed nemo, præter vnum Pachomium, arcana conscientiæ suæ concredere volebat. Interim Pachomius, cum Romanę Græcęq; linguæ prorsus ignarus esset, moreretq; & illum & alios non paucos, propter linguarum ignorantiam, periclitari; fidenter ad Dominum accessit, precibusq; donum linguarũ omnium postulauit, obtinuitq; prorsus, vt sibi, in dicẽdi facultate, secundum non haberet. Hinc innumerarum perditorum hominum multitudinẽ in viam salutis reduxit, cunctisq; ea pietatis monita dedit,

Diuinitus obtinet notitiam omnium linguarum.

quibus

quibus facilè, sine vlla offensione, ingrederentur & dæmonis insidias, quas erat expertus plurimas, mira dexteritate, subterfugerent. Itaq; post plurima cælestis philosophiæ extructa domicilia, post infinitos labores & certamina, quæ pro sua suorũq; salute, inuicta mente, sustinuit, lætus hilarisq; animã Saluatori tradidit, mensis Maij quartodecimo.

Obitus S. Patronij.

MARTYRIVM S. DYMPNAE, REGIS *Hyberniæ filiæ, ex actis, quæ Petrus Cameracensis conscripsit. Claruit circa annum Domini 600.*

15. Maij.

FVit in Hybernia, rex gentilis, qui vanis idolorum cultibus & maxima opũ potentia & militari gloria admodùm celebris, ex illustri iunge, quam propter eximiam formæ pulchritudinem, singulari diligebat affectu, filiam susceperat, decoris venustate matri valdè similem, meritis & nomine Dympnam; vt ex ipso vocabuli præsagio postea Deo digna iudicaretur. Quæ in domo patris nobiliter educata, transactis pueritiæ annis, cælesti lumine illustrata, regales luxus & voluptates omnes aspernari cepit: ac tandem occultè sacris aquis expiata, Christo nomẽ dedit & castitatis voto, perpetuùm, se eius seruituti addixit. Intereà matrimonius regina defuncta, cũ rex, ea causa, superuacanea doloribus laboraret, tandem, habito cum proceribus consilio, statuit virginem adolescentulam, genere & forma spectabilem regi alicui stabili matrimonio coniungere. Cũq;, eam in rẽ, milites morum & eloquentia præstantissimi, per varias regiones & vrbes missi fuissẽt, vt aliquẽ, regio stẽmate progratum inquirerẽt, tandẽ, re infecta, redierunt, regiaq; ingressi, ac rege salutato, huiusmodi ad eũ orationem

S. Dympna clam baptizata castitatem vouet.

tem instituerunt: Nos quidē, ô rex excellentissime, ...tiestatis tuæ iussis obtēperantes, nullo modo re...um adolescētem tua filia dignum reperire potui...us. Sed, si placet, eccè filiam tuam Dympnam, di...na prædita pulchritudine, iube tibi potiùs fœlici ...trimonio copulari. Vix hæc effati erat, cùm mox ...bolus, qui virginem sacram ad infandam super...tionem reducere volebat, regem amore incesto ...impudicitiæ facibus inflammauit.

Itaq; rex cupiditate parū honesti amoris inflam...tus cœpit animum puellæ blanditijs pertentare ...opes mundiq; gloriam promittere, si eas nupti...pari amore ac voluntate amplecti vellet. At ...risti virgo, præcise constanterq; se tantum nefas ...quàm admissuram respondit. Neq; enim vel iu...tæ vel legibus consentaneum esse, vt filia patris ...rum commaculet: atq;, eo scelere, omni poste...ri perpetuam ignominiæ notam inurat. Cumq; ...vehementius instaret precib. & illa fortiùs ne...ret, tandem rex iratus, dixit, eam vel ingratis ac...scere oportere. Tunc illa quasi obtemperatu...quadraginta dierum petiuit, ad cautelam, indu...Interim ornamenta & gēmas & vestium splen...em cultumque puellarem sibi dari deposcit, vt ...ntius ornata gratiosior patri appareret. Rex ...mirificè lætatus, omni ambitione, puellæ ...latis satis fieri curauit. Intereà virgo, vt pa...libidinem effugeret, assiduis precibus Christi ...m implorabat. Cogitabat enim, patria relicta ...ad ignotas terras confugere.

Eius pater vult eam habere coniugem.

Erat tunc temporis, in Hybernia, eximiæ sancti...s & doctrinæ sacerdos quidam, Gerebernus no...e, qui occultè conuertendis ad Christū animab. ...uam nauabat operā reginæq; defunctæ, Chri-

Gerebernus insignis presbyter.

ſtum in hac vita colenti, & animæ labes per cõfeſſionem frequenter expianti, aures præbuerat: & ipſam quoq; Dympnam ſacro fonte luſtrauerat, & nõ rarò, cęleſti pane vtramq; refecerat. Hunc beata virgo clanculum accerſens docuit quanto in periculo verſaretur: rogauitq; multis cum lachrymis, vt ſibi & conſilio & precib. ſubueniret: ne in tam horrendæ turpitudinis barathrum demergeretur. Tũc vir ſanctus tutiſſimũ in fuga præſidiũ eſſe dixit, hortatuſq; eſt eam, vt patrio ſolo relicto, pauper ſpiritu, pauperem Chriſtum ſequeretur. Nec mora. Capto tempore fugę opportuno, virgo ſancta adiunctis ſibi ſancto Gereberno, & ioculatore patris ſui, cum eius vxore, vt ſub ioculatorũ ſpecie, ſecretiùs proficiſci poſſent, propoſitum iter ingreſſa eſt: peruenienſq; ad portũ nauem conſcendit & auris ac ventis proſperantib. Andouerpiam appulit. Ibi aliquãdiu cõmorati, cũ mentes Chriſto deuotę, ſæculares ſtrepitus ferre non poſſet, ſolitudinis ſeceſſum meditari cœperũt: tandemq; per nemoroſa & deuia, ad pagũ quendam, cui Ghele nomen eſt, peruenere. Erat ibi eccleſia vnica beato Pontifici Martino ſacra, in qua etiãnùm ſanctiſſimæ virginis corpuſculum requieſcit. Non procul autem ab ea eccleſia, in loco qui Zammale appèllatur, conſtruendum ſibi habitaculũ elegerunt: vt ibidem, ab omni mũdano ſtrepitu remoti, per contẽplationis dulcedinẽ Deo famularẽtur. Extirpatis igitur arborib. & ſpinis, domiciliũ ſibi congruũ extruxerunt, in quo tribus ſi amplius menſib⁹, ieiunijs & orationib. vacãtes, vtã produxêre. Nam Pater, cognita fuga, ſciſſis veſtib⁹, poſt gemit⁹ & dolores diu repetitos, maxima multũ ſtipat⁹ caterua ꝑ ciuitates, & mõtiũ ſolitudines ſolicite eam quæſiuit. Qua nõ inuẽta, mare adiit, & Ando-

S. Dympna fugit e patria.

Venit Andouerpiam.

Inde Ghelam.

Andouerpiã, cũ multiplici ſuo comitatu appulit. Egrediente autẽ illo de naui, magnus populi concurſus, vt moris eſt, certatim ad eum videndũ ruit. Ipſe verò moram ibidem faciens, varios per adiacentes prouincias miſit legatos, ſi quem fortè de filia rumorem percipere poſſet. Proficiſcentibus autem diuerſis, per loca varia, quidam illorũ ad villam rurenſem, cui VVeſterlo nomen eſt, peruenerunt; cumque hoſpiti, apud quem nocte diuerterent, nummos ſuos depromerent, ille, ijs inſpectis, dixit ſe illis valdè conſimiles habere, quorum tamen præciũ penitùs ignoraret. Et requiſitus ab eis, a quo talem pecuniam recepiſſet, reſpondit, ignarus cur id quærerent, ſe à virgine alienigena, cornute & aſpectu pulcherrima, propè in deſerto habitante, eam habere: quę pro emendis alimentis id genus nũmos ſemper mitteret. His auditis illi ſtatim in ſpem maximam recuperãdæ Dympnæ regis filiæ venerunt. Itaque ſe eò adduci curarunt, virginemque inter cæteros, procùl ſtantem, cognouerũt proximùs. Tum ſumma celeritate Andouerpiã regreſſi, viſa & audita regi, magno cũ gaudio, retulerunt. Eo nuncio incredibiliter gauiſus rex iter cum ſuis ad locum arripuit, eaque inuenta cernens faciem eius, macie nonnihil deformatam, libidinis igne accenſus, blandiſſimis hiſce verbis eam affatus eſt: ô vnica filia mea Dympna, amor meus, deliderium meũ & dulcedo, quæ te compulit neceſſitas, vt regali dignitate contempta terram tuæ nativitatis relinqueres, innatæque ab ipſa natura dilectionis oblita, patrem regem deſereres, iſtique ſe decrepito, ſacerdoti, tanquàm filia adhęreres: & amariſſimis eius mandatis, tãta alacritate, obtemperares? Cur regni Hyberniæ vnica, poſt patrem,

Pater Andouerpiam veniens filiam requirit.

S. Dympna à patre ſuo inuenitur.

hæres, aulam regiam ſpreuiſti? Noſtro igitur acquieſce cõſilio, & nobiſcum ad Hyberniam reuertere: quoniam ſi paternis affectibus aſſenſum præbueris, diademate regali coronaberis, & ſuper omnes principes, matronas, ac virgines regni mei, principatum obtinebis. Quin & templum de marmore candidiſſimo, inter deas tibi ædificari, ſtatuamque ex auro puriſſimo fabrefactam & gemmis inæſtimabilis præcij rutilantem, ab omnibus adorandam, tibi collocari iubebo. Ad hæc cùm virgo reſpondere vellet, Gerebernus reſponſionem eius anteuertẽs, regem dura ſeueritate redarguit, eumque ſceleratiſſimũ & abominabilem inclamauit: quòd filiam propriam fœdare vellet, à quo ſcelere impuriſſimi etiam ſcortatores abhorrerent plurimùm. Monuit inſuper vir ſanctus virginem, nè vnquàm regi, in tam nefario opere, conſentiret: nè æterni regis, cuius dulcedinem iam guſtaſſet, indignationem incurreret. Ea monitione rex proceresque grauiter offenſi Gerebernum morte dignũ clamarunt: amouentesque eum à virgine multis minarijs exagitarunt: ac tandem violentas manus afferentes crudeliter peremerunt. Sic glorioſus martyr Domini, ex tyranno triumphum referens, capitis amputatione, perfectam martyrij coronam à Domino accepit.

S. Gerebernus interficitur.

Tunc rex, iterùm conuerſus ad virginem, roſeo decore nitentem, vt ſibi acquieſceret, acriùs inſtare cœpit: multisque blandicijs virginis conſtantiam infringere conatus, dicebat: ô filia mea cur pateris patrem tuum tantis angi doloribus? miſerere cur renuis: & illum ſpernis quem allicit amor tui? Tantummodò mihi aures prębe, & nihil tibi deeſſe patiar. Nomen tuum per cunctos regni mei fines

inter deas sacratissimas celebrabitur. Tunc virgo Deo deuotissima patri cum indignatione respon-
dit: Cur infœlix tyranne promissis fallacibus, à
doris proposito auertere me conaris? Putas, mi-
, quòd à stabilitate propositi mei resiliam, cor-
que meum polluendo, Christum vnicum ama-
rem meum offendam? Tuas ego regales delicias,
mente cõtemno, & illas promissiones Domini
Iesu Christi, quæ cuncta superant desideria,
totis visceribus concupisco. Pro dea haberi re-
, & honorẽ statuæ vilipendo. Talem mihi de-
ps noli frustrà adhibere sermonem. Tunc rex
mo ferus, libidini deditus, atque cultor idolorũ
ipuus, quãtò magis fidem Christi in ea feruere
nouit, tanto furiosiùs in eam, totis viribus, in-
dixitque: Vide, malitiosa, ne de cætero nos
ges: exple statim quod opto, & dijs nostris sa-
ca, aut, certè, mortis tuæ exemplo, efficies, nè
m filiæ, paternis imperijs contradicere ausint,
quæ virgo: Qua de causa, crudelis tyrãne, egre-
m Domini sacerdotem, nulli crimini affinẽ oc-
disti? Dei omnipotentis iudicium non euades,
os deasque tuas vt figmenta detestor: & Domi-
Iesu Christo, tota me deuotione cõmitto. Ille
sus meus, gloria mea, salus mea & desiderium
m. Pœnas omnes, quas inferre potes, lęta men-
rata sum, pro Domino meo, perpeti.

Hæc audiens rex nimio furore incensus, iussit
celeriter capitis affici supplicio. Sed cùm nul-
tam crudele præceptum exequi auderet: ipse-
crudelis rex, antiquæ nobilitatis & regalis cle-
ntiæ oblitus, gladio, quo fuerat accinctus, sa-
m caput pręclarę virginis amputauit: atq; indè,
suo comitatu, ad propria remeãs, Sanctorum

corpo-

S. Dympnæ egregia cõstantia.

S. Dympna à suo parente iugulatur

corpora volatilibus cęli & bestijs terræ deuoranda reliquit. Cumque ea, dies aliquot, à feris & auibus intacta, in nuda humo iacuissent, à quibusdã, iuxtà habitantibus, in specu condita sunt. Excolebatur tunc quidem temporis Ghele raro inhabitatore: erant enim in ea non nisi quindecim domus, eæque nemorum densitate ferè per sex milliaria circumseptę. Post multa verò annorum curricula cùm pagus ille hominũ frequentia iam valdè celebris redditus esset, pro stupẽda signorum exhibitione, quæ fiebant illic erga quibuscunque languoribus occupatos, Clerus & populus congregati in loco sepulturæ, Sanctorum corpora inquirere cœperunt, res mira & omnibus seculis inaudita. Cùm enim fodientes terram eiecissent, angelicis manibus præparatos, niue candidiores sarcophagos duos, è petra excisos repererunt. Inde extractas, sine difficultate, tumbas circũquaque accuratiùs contemplantes, nullum in eis vel iuncturæ vel fracturæ signum conspiciunt, imò verò sanas & integras comperiunt Sanctorum corpora continentes. Qua re valdè attoniti non hominum, sed angelorũ id opus esse cognouerunt: perque tumbas niue candidiores, Sanctorum castitatem significari intellexerunt.

Vide rem admiratione dignam.

Igitur cùm ad Xanthense oppidũ, quod ad Rhenum situm est, fama virtutum & miraculorum huiusmodi peruenisset, eius incolæ sub peregrinationis specie situm loci sagaciter explorârunt: & per aliquot dies coram sanctis corporibus excubantes, clanculũ preciosas reliquias, cum tumbis lapideis, quadrigis impositas auexerunt. Quo cõperto Ghelenses vehementer commoti, mox ad arma concurrunt: accẽsisque animis à tergo viriliter insequuntur. Igitur sono immensę multitudinis, maruum gesta-

Xanthenses auferunt sacra corpora

ſatores exterriti, tumbas, magna celeritate, in
ram depoſuerunt: vnamque in fruſta redigẽtes,
qua ſancti Gereberni corpus erat, cum eo effuge-
nt: & proſpero itinere, ad Xanthenſe oppidum
uenerunt: vbi Gerebernum, vniuerſa multitu-
ne cum canticis & hymnis & cereorum lumina-
bus eis obuiàm ruente, honorificè ſepelierunt.
lenſes verò, qui inſecuti eos fuerant accedẽtes
locum, fracta B. Gereberni tumba, S. Dympnæ
mbam abſque vllo læſionis ſigno repererunt.
am cùm ad propriam vellent reducere eccleſiã,
lo modo, corpus loco mouere quiuerunt: pror-
ac ſi radicitus fixũ in terra teneretur. Cumque,
d facto opus eſſet, ignorarẽt, nocte vna quędam
nt, ſecũdùm quietem admonita eſt, vt vitulum,
m habebat in ſtabulo, nouellum, bigę iungeret,
rginis corpus reduceret, quod multi, peccatis
um obſiſtentibus, mouere non poterant. Mane
que facto, mulier viſionis ſeriem filio ſuo enar-
uit, eumque monuit, vt citiùs, à Domino iuſſa
mpleret. At puer matrem ſuam delirare exiſti-
ns, eam deprecari cœpit, vt ea de re ſileret, nè
bos ſimul riſui exponeret. Sed illa nihil mora-
vitulum nondũ cornua producentem applicuit
ectà, nõ ſine multis & immodicis incidentium
s, ad locum tetendit. Sequebãtur eam parui &
gni, piamque mulierem, planè delirare & deſi-
re credebant. Tandem loco appropinquans, cu-
es ſacri theſauri obnixè rogauit vt bigæ ſuæ eũ
mouerent. Quidam eam riſu & cachinno exci-
bant, quidam cum indignatione repellebant: Nota mira-
verò, precibus eius importunis victi, manus o- culum.
admouerunt: & ſine vllo grauamine corpus
lerunt, impoſitumq; bigæ ſumma cum lætitia

S. Dympnæ corpus loco moueri nõ poteſt.

ad pro-

ad propriam ecclesiam reduxerunt. In qua, per venerãdæ virginis & martyris Dympnæ merita, quotidiè innumerabilia coruscant miracula.

Posteà verò nobiliores loci incolæ, sacrum corpus theca ex auro & argento, ac preciosis lapidibus confecta exceperunt. Itaque Episcopus Cameracensis, cum immenso vulgi comitatu eò veniens, de tumba lapidea sacrũ virginis corpus, in thecam illam ex auro & argento fabrefactam, transtulit. Aperta autem tumba, inuenit antistes, in sacro venerandæ virginis pectore, lapidem rubeum, cum inscriptione nominis Dympna. Dubium nõ est eum ab angelis pectori sanctissimæ virginis impositum fuisse, vt per eum martyriũ cunctis innotesceret. Prædicta autem corporis translatio, magna cum celebritate, decimaquinta Maij peracta est: eoque die, memoria martyrij eius, cum festiuo gaudio instituta: quanquam eam coronam tricesimo mensis die adepta sit.

Et quoniam diuersa conscripta miracula omni admiratione digna, quæ Dominus noster Iesus per gloriosam hanc virginem & martyrem mundo ostendere dignatus est, longum foret enarrare, breuitatis causa à nobis omittuntur. Certè obsessi à dæmonibus, cùm ad eius venerabile templum in Ghele afferuntur, quotidiè, per eam liberantur. Porrò alia beneficia infinita deuotis suis cultoribus impetrat apud Dominum nostrũ Iesum Christum, qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat in secula sempiterna. Amen.

VITA S. DOMNOLI EPISCOPI Cenomanensis. ex ea quæ est Haduini Præsulis iussu, à quodam Domnoli familiari amico conscripta. Clarum

uit temporibus Clotarij Regis Francorum filij Clodouei & eius filij Chereberti ac successoriu eius Chilperici circa annum Domini 571.

BEatissimus Domnolus ex generosis procreatus parentibus à primis annis insigni morum probitate vitęq; integritate, cunctis pręluxit ad Cenomanicam vrbem in multorum salutem minitùs transmissus fuit. Cùm alibi ad Episcopalem dignitatē non sine magno honore euectus fuisset, relicta patria, parentibusq; & cūctis, quas possidebat, rebus, Romā orationis ergò profectus est: ibi cùm ad sacra Apostolorum limina, animi sui devotioni fecisset satis, post longa itineris emensa spatia, Domino gubernante ad Cenomanos appulit, quos, propter obitum sui Pontificis, magno oppressit animi mœrore affectos. Iampridē enim beatus Innocēs ad Dūm migrârat: & laboris sui prę-mia cōsecutus maximum sui desideriū reliquerat. Camque Clerus & populus vniuersus alium eo loco & honore dignū exquireret, viso Domnolo, proprinùs, vnanimi consensu, oēs id honoris in eum contulerunt: & inuitum ac reluctātem planè, eum dignitatis gradum ascendere compulerunt. Comprehensus itaque cathedram subijt: illudque nobilitatis insigne perpetuò gestauit, quo, Christo, die ac nocte, alacri & iucundo animo gratam exhibebat seruitutem. Neque tamen vel à generis nobilitate, vel ab operum sanctitate, gloriolæ & laudis fumum captabat: sed præclara de se præbens virtutum exempla, intrà se suos thesauros deponebat, totusque cælesti disciplinæ addictus omnem mundi pompam egregiè calcabat. Erat magna charitate ac beneuolentia, Germano sanctissimo Antistitum Antistiti coniunctus, quem in omnibus

16 Maij.

Obijt 1 Decembris.

It Romam orationis causa.

S. Domnolus fit Cenomanorū Antistes.

S. Domnolus Germano familiaris.

bus pietatis operibus consultorem habebat fidelissimum, optimumque: prorsùs vt mutuis adhortationibus inflãmati, subiectis sibi populis haud vulgariter prodessent. Cumque pietatis & religionis cultor eximius eos præcipuo cõplecteretur amore, qui abstracti ab omni prophanorum hominum congressu, Deo familiariùs suauiusque famularentur; monasteriũ in suburbio ciuitatis suæ extruxit, in quo præclaras leges, conuertendis ad Christum animabus, aptissimas cõdidit: & plurimis sanè deploratę salutis hominibus viam vitæ aperuit, & ad portũ saluationis æternæ perduxit. In ea item cellula, in qua S. Iulianus, primus Cenomanorum Episcopus, corpore requiescit, iuxta monasterium Victurij, monasticum institutũ, quod iampridem illic florere cœperat, mirifice augmentauit; adeò vt quinquaginta ferè patribus fratribusque cuncta necessaria, tam ad illorum, quàm peregrinorũ & aduentantium victum, magnificè suppeditauit. Aliud quoque monasterium & xenodochium vltra Sartam flumen ædificauit, suæque ecclesiæ rebus ità dotauit, vt pauperes & peregrini, egenique oẽs, quos vicina vrbs capere nõ poterat, reciperet.

Construit monasterium.

Quanta autem seueritate in castigando proprio corpusculo, vsus fuerit, quàm se perpetuis vigiliis confecerit, quàm in præstandis eleemosynis liberalis & profusus fuerit, nullis ferè verbis explicari potest: quãdoquidem eiusmodi pietatis opera, ne quo inanis gloriæ fumo inficerentur, clamoribus quàm palàm exercebat. Nullum omninò tempus quantumuis exiguum præterlabi sinebat, quo non vel proximorum saluti consuleret, vel aliquid de suos profectus adijceret. Quod si quis eius facta diligentiùs scrutari voluerit, magnarum virtutum

Exercitia S. viri.

miracula inueniet, è quibus nos vel pauca prome-
mus.

Quodã die Dominico, cùm peracto officio so-
lemni, ad mensam, ex more, pransurus accederet, Miracula eius.
illatamque aquam minister in eius manus infun-
deret, & lotis manibus, malluuiũ asportaret; cœ-
cus quidam, Seagrius nomine, aquam illam, quę de
manibus Pontificis defluxerat, sibi dari petijt: ea
suos oculos abluturus. Minister id paruipendens,
illatam aquam ei tradidit. Ea cœcus suos per-
fundens oculos, mox in Christi nomine, visum re-
cepit: lętusque abscessit. Vir quidam, genere nobi-
lis, & opibus prædiues, qui regi à consilijs erat, in
illam ecclesiæ, Tridentẽ nomine, cui vir Dei præ-
erat, inuaserat: eamque obstinato animo, per sum-
mam iniquitatem, sibi vendicabat. Vir autem san-
ctus, cùm crebrò illum admoneret, vt à suis malefi-
cijs resipisceret, nihilque tamen monendo profice-
ret, tandem ad precandum Dominum se contulit,
vt res, pro expiandis peccatis, olim à fidelibus ec-
clesiæ donatas, ipsi restitueret. Interim sacrilegus,
rerum Deo dicatarum occupator, diuina vltione,
vere corripitur: neque tamen res malè vsurpatas
reddere voluit, vt eius pœna fieret cumulatior.
Cum autẽ ea febre dirè afflictaretur, lecto decum-
bens, visus est sibi, nocte quadam videre matrem
Domini (cui res ab ipso vsurpatæ, vnaque beatis
martyribus Geruasio & Protasio dicatæ erant) fer-
re malleo ipsum in frõte percutientem. Mox igi-
tur multo terrore correptus, vocato ad se Domno-
lo, res ipsi ablatas cum fœnore restituit: & preci-
bus S. Domnoli sanitatem quidem recuperauit; sed
cicatris eius fronti malleo impressi, quòad vixit,
religia reseruauit: non alia proculdubio de causa,

quàm vt suo exemplo à simili facinore alios abterreret.

Quodam Quadragesimæ tempore, cùm vir sanctus in cellam Anisolæ monasterij sese abdidisset, vt liberiùs diuinis rebus, in silentio & solitudine vacaret, Francus quidã regi valdè familiaris, quandam eius ecclesiæ villam, Bonallem nomine, in pago Stadinse sitam, ad se rapuit. Eam iniquitatem vir Dei molestè ferens, transacta Paschali solemnitate, per se vindicare statuit. Itaque præpotentis Dei auxilio fretus, animo intrepidus eò se contulit: vt res suæ fidei creditas recuperaret. Francus autem qui tunc fortè eadem in villa amicis operã dabat, bellosque admodùm agebat homunculos, vt primùm de aduentu antistitis certior factus est, animo commotus, à tota villa iussit eum excludi prorsus, eijcique. Et quidem Episcopus non recalcitrans, dedit locum iræ: sed mox diuina vlto in sacrilegum est excitata. Nocte enim illa, viro sancto in precibus persistente, sacrilegum febris inuasit: & manè altero infœlicem ab illo extorsit animam. Eius tam repentino interitu cæteri, qui eadem scelere sese constrinxerant, metu correpti, ecclesijs ablata restituerũt & antistitem, vt par est, reueriti sunt.

Puerulus quidam, Rainarius nomine, oculorũ auriumque & linguæ ac pedum officio miserè orbatus, crucis signo à viro sancto munitus & sacro inunctus oleo, totus reualuit. Quodam die, in villa ecclesiæ, quam Baladonem vocant, sancto Episcopo, pontificale exequenti ministerium, Magnerius quidam oblatus est, qui die Dominico, magna temeritate audaciaque, ab opere non cessans, Deo vlciscente, luminibus orbatus fuerat. Vir sanctus, expre-

expresso Crucis signo, cœcitatem depulit, visum reformauit, monuitque hominem nè deinceps diuino vni Deo consecratũ violare præsumeret. Cùm aliquandò vir sanctus nõ longè à carcere quodam, in quo plurimi vincti tenebantur, iter haberet & miserabiles damnatorum voces & eiulatus audiret, misericordia motus, per ministrum custodi mandauit, vt vinctos illos absolutos pateretur abire. Illo autem recusante vir sanctus, cum lachrymis pro eorum redemptione Dominum rogauit: ecce, die tertio, spontè aperto carcere, omnibus exeundi potestatem fecit. Plurimos etiã dæmonio obsessos liberauit: dæmonesque solo Crucis signo configauit. AEgros quoq; & malè affectos diuersisque languoribus laborantes, nullo negotio curauit adeò vt miraculorũ assiduitate fama eius longè latèq; cum admiratione vagaretur. Porrò tanta sanandi vis & facultas ei inerat, vt vix quisquã tam duro pectore viseretur quem eius cõciones ad lachrymas non mouerent. Totus in eam curam intentus erat, ne ad supernam illam ciuitatem solus contenderet, sed socios eò secũ quamplurimos adduceret. Nihil in eius actionibus cernebatur, quod ad Deum non pertineret: nihil in sermonibus eius nisi pium percipiebatur. Ad altare rarò sine lachrymis, ad mensam nunquàm sine pauperibus conuiuis accessit. Multa animi deuotione, opera benignitatis & misericordiæ prosequebatur, studebat adesse desolatis, egentes alere, vestire nudos, & qui ipsa non posset, prompta animi beneuolentia, omnibus ferre opẽ. Porrò peracto iam militiæ cursu, cùm se ad alteram vitam à Domino vocari intelligeret, præclara admodũ pietatis monita discipulis dedit & antiqui hostis insidias ei detexit,

Carcerem suis precibus aperit.

Cõcionum eius efficacia.

Obdormit in Domino.

monuitque vt bonis operibus intenti ad beatitudinem gloriæ sempiternæ viriliter aspirarent: & sic demùm Kalendis Decembris è corpore fœliciter migrauit. Humatus est à discipulis magno luctu deformatis, in ecclesia beatorum martyrum Laurentij & Vincentij quam ipse condiderat: in qua meritis & precibus eius, multi morbidi gratiam sanitatis obtinent. Nam, tertio translationis eius die, energumenus quidã in seipsum valdè crudelis, eò adductus, post triduum, cum parentibus sospes abscessit, multisq; annis, sanus permanens, Deo se deuotum exhibuit cultorem. Quarto dein die, omnes tres ad tumulum eius venientes, redintegrata luce incolumes indè abiêre. Nimis prolixi erimus si audita visaq; omnia literis mandare velimus. Pauca, quæ retulimus, ad faciendam fidelibus fidem abundè sufficere existimamus. Sedit autem in episcopatu annis 46. mens. 11. dies 19. & interfuit Synodo Turonensi, cui subscripsit: numeratúrque nonus eius Sedis Antistes.

MARTYRIVM S. TORPETIS PAVLI Apostoli familiaris. ex eo quod in præclaro quodam MS. Codice extat.

Maij 17.

S. Torpes magnus apud Neronem.

SAnctus Torpes qui apud Neronem Imperatorem, dignitate auctoritateque, valuit plurimùm, vt primùm eius pietas & admiranda religio innotuit, Nero comprehensum eum custodiri suo propinquo Satellico tradidit: vt eum, si quo modo posset, ad deorum sacrificia impelleret. Sed cùm sanctus martyr, diuina egregiè virtute roboratus, in Christi cõfessione, immobilis perstiterit, commotus Satellicus, alapis eum cædi iussit: & ad columnam ligatum, verberibus tam immanibus af-

Crudeliter cæditur.

ſci, vt purpureo ſuo ſanguine, ſolum vndiq; riga-
et ornaretque. Eo ſupplicio diù multũque nequic-
quàm fatigatus, tandem rotæ alligatus eſt. Indè fe-
ris à Syluio Satellici filio obiectus, nihil tamẽ ma-
ſi paſſus, præclaram vbique de hoſte victoriam re-
portauit. Hac eius conſtantia animiq; virtute per-
pecta Euellius Neronis conſiliarius, perfidiam &
impietatem execratus, fidem amplexatus eſt: & 5.
Kal. Maij luſtralibus aquis expiatus, Chriſto, ex a-
mo nomen dedit. Torpes verò, iubente Syluio,
ra Piſanam ciuitatẽ ductus, capitis abſciſſione,
martyriũ compleuit, tertio Kal. Maij. Corpus eius,
celeris miniſtri, pœnè fractæ & nimia vetuſtate
conſumptæ nauiculæ impoſuerunt, ſimulque cum
ne & gallo in decurſum fluminis demiſerunt.
rrò Angelus Domini venerabili cuidam matro-
æ, Celerinę nomine, ſecundùm quietem apparens
ndauit, vt martyris corpus perquireret, ſepeli-
eque. Quod illa nequaquam ſurda aure accepit,
d inuentum ſanctiſſimi martyris corpus magno
onore ac reuerentia excepit, & in monumentum
uſit: quod poſteà ceſſante perſecutione, noua
cleſiæ fabrica, inſigni opere viſenda honorauit;
ſque facultatibus mirificè exornauit. Cuius fè-
uitas, propter tranſlationem, hoc die, celebriùs
colitur.

Feris obijcitur ſed nihil læditur.

Euellius cõſiliarius cõuertitur.

Torpes capite truncatur.

---

*ITA S. DVNSTANI ARCHIEPISCO-
pi Cantuarienſis. ex ea quæ eſt per Osbertum Mo-
nachum Cantuarienſem. Migrauit ex hac vita an-
no Domini 988, anno ætatis ſuæ ſeptuageſimo, cùm
ſediſſet annis triginta tribus.*

Eatus Dunſtanus, nobiliſſima gentis Anglorũ 19. Maij.
Oproſapia ortus, eò nobiliùs, in huius mundi lu-

cem prodijt, quo sub materni sinus adhuc angustia clauso, diuino miraculo, designatum est, præclarum mundo per eum lumen oriturum. Cùm etenim mater eius eo grauida, spe prolis futuræ lætaretur, dies Purificationis B. Matris Dei festiuus illuxit. Cumque vtriusque sexûs homines plurimi, accensis de more cereis, ad ecclesiam confluerent: inter eos pater S. Dunstani, Herstanus nomine, cũ Chinedrita matre eius, ad Dei seruitium properabant, ambo cereos, quos pro ritu ipsius diei, Deo offerrent, deferentes. Tum subitò, cælo admodùm sereno, cunctis admirantibus, cuncta simul luminaria extincta sunt. Dumque pro rei nouitate attoniti starent, & quid certi de tali euentu sentire deberent, ignorarent, erectis vultibus, intuẽtur flammam ignis cælitùs labi, & cereum, quem mater Dunstani manu ferebat, ex ea accendi. Accedunt itaque singuli ad lumen cælo demissum, & indè recipiunt lumen amissum. Ex eo autem tempore prægnantem mulierem & Herstanum virum eius, maiori omnes sunt veneratione prosecuti: prolemque spe maximi boni expectarunt. Dehinc instante partûs tempore, puer eleganti forma nascitur & post dies paucos, sacro fonte regeneratus, Dunstanus nuncupatus est. Qui teneris infantiæ annis superatis, mox literis adhibitus est, quibus die ac nocte intentus, languore graui corripitur, & gemebunda in dies vexatione tortus, vsque ad exhalationem vltimi flatus producitur. Sed cùm iam, velut morti contiguus iaceret, & confluens vicinorum cœtus, desperata planè salute, mortem expectaret: eccè noctis medio, præter omnium opinionem integræ sanitati donatur; cunctisq; stupentibus, lecto desiliens, ad ecclesiam, pro reddita sibi

Parentes eius.

Mira res.

Dunstanus nascitur.

Diuinitùs à morbo sanatur.

ibi sanitate, Deo gratias acturus, impiger tendit. Cuius deuotioni diabolus inuidens, simulato terrimorum canum globo, immani latratu ac terrifico impetu in eum ruit. At ille, inuocato Christi nomine, signo se sanctæ Crucis armauit, arreptamque, quæ fortè in via iacebat, virgulam contra illorum malignorum incursus vibrauit: omnesque instàr fumi dissipauit, & in effusam fugam compulit. Post hæc ad ecclesiæ ianuas veniens, eam vndique obseratam inuenit. Huc igitur illoque deambulans, scalam ad parietem templi erectam offendit, quam nescienter ascendens, atque ad fastigium ecclesiæ ascendendo pertingens, nullum, quo ingredi posset, aditum reperit: inque statim ex altera tecti parte descendere cœpit. Deus autem qui delectabatur innocentia cordis eius, viam inter inuia ipsa disponebat gressibus eius. Tunc repente Angelico ministerio subrectus intrà ecclesiam omni ex parte clausam, coram altari depositus est. Cuius rei euentum, qui eum egredientem secuti fuerant, contemplantes, fidele testimonium diuino miraculo perhibuerunt.

Profligat dæmones.

Vide miraculum.

Intereà adolescentiæ decus Dunstanus induere cœpit, cùm morum grauitate & sapientia cunctis admirabilis, in sortem Domini transijt, sacrisque initiatus, omnibus mundi oblectamentis calcatis, laudabilem Deo seruitutem exhibuit. Videbatur igitur illum in fouendis pauperibus esse assiduum, die noctéque precibus vacantem, meditationibus & diuinorum lectioni librorum sedulò incumbentem. Audita inter hæc fama venerabilis Athelmi Cantuariensis Archiepiscopi, patrui

Minores ordines accepit.

ſui, eum adijt, & quô maiorem virtutum omnium perfectionem hauriret, ſedulus ei adhæſit. Verùm cùm elapſo aliquanto tempore, Pontifex vitæ eius integritatem animique prudentiã clariùs cerneret, ipſum regi Ethelſtano magno affectu fouendũ pioque ſtudio protegendum cõmendauit. Quem ipſe, benigna mente, ſuſcipiens, multo ſynceri affectûs amore percoluit. Dunſtanus itaque licet corpore in regia verſaretur, mente tamen in cælo degebat; & quo labilius, inter plurima vitiorum fomenta gradiebatur, tanto firmiùs, ne ab ipſis, aliquo modo deijceretur, præcauebat. Vt autem iners otium, omnium malorum ſentinam deuitaret, varijs operibus, animum intendebat. Peritia namq; ſcribendi, pingendi ſculpendique, & in auro argentoque quiduis fabricandi ita claruit, vt à multis, quam maximè admirationi haberetur. Super hæc inſtrumentis muſici generis, quorum ſcientia plurimùm excellebat, non tantùm ſe, ſed & multorum animos à turbulentis mundi negocijs ſæpè demulcebat & in meditationem cæleſtis hermoniæ frequenter concitabat.

In aulam regis Angliæ adducitur.

Vt ſit vſus muſicis inſtrumẽtis.

Hęc inter opera ſua, à quadam inſigni pietate ac religione matrona, ad horariũ pro miniſterio eccleſiæ inaurandum, inuitatus fuit. Acceſſit matronam Dunſtanus, cumque opus in manibus haberet, cythara eius, quam ſecum fortè detulerat, parietẽ affixa, cœpit per ſe, nullo hominis attactu, Antiphonam iſtã diſtinctis vocibus reſonare: Gaudete in cælis animæ iuſtorum, qui Chriſti veſtigia ſunt ſecuti: & quia pro eius amore ſanguinem fuderũt, ideò cum Chriſto gaudebunt in æternum. Ad hoc ingens omnes, qui aderant, admiratio comprehendit & oculis menteque ad cytharam intenti auidè

Nota miri quiddam.

chorda-

chordarum vocem captabant. Dunstanus verò cytharam istam, verè angelico modulamine administratam, ità accepit, quasi ex sensibili Dei præsentia, quid sibi deinceps agendum foret, doceretur.

His ita constitutis, qui primò virum Dei ardentissimo amore complectebantur, tunc, mutata voluntate, prouectibus eius inuidere, & sinistris eum artibus vti calumniati sunt: feceruntq; dissipato nefandissimo rumore, vt ipse rex & multi ex primoribus eum auersarentur: caneq; peius & angue oderint. Quod Dunstanus aduertens, malignorum hominum iracundiæ cessit, regiaque relicta, ad cognatum suum Elphegum VVentanum episcopum, cognomine Caluum, profectus est: Præfatæ autem malitiæ cõmentores, comperto eius discessu, viam insidentes, eum interceperunt, equoque deiectum male mulctarunt, multisq; affectum iniurijs, acriter flagellatum ac vinctum, in horridum cœnum præcipitatum reliquerunt. Ne autem penitùs periret, impedimento fuit ingens quædam molossorum multitudo, quæ, ex insperato, in eos, horribilibus latratibus, irruens, adolescentem defendit. Profectus dehinc venit ad memoratum antistitem, eximiæ religionis & pietatis virum, cuius consuetudine ac familiari colloquio permotus, de monastica vitæ instituto amplectendo, secum pertractare cœpit. Nec multò pòst, cùm antè, magno impetu, de ducenda vxore cogitasset, carnalibus funditùs renuncians illecebris, perpetuam Deo de Christi gratia confisus, castitatem deuouit, monasticæque vitæ propositum amplexus est: ac legitimo deinde tempore, per canonicas sacrorum ordinum successiones, & iam ad sacerdotij gradum, ab eodem antistite euectus est.

Patitur obtrectatores.

Ab æmulis multa patitur.

Canes eum tuentur.

Vouet castitatem.

Fit Sacerdos.

In arctissimo degit domicilio.

Tùm verò totus Christi amore inflammatus, ad ædem Glasconiam, Virgini Matri sacram perrexit: ibidemque domicilium, longitudine quatuor non ampliùs pedum, latitudine vero duorum cum dimidio, sibi construxit. Altitudo autem staturam hominis non excedebat. In eo igitur, vt vni Deo per omnia placeret, psallere, orare, manibusq; strenuè operari non destitit: prorsus vt pijs eius exercitijs aduersarius inuidens, insidias ei struere aggressus sit. Quadam enim vice, humana specie tectus, fenestræ ipsius astitit: obnixè ab eo nescio quid operis postulãs. Ille pietatis affectu motus, intermissis his quæ faciebat, ad satisfaciendum postulanti se parabat. Sed mòx ex formæ verborumq; mutatione, dæmonem esse deprehendens, sumptis tenaculis fortiter ignitis, monstrum per nasum arripuit & strictissimè tenuit: ac postremò, summo notatum dedecore, à se abegit. At ille deiectam suam superbiam non ferens, querula, per plateas, voce curiam illatam à Dunstano iniuriam vindicare nitebatur: sed mox ab omnibus cognitus, ingenti fœtore relicto, prorsus euanuit. Ex eo tempore, tanta cordis munditia & corporis pudicitia in Dunstano claruit, vt omnes, qui vitam eius nouerant, Angelo similem iudicarent. Vnde complures vtriusque sexus homines, quotidiè, ad eum confluere, & de salute consulere cœperunt: quos, pijs monitis sanoque consilio ita instituit, vt maximo se affectos beneficio singuli gauderent.

Egregiè tractat dæmonem ipsi illudere volãtem.

Intereà Ethelstanus rex, regio munere simul cum vita perfunctus, Edmundum fratrem successorem reliquit: qui missis ad Dunstanum nuncijs, eum à regno, à consilijs habere voluit. Non recusauit vir sanctus, sed eius se, libens, salua tamen ordinis re-

perentia, imperio subiecit: tantaq; fœlicitate, consilio, & virtute, regni gubernacula direxit, vt non modo vulgus, sed Rex ipse eum sine fine coleret: nihilque præter eius voluntatem attentare præsumeret. Sed his fœlicibus rerum successibus rursus irritatus dæmon, primùm dolo cuniculisque, deinde irruptione & aperta vi, in eum grassari constituit. Itaque per idones malitiæ suæ ministros, non solùm de pristino eum honore deiecit: sed etiam regi proceribusque inuisum, curia depulit. Sed accidit deinde die tertio cùm Rex in syluam venatum abiret, vt equo, per montis altissimi præcipitia ruente, in vltimum vitæ discrimen veniret: iamque, desperata salutis spe, trepidaret, occurrit animo eius, illata Dunstano iniuria. Itaque gravissima ab imo cordis trahens suspiria, celeri sponte, si præsens mortis periculum euaderet, promisit, se optimam cum Dunstano in gratiam reditum. Exauditæ fuêre continuò à Deo preces: equusque illicò subsistens regem à periculo subduxit & incredibili gaudio ex insperata salute exultantem, domum deuexit. Tum verò Rex adunatis in aula principibus, cuncta quæ acciderant exposuit, & Dunstanum in pristinos non modò honores restituit, sed amplissimo quoq; fundo, in quo natus erat donauit: vt de eo, pro libertate arbitrij sui, disponeret. Itaq; Dunstanus, cui præcipua animarum cura sub pectore, viuebat, locum illum diuino cultui consecrauit: regiaq; adiutus liberalitate, magnum fratrum numerum congregauit; quibus ipse Abbas præfuit, & paterna plusquam benignitate, mirabiliter profuit. Et quia omnium salutem ardenter exoptabat, sic suos disciplinis informabat: vt innumerabiles ab eo prodirent, qui collapsa per

Regi Edmũdo egregiũ se exhibet adiutorem.

Opera obtrectatorum à regis aula pellitur.

Rex in summum periculum adductus, vt euaserit.

Extruit monasterium.

Angli-

Angliam pietatis fundamenta, & collabantem ecclesiæ statum fulciebant. Factumque est, vt sicut, quod supra diximus, ex cereo matris totus Ecclesiæ conuentus lumen amissum recuperauit: ità ex hoc loco ipsius Dunstani doctrina instituto, omnes ecclesiæ Angliæ veræ religionis lumen sumpserunt.

Dæmon variis modis orationes eius impedire nititur.

Inter hæc Diabolus solitis inuidiæ stimulis concitatus, cùm aperta vi fraudibusque eum de statu tam sancto tamque fælici deturbare non posset, totis hoc saltem viribus annisus est, vt puritatem orationum eius mentisque splendorem impuris cogitationibus obscuraret. Vndè in lupi & vulpeculæ interdum effigiem demutatus, horridus apparebat & varijs anfractibus & iocosis motibus animum mentemque eius dissoluere nitebatur. Sed fuit semper cum dedecore repulsus, nouamq; potiùs in dies gloriosi triumphi materiam Christi militi suppeditauit. Die quodam ad Edmundo rege ad colloquium inuitatus, in medio itinere dæmonem sibi obuiam habuit, qui mimo similis, coram eo ludere, subsilire, & multis modis lętitię fręna laxare cępit. Cognouit protinùs, diuinitùs edoctus Dunstanus, quid sibi illa intẽpestiua inimici gaudia vellẽt. Ait itaque spiritu prophetico: Rex noster, morti iam proximus, multis regnum tempestatibus obnoxium successori relinquet. Quam sententiam, die septimo, veritas subsecuta est. Regi namque, in aula, à suis miserè interempto, Edredus frater successit, vir pietate & prudentia egregius: qui, præter spem omnium iniquam, pari amore & honore Dunstanum amplexus est: prorsus, vt antistitem eum multis modis creare interetur. Sed vir sanctus, vt ab omni honore plurimum semper abhorruit, ita eam digni-

Prophetia eius Edmundi regis cædes.

Episcopatũ recusat.

dignitatem constanter recusabat. Interea Edredus, aduersa correptus valetudine, Dunstanum in monasterio suo tunc temporis degentem, per nuncios ad se vocauit. Qui cùm ascensò protinùs equo, ad ægrotum festinaret, in ipso itinere, vocem cælitus delapsam audiuit: Rex Edredus in pace quiescit: statimque ad eum vocis sonitum, equus, cui vir Dei insidebat, humi corruens extinctus est.

Eredi regis obitum fœlicem diuinitus cognoscit

Post Edredum, Eduinus Edmundi filius omnis prudentiæ inops & rerum gerendarum planè expers, regni gubernacula, fœlici parum omine suscepit. Mente namque & corpore iuuenis, per omnia libidinum genera vagabatur, & regnum tyrannide opprimebat, suaq; sæuitia & crudelitate, rebus omnibus, tam sacris quàm prophanis vastitatem inferebat. Gemebat in istis Dunstanus & viam omnem modumque inquirebat, vt regem, tanto mentis agitatum furore, ad sanitatē reduceret. sed frustra Rex enim cuncta eius monita repellebat, & scelera sceleribus cumulans, quocunque impietatis, animus eum vocabat, sequebatur. Tum Dunstanus, relicta regia, Glasconiam, ad monasterium suum recessit: atque Eduinus, carnis illecebris inescatus, duabus mulierculis, impudico nimis amore, assiduè adhærebat. Accidit autem, die ipso, quo regio diademate sceptroqne donatus, regale totius regni proceribus conuiuium extruxerat, vt post epulas, solito mentis furore, ad impudicas illas fœminas recederet: nihilque tantorum virorum consessum veritus, honestè parùm amori operā daret. Qua cognita, optimates sanè indignati, Odonē Cantuariensem Archiepiscopum, qui dignitate auctoritateque cæteris eminebat, hortati sunt, vt regem illicito & impudico fœminarum congressu, reduceret.

Eduini regis infaustū imperium.

S. Dunstanus relicta regia ad monasterium suum abit.

duceret. Sed ille pusillo animo regiam offensionem pertimescens, se excusauit: regemque, publica afficere ignominia, nefas esse dixit. At proceres de regis regnique salute solliciti, Dunstanum monuerunt, vt eam rem sua virtute ac sanctitate dignam exequeretur intrepidè. Tunc verò Dunstanus cum summa grauitate ac modestia cubiculum ingressus, primò asperis sanè verbis, in mulieres impudicas inuectus, lasciuias earum detestatus est. Deindè leni ad regem vultu, voceque conuersus, vt se tanti opprobij exortem faceret monuit: ac submisse, vt secum ad proceres rediret, suaque eos præsentia exhilararet, precatus est. Qui animi furore & vultus rubore perfusus, dum se rediturum negaret, Dunstauus appræhensa illius manu, è medio fœminarum eum abstraxit, impositoque capiti eius diademate, ad conuiuantes introduxit. Quam ignominiam altera fœminarum non ferens, se eam, quouis modo, vlturam, garrula contestatione, deuouit. Nec quieuit fœmineus furor, malitiaque, antè quàm apud regem efficeret, vt vir sanctus, è regni totius finibus expulsus, cunctis etiam, quæ in monasterio habebat, spoliaretur. Tulit eam iniuriã Dunstanus animo magno, & in alto diuinæ prouidentiæ iudicio quiescens, Gandauum in Flandriam, abijt. nefanda interim fœmina, eum vbique inquirente, vt oculorum priuato lumine, ad ludibrium abuteretur. Sed omnipotens Deus qui nunquam suorum gloriam, iniquis persecutionibus, penitus obscurari patitur: non multò pòst quosdã magni fluminis Humbrę potẽtes excitauit, qui impiũ regem aut occidere, aut regno priuare moliti sunt: Et ipsum quidem in effusam fugam vltra Thamesim cõpule-

Vide S. Viri zelum.

S. Dunstanus proscribitur.

Abit Gandauum.

pulerunt: sceleratam vero meretricem eius, iuxta
ciuitatem Glauuornensem, mala morte perdide-
runt. Quibus patratis, Edgarum fratrem illius, su-
per totam terram, à prædicto Humbræ fluuio, vsq;
ad Thamesim flumen, regem fecerunt: regnumque
hoc modo, quod prius vnum erat, in duo diuisum
est: Thamesi suo illud alueo disterminante. Edga-
rus itaq;, percepta regali dignitate cõuulsum regni
statũ restituit & obscuratam religionis pietatisq;
faciem, nouo virtutũ splendore, reformauit. Dun-
stanum quoq;, missis in Flãdriã nuncijs, honorificè
ab exilio reuocauit: & ad VVigorniensis ecclesiæ e-
piscopatum, quanquã inuitũ, euexit ac se suaq; om-
nia, eius sapientiæ & consilio moderanda, cõmisit.
Interea Eduinus vitæ præsenti subtractus est, &
anima ipsius, Dunstano precibus intento, à teter-
nis dæmonibus euestigiò præsentata. Cuius pœ-
nis miseratus vir sanctus, suarum immemor iniu-
riarum, pro eius liberatione, immẽsos Deo lachry-
marũ effudit imbres, donec se pro eo exauditum a-
nouit. Posthęc Edgarus totius regni hæres effectus
profligatis bellis ac seditionib. desyderatam diu re-
quiẽ ac pacem, in oẽs regni partes, inuexit. Exin de-
uocto Londoniensi episcopo, Dunstano eam quoq;
ordinem administrandam cõmisit: quã summa neces-
sitate cõpulsus subijt: suoq; exẽplo ac vitę integrita
te corruptis morib. ad verũ religionis & iustitiæ
cultũ reduxit. Cũ n. clericos ibidẽ degẽtes, nec à pra
uitate sua cõuertere, nec indè, ꝙ potẽtia & nobilita
tis ꝑstarent, posset eliminare, cõstruxit cõriguũ
ipsi ecclesiæ monasteriũ: in quo, cũ suis, tanto
eximio virtutũ oim splendore, Christo seruie-
bat, vt vulgus, ea virtutum pulchritudine captum,
absolutos clericos contemneret, monachosque
incre-

Eccè tibi vi-
tio diuina
in impium
regẽ, & scor-
tum impu-
rum.

S. Dunstanus
reuocatur
in Angliam
& VVigorni-
ensis Episco-
pus creatur.

Edgarus ad
Angliæ.

Dunstanus
creatur Lon-
doniensis e-
piscopus.

incredibili amore ac honore susciperet: prorsus vt ipsi clerici, propriæ conscientiæ testimonio redarguti vel recederent, vel in eandem vitæ societatem commigrarent.

Inter hęc fœlicissima pietatis quotidianæ incrementa, Odo Cantuariorum Archiepiscopus, sua morte, ingentem omnibus Anglorum ecclesijs luctum intulit: populosque innumeros acerbo mœrore percussit. Dumque alius, sede illa primaria dignus, exquiritur antistes, post vnum atque alterum, tandem ipse Dunstanus, vnanimi omnium acclamatione, solus tanto honore dignus pronunciatur. Et quanquam ipse manibus (quod aiunt) pedibusque, eam à se dignitatem repellere niteretur repetitis tamen acclamantium vocibus victus superatusque, primatem totius Britanniæ sedem regendam suscipere coactus est. Itaque accepta temporis opportunitate, Romam ad Pontificem profectus est, vt si ei visum foret, stola sui Apostolatus decoraretur. Quod Pontifex ei honorifice ac decentissimè præstitit: & multis magnisque affectum beneficijs, pastorem eum genti Anglorum ac salutis eorum prouisorem destinauit.

Fit Archiepiscopus Cãtuariensis.

Porrò Dunstanus, qua virtute & iustitia, qua pietate & religione, eam sedem administraverit, quæ orationis vis dignè satis explicare poterit? Certè hoc constat, tam excellentibus omnium virtutum meritis eum claruisse, vt tota ipsa Anglia, vsq; hodiè eius sanctitatem miretur, virtutes prædicet, iustitiam & æquitatem laudet; meritoq; ut tam insigni Pátrono, glorietur. Et quidem cum omnia, quæ cum admiranda iustitiæ & pietatis opinione gessit, explicari nequeant, è paucis, quæ subijcimus, reliqua metiri debemus. Comes quidam

præpo-

ypotens cognatam suam, illicitò sibi matrimo-
o copulauerat, & à Dunstano semel, secundò &
tiò redargutus, incestum suum diuortio expia-
nolebat. Qua propter gladio Spiritus sancti, à
Dei percussus, à liminibus est sanctæ Ecclesiæ
ratus. Qui typho tactus superbiæ, regem adit,
Dunstanum immoderatæ & impiæ seueritatis
sat, regia sanctione, se ab eius tyrannide libe-
m constitui; querula voce, precatur & impe-
t. Sed Dunstanus qui regis ea in re auctorita-
nihili faciebat, vbi vidit illum, contumaci spi-
, contra se furere, minarique, omnem ei fi-
um communionem, donec à sua prauitate di-
eret, interdixit. Tunc ille immani furore
pus, legatos suos Romam destinat, & tali-
, assueta quorundam Romanorum corda &
, in suam causam, largo munere, largiorique
nissione, permutat. Quid deinde? Præsul
olicæ sedis, Dunstano, verbis ac literis, vt
ni peccatori condescendat, eumque ecclesiæ
o integrè conciliet, hortatur, monet, impe-
Ad quæ Duustanus ità respondit: Se præce-
Domini Papæ libenter pariturum, cùm illum
delicti pœnitudine ductum, scelus detestari
eret. Auertat hoc Deus, dicebat, vt ego, cau-
ctius mortalis hominis, vel pro redemptione
mei, postponam legem, quam seruandam in
ia sua, statuit idem Dominus meus IESVS
ctus. Hac viri constantia perterritus Comes,
o illicito coniugio, pœnitentiæ sibi cultum
uit: docuitque palam, quanti excommuni-
is fulmem, à viro sanctissimo vibratum, faci-
m sit. Dunstano namque generale totius regni
lum celebrãte, ipse suimet oblitus, nudis pe-

Excommunicat hominem contumacem.

Vide notabile exemplũ publicæ pœnitentiæ

dibus, laneis amictus indumentis, virgas manu ferens, Concilio sese medium ingessit: & gemebundus, ante viri sancti pedes corruens, admirando nouoque spectaculo, cunctos ad lachrymas prouocauit: & ab anathematis vinculo absolutus, fidelium communioni restitutus est.

Alio verò tempore, monetarij tres, cum falsa moneta capti, ad subeundam pœnam, hominibus per totum regnum promulgatam, sunt adiudicati. Die ergò Pentecostes, idem Pater, Missarum solennia celebraturus, cùm ob diei reuerẽtiam, statutam Dei populo iustitiam, in alium diem translatam intelligeret, mox ab offerendo sacrificio pedem retraxit: negauitque se antè, pro omnium salute, Deum precaturum, quàm homines nefarij meritas pœnas dedissent. Cùm enim pauperum viduarum, ac pupillorum defensor esset eximius, & singulari eos patrocinio foueret, palàm denunciabat, Deum iustum Iudicem, benignas supplicantibus non prabiturum aures, nisi tantum nefas, debito iustitiæ rigore, expiatum esset. Ea res, quanquam cui delitatis plurimum habere videretur, & multi tantum, in antistite seueritatem damnarent, Deus tamen præclaro sanè miraculo, quàm sibi ea iustitia grata esset, declarauit. Nam vt primùm, à peracto supplicio, inter Missurum solennia, sacras manus extendit, niuea columba, multis intuentibus, de cælo descendit, expansisque supra caput eius alis, permansit, donec sacrificium, non sine maximo lachrymarum imbre, ritè consummatum esset.

Nota seueritatem S. Viri, in eos qui monetam adulterarãt.

Columba cęlitus veniẽs sacrificãtis capiti insidet.

Moris erat viro sancto loca sancta, vno tantùm fidele comitatus socio, noctu peragrare, & se inibi, per cordis contritionem, Deo mactare. Accidit autem frequenter, cùm prolixiùs diuinis innoctu

ta meditationibus, mente, per cęlestia regna vagaretur, vt angelicos concentus audiret, & quasi præsens sanctorum choris interesset, res admirandas contemplaretur: adeò vt ab ipsa beatissima virgine numeroso virginum choro stipata, summo cum honore, exceptus, & ad ecclesiam, quò tendebat, deductus fuerit. Hinc visa cognitaq; semel animarum beatarum pulchritudine, incredibili salutis omni ardore flagrare cœpit: prorsus vt volentes, nolentesq; secum ad regna cælorum abriperet. Præsidebat ea tempestate VVentanæ ecclesiæ præsul Adelwoldus, vir eximiæ sanctitatis & educationis Dunstani, non parum insignis. Is, cùm ecclesiæ canonicos, per abrupta vitiorum ruere cerneret, neq; posset vllis monitis vel exemplis, hominum illecebris irretitos ad meliorem frugem reducere, cunctos, obstinata mente, in scelere perstantes, de ecclesia eliminauit, cæteros verò ad monasticæ vitæ professionem, non inuitos, adduxit: effecitq; vt canonicorum ordo, in veræ pietatis domicilium ac monasterium, mutaretur. Ea re, Clerici, eiecti fuerant, offensi plurimum, citato gressu Romam adeunt, & iudicium atq; iustitiam de illata iniuria fieri postulant. Indicitur, ex regis præcepto, VVintoniæ, omnium Ordinum concilium, quibus negocij querela determinetur. Surgunt inde lites, quas Dunstanus, propositis rationibus, destruit: docetque clericos, qui à sorte Domini, per vitæ suæ prauitatem, dissilierant, nihil ex ijs vendicare posse, quæ ecclesijs, ad solatium eorum, qui inculpata vitæ integritate, deseruiunt, data sunt. Quibus auditis rex, & ex principibus pleriq;, omissa controuersia, concilio discesserunt: sed mox clericorũ precibus permoti,

ſeſe deprecatores exhibuerunt apud Dunſtanum; vt, vel hac vice, veniam tribuat: eiectoſque in priſtinum ſtatum reſtituat. Silet ad iſta vir ſanctus, cumque, demiſſo capite, quid facto potiſſimùm opus eſſet pertractaret; & reliqui interim, ſuſpenſis animis, ad pontificis reſponſum aures arrigerent: ecce ſubitò Crucifixi imago, quæ in edito loco pendebat, cunctis audientibus dixit: Non fiet, non fiet. Iudicaſtis benè, Mutaretis non benè. Tremefacto in his vniuerſo ſimul conuentu, intulit Pater Dunſtanus & ait: Quid amplius vultis, fratres mei? Diuina ſententia definitum audiſtis negotium præſens.

Eccè rem ſanè ſtupendã.

Et hoc quidem modo, monaſterio eliminatis planè Canonicis, pax conceſſa fuit, ſed non multò pòſt filij eorum, vt amiſſam illam in parentibus ſuis hæreditatem recuperarent, Bernelinum quendam admirandæ eloquentiæ virum, magno conductum prętio, contra Dunſtanum adduxerunt. Cui omnes Clericorum filij, armati rhetore illo, præcipua victoriæ ſuæ ſpe, antiquæ calumniæ iurgia apud Dunſtanum promerent; vrgerentq;, vt bona ablata reſtituerentur, vir ſanctus: Noſtis, inquit, calumniam iſtam, quam mouetis, diuino ore, olim definitam: & ego iam grandæuus, multiſq; laboribus exhauſtus, quod reliquũ eſt vitæ, in pace, tranſigere cupio. Hactenus, pro virium mearum facultate, laboranti eccleſiæ opem tuli: amodò totius laboris impatiens, Domino Deo cauſam Eccleſiæ ſuæ contra inſurgentes hoſtes, tuendam cõmitto. Dixit, & eccè ſolarium, in quo conſiſtebant, eueſtigio decidit, omnesſq; pariter præcipitatos, in ſuo caſu modicùm lęſit. Vbi verò Dunſtanus cũ ſuis confidebat, nulla ruina domus, nullus caſus emerſit. Hoc

En iterum rem admirandam.

ergò

igò modo omnis calumnia clericorum ſopita & ſa ſanctorum monachorum conuerſatio adeò ſta lita eſt; vt alijs, eadem vitę ignominia notatis cle cis, de ſuis eccleſijs eiectis, monachi, in eorum lo- m ſubſtituti ſint: adeò vt, aucta per Angliam re- gione, quadraginta & octo monaſteria inſtituta erint.

48. Monaſteria ſub Dunſtano inſtituta.

Inter hęc, ſopito negocio, quod Edgarum regem ademate remorabatur, Dunſtanus, cunctis gau- ntibus & exultantibus, regni coronam illi impo- t. Ipſo autem, à biennio, quo hæc facta ſunt, im- ura morte præuento, Eduardo filio ſuo, totum gnum, hæreditario iure reliquit. Illo verò poſt quot annos, per fraudem nouercæ ſuæ, interfe- Ethelredus filius illius malæ mulieris, matris minia magis, quàm patris ſuis ſolertia prædi- in regnũ ſubſtitutus eſt. Cuius prouectio, quan- m animo Dunſtani minimè ſederet, ius tamen m ei compleuit. Attamen regali ſolio potitũ, o quodam verborum tonitruo, quia per ſan- em fratris ſui, regnũ obtineret, increpauit: & phetico ſpiritu, totam illam terram, per pluri- ecula, depopulandam prædixit. Quæ licet ſe nte euentura negarit, euentura tamen eſſe, ni- eraci prophetia, teſte calamitate præſenti, aſ- t. Accelerabit, cùm ſibi placuerit, omnipotens quam ſubſecuturam promiſit liberationem, nti vatis ſui merita & interceſſionem.

rò vir ſanctus, vt nunquam ferè, in vita, cœ- conſolatione & admirandis viſionibus & An m etiam colloquio deſtitutus fuit: ità aſſi- pene dæmonum inſultus ſuſtinuit. Et quan- ſępè ſeſe ab eo victum confuſumq; meminiſ- micus, ab eius tamen infeſtatione cohiberi

Vir Sanctus, per omnem vitam, & dæmonum inſidias, & cęleſtes conſolationes expertus eſt.

non potuit. Nam suarum artium versutijs confisus, hoc vnum moliebatur assiduè, vt saltem puritatem mentis obnubilaret: & efficaciam precum eius infringeret. Itaq; die quodam in vrsi effigie hispidus, orantem aggreditur, & hiante rictu, insurgens, horrore sui, ab oratione deterrere nititur. At ille, zelo diuino correptus, arreptum baculum, quē manu ferre solebat, in hostem vibrat, eumq; cædendo tamdiu persequitur, donec idem baculus, in tres partes comminutus, confringeretur. Indè verò alium sibi scipionem confecit, in cuius summitate argento egregiè decorata, dentem Beati Andreæ Apostoli, quē singulari honore, in omni semper vita coluit, inclusit. Et quidem in ijs sanctissimi Apostoli reliquijs, tantum, contra malignorum spirituum incursus, munimen sensit, vt deinceps congressum formidarent, oblatamq; vltrò pugnam detrectarent.

Nota vim reliquiarum.

Itaque deuexa hoc modo ætate, post plurima dæmonum certamina, Christi auspicio, fœlicitèr superata, post multa, ab inimicis, propter pietatis studium, intentata pericula, post præclara sanctitatis suæ testata miracula, diuinitus, de obitu suo præmonitus, suauiter ex hac vita excessit, & angelicis eum choris ducentibus ad Christum migrauit.

Fœlicissimè migrat ad Christum.

Postquam verò vinculis mortalitatis solutus est, miracula, quæ in vita patrare cœperat, multò maiorem longè lateque de se splendorem dederunt: quin & nouis adeò coruscauit, vt aperto, quantæ sanctitatis meritique apud Deum esset, luce meridiana clariùs, testarentur. Cæci tres, non sine maxima astantium admiratione, lumen ad tumulum eius, adepti sunt. Paralyticus quidam, præter obli-

Miracula post obitū eius.

...litatis & diuitiarum gloriam, presbyterij etiam ...more clarus, hortantibus amicis, vili turbę admi...tus, confestim sanitatem consecutus est. Sed is i...m, cùm instructo amicis & vicinis conuiuio, vt ...ius saluti congratularentur, inter epulas illi Deũ ...darent; quòd potentes non abijceret, sed inter ...es & pauperes ipsis quoq; gratificaretur; presby...r, superbiæ spiritu tumidus, negauit se instar in...is, à Dunstano curatum: quin inquit etiam, sine ...nstano, mihi salus restituta fuisset. Vix ea verba ...ser compleuerat, cùm ecce pristinus morbus re...: & acerrima vi animam infœlicem, ab ingrato ...flato extorquet. Ea res effecit, vt metus & re...entia erga beati viri sacras reliquias excresce...t, multique ex longinquis locis eò confluerent, ...vt morbis liberarentur, tùm vt eius intercessi...veniam obtinerent peccatorum. Plurima in...er, diuina virtute, edidit miracula, quæ nos, ne ...a prolixitate lectorem oneremus, prætermit...us.

...TA S. PETRI DE MORONO, QVI ex anachoreta, summus Pontifex creatus, dictus est Cælestinus quintus. ex ea, quæ est per Reuerendissimum D. Petrum de Alliaco, Cardinalem Cameracensem scripta. Claruit Anno Domini 1294.

PEtrus vir eximia virtute, in Aprutijs, in partibus Italię natus, spiritu quàm carne, & animo quam origine nobilior, patrem habuit Ange...um, qui ex Maria, coniuge sua, instar patriarchę ...ib, filijs duodecim à Deo ditatus, parem cum ...o Patriarcha Deo seruitutem exhibere stu...at. Vacebat sedulò pietatis operibus & quan- 19. Maij. Parentes eius.

quantum per facultates licebat, curandis pauperibus, assiduò operam dabat: & sine intermissione, multis gemitibus & indefessis orationibus, vtvnum ex omnibus filijs, diuino seruitio dignum aligeret, postulabat vterq;. Nec sua fuêre spe frustrati. Nam ex duodecim fratribus velut alterum Ioseph à Deo singulariter dilectum, diuina prouidentia, multis indicijs ac signis mirabilib. declarauit.

Defuncto patre, mater tali prole beata, filium hunc suum studio literarum tradidit. In ea autem nocte, qua puer literis incumbere cœpit, defunctus pater, cuidam in somnis apparuisse visus est, monens hortansq;, vt matrem incitaret ad filium, omnibus maximarum artium disciplinis imbuendum. Nec hoc sine numine diuino factum esse credendum est. Nam humani generis inimicus, fœsicibus huius pueri successib. inuidens, per se suoq; ministros, sanctum matris conatum impugnare satagebat. At constans ac fortis mulier, à suo se proposito diuelli non sinebat. Intereà puer vt primùm literis à limine salutis, mentē vocemq; ad orationem formare didicit, aspectu imaginis Christi, p nobis in crucem sublati, mirum in modū delectari cœpit. Cumq; puerili simplicitate ardētiùs interdū obtutus in eam speciem defigeret, virginēq; Matrē & Ioannē sub Cruce stantes cōtemplaretur: visus sibi videre est Apostolū, (p̄cipuè si quid eo die correptione dignū admisisset) ad se venientē, monentēq; vt vitā moresq; cōponeret & Christi vestigijs sedulò insisteret. Indè paulatim culmen perfectionis ascendēs, tota mente, die nocteq;, cælestia ꝑtractare cœpit: & matri, signis minimè dubijs, spem q̄ de eo conceperat, certam ostendere. Porrò cùm puer adhuc trium annorum, ligno præacuto, in dextero oculo per-

Dæmonis aduersus eū machinamēta.

percussus, excœcatus fuisset, mater à medicis destituta, ad quandam B. Virginis ecclesiam, cum filio pergens, totam ibi noctem in sacris vigilijs ac precibus exegit: & mane oculum filij sanum & incolumem reperit.

Oculus eius læsus diuinitus curatur.

Itaque puer sanctus, vt primùm adolescẽtiæ annos attigit, incredibili amore solitudinis & eremiticæ vitæ flagrare cœpit. Et nè qua dæmonis fraude circumueniri posset, Romam priùs adire decreuit, vt consilium ab ipso Pontifice, sanum saluberrimumque acciperet. Solus igitur, omni humano destitutus consortio, iter aggreditur, in quo, post multos labores, terrores atque pericula, ad mõtem quendã peruenit, vbi, omisso Romani itineris proposito, paruã corpusculo suo aptam, formauit foueam, in qua annos tres, in summa admodum vitæ austeritate peregit. Hoc ergò in loco, inter multas diuinæ bonitatis consolationes, mirum quantas in ipsa conuersionis principio, diabolicæ malignitatis pertulerit insidias: & quàm inuicta virtute, insultus inimici repulerit. Exacto autem illo annorum spatio, Romam perrexit, vt sacerdotali benedictione ac beneficio dotatus, multo virilius, pro sua aliorumque salute, contra hostem decertaret. Itaque sacro presbyterij affectus munere, mox ad montem Muronis abijt, vbi in crypta quadam, annis quinque, angelicæ vitæ puritatem æmulatus, vixit. Cumque degens ibidem omnium terrenarũ rerum & corporis etiam consuetudinis oblitus, indies, magis magisque cælesti splendore illuminatur, sentiretque interim humanæ carnis fragilitatem spiritui obluctantem, & interdum nocturnis pollutionibus necessariò succumbẽtem, animo vehementer angi cœpit, an deinceps sacrosancta

De vitæ solitariæ desiderio & abitione eius ad eremum.

Degit triennio in fossula.

Romæ Sacerdotio initiatur.

Molestiæ scrupulorum eius.

immaculati corporis & sãguinis Christi mysteria offerre deberet. Ea fluctuatio cũ in dies vehementiũ eũ pturbaret, putaretq; iã prorsus numẽ sibi diuinũ grauissimè offensum, iterũ Romã petere decreuit: vt contractas p illã carnis fragilitatẽ animi, vt ipse existimabat, labes dignè expiaret: simulq; consiliũ peteret, qd post nocturnas pollutiões faciundũ esset. Ecce aũt, nocte illa, q̃ itineris ppositi die præcedebat, visus ei in somnis ipse Christ' assistere, q̃ vnos illos cõscientię stimulos à malo spiritu fraudulẽter immissos, sustulit: docuitq; ac monuit, ppter innatam corporis cõsuetudinem immunditiãque, quãdiù illis illecebris animus repugnat, à spiritualium exercitio mysteriorum neutiq̃ cessandũ esse.

Migrat ad montem Magallæ.

Hac igitur infœlici laniantis cõscientię miseria ac pœna liberatus, magno est gaudio delibutus: & vt præclariora de hoste trophæa erigeret, vastitatẽ expetẽs solitudinem, ex Muronis ad Magallę montem se transtulit; in quo nouas variasque dæmonũ insidias rursus expertus, gloriosum semper triumphum de hoste reportauit. Nec defuêre, in medijs procellis angelicę cõsolationes, spiritusq; cælestes, qui appositis dapibus, illi ministrârunt: & ingenti perfusum gaudio recreârunt. Nec mirũ sanè, adeo nãq; diuinis assueuerat alloquijs, vt corporeo cultu & cibo potuq; planè neglectis, dies noctesq; precib' & hymnis & diuinis meditationibus iũgere, & fatigatos vigilia cadẽtesq; oculos, tãdiù in opere contineret, quoad somno & lassitudine oppressus, vbi sors ferret, tandẽ aliquando succũberet. Et quãquam exhausta ieiunijs mẽbra prõptissimè spiritui obtemperarẽt, ne tamẽ insurgentes interdũ rebelles carnis motus, tranquillum animi statũ labefactarent, asperrimo corpus cilicio domabat, cane-

Summa vitę eius austeritas.

nãq;

nad; ferrea, lasciuiẽtes lumborũ mot' cõprimebat.

Igitur cùm tantus hic virtutum splẽdor, & rutilans charitatis flãma vim suam longè lateque exerceret, multos ad sanctæ vitæ societatem suiq; imitationẽ allexit: adeò vt noua quotidiè fratrũ multitudine ad eũ confluente, varia pietatis domicilia extruxerit, & præclarè admodùm, contra dæmonũ insultus & graue paupertatis onus fratres suos cælesti cõsolatione tutatus sit. Et ne pusillus grex, quẽ sanctitatis exẽplo & verbo, Christi ouili aggregauerat, dispersus aliquandò periret: eum in Lugdunensi Concilio, sub Pontifice Gregorio, eius nominis decimo, confirmari postulauit, impetrauitq; vt sub Benedicti Regula, quæ multorũ vitijs tunc obscurata iacebat, ordo sacer in ecclesia Deo militaret. Itaq; religione eius per Pontificem cõfirmata, minimum ad salutem omniũ sedulò promouendam allecit; breuiq; admodum sex & triginta loca Deo extruxit: in quibus sexcẽti ferè fratres, varijs virtutum & bonorum operũ exercitijs insudabant. Iam verò quot animas è diaboli faucibus extraxerit, quotà via prauitatis ad rectam virtutis semitã reduxerit, nullis verbis explicari potest. Et quis benignitatis studium, q̃ in pauperes impẽdebat, exprimere valeat? Cuncta quæ possidebat, pauperũ esse patrimoniũ dicebat. Nam vt inopibus alimẽta, dotes virginibus, remedia infirmis & oppressis subsidia largiretur, oues & boues, argenteos calices, & sericas vestes, & alia denique preciosa ecclesiarum ornamenta distrahebat: quò miserorum inopiam releuaret. Cùm aũt tanta sollicitudine morituræ carni succurreret, tũ verò animæ multò sollicitiùs, cælestẽ pabulum ministrabat. Et quanq̃ magna literarũ scientia præditus nõ esset, diuino tamẽ illustratus lu-

Ordo Cælestinorũ in Lugdunensi Concilio sub Gregorio decimo cõfirmatur.

Valdè proficit.

Benignitas eius in pauperes.

tus lumine, cũctos ſaluberrima informabat doctrina, & innumeros ſui imitatione ad virtutum opera prouocabat. Hoc autem de eo admiratione dignum narratur, quòd nullus erat tot vitiorum laqueis irretitus, aut tantorum peccatorum pondere preſſus, qui ex faciei illius conſpectu, verbiſq; melliſluis, ad conſcientiæ cõpunctionem nõ rediret, & ingenti cõſolatione perfuſus, ab eo recederet. Et quia maximus quotidiè populi cõcurſus ad eũ fiebat, qui ſermonis eius dulcedine frui cupiebat, alũ locum ab omni hominum familiari acceſſu remotiſſimum expetijt, qui in montis Magellæ vertice ſitus, vel ſolo aſpectu, cunctis horrorem ac formidinem incutiebat. In quo cùm plurimis item miraculis inclareſceret, eo relicto, iterum ad Muronis mõtem redijt, vt ibidem vltimum vitæ actum, in omni ſanctitate tranſigeret. Sed cùm ibi per anni & menſis vnius ſpatium habitaſſet, fuit ad nouũ certaminis campum euocatus.

Efficacia ſermonũ eius.

Reuertitur ad montem Muronis.

Nam cùm Sedes Apoſtolica ab obitu Nicolai Papæ Quarti, propter Cardinalium diſcordiam, biẽnio & ampliùs, paſtore viduata fuiſſet, vnus eorum, qui primę vocis honore fungebatur, in medio Patrum conſeſſu, Petrum de Murone in ſummum nominauit Põtificem. Ad quam vocem cæteri ſtupefacti pariter in electionem conſenſerunt. Cumque populus vniuerſus, de hoc eius honore lætus, proſiliret, ille incredibili mœrore repletus, indignum ſe tãti honoris titulo clamabat. Et quia multis obteſtationibus ac lachrymis fruſtrà eum à ſe repellere nitebatur, ſpem omnem, in ſalutari fuga, quã vnicò cum ſocio clàm meditabatur, conſtituit. Verùm ſubita populi multitudine circumuentus, cùm iam euadendi ſpes non eſſet, ſummum illud hono-

Eligitur in ſummum Põtificem.

Fugam capeſſit, ſed retinetur.

honoris fastigium, vi magis adactus, quàm voluntate, ascendit. Ea dignitatis gloria decoratus, tantum abest vt de adiecto sibi honore blãditus fuerit, vt etiam multò magis quàm antè, se deijceret & præteritæ humilitatis propositum mirum in modum auxerit. Vndé, cùm audita electionis eius fama, reges Siciliæ & Hungariæ, veloci cursu, ad eũ peruenissent, vt debita cum reuerẽtia & obsequio ad Aquilam ciuitatem deducerent, ipse non magnum equorum apparatum sed paruum sibi asellũ exhiberi præcepit. Neque potuit vnquam vllis regum & Cardinalium precibus adduci, vt ab incepto humilitatis studio desisteret. Et certè quam fuerit hoc summo illi omnium Pontificum Pontifici Christo gratum, singulari voluit miraculo declarare. Nam cùm multi varijs infirmitatibus oppressi, post eum portarentur, vt contactu vestimenti eius (erat enim totius populi mira erga eum fidei deuotio) sanarentur; homo quidam, filium suum ambobus pedibus claudũ deferens, cùm ad virum sanctum, præ multitudine, accessus non pateret, asello, de quo descenderat, puerũ imposuit: qui sanitate recepta, ab illa hora firmiter ambulauit.

Nota insigne miraculum.

In dicta igitur ciuitate Aquila, vocato Cardinalium cœtu, cùm Apostolatũs insignibus coronandus esset pater sanctus, quia, in terris habitans, tota tam mente, in cælis erat, Cælestini nomen accepit, ne quid inter quotidianos aulę strepitus, de perepta Dei gratia deperderet, in augusto palatio, cellam ligneam, angustumque sibi habitaculum construxit: vt inter turbas solitarius, & inter diuitias, tamper, liberiùs orationi ac contẽplationi vacaret. Ibi ergò assiduò cum mente sua pertractare cœpit, quomodò, tanta dignitatis sarcina abiecta, ad anti-

In Pontificatu Cælestinus vocatur.

En studium solitudinis.

quam

quam solitudinē repedaret. Quid plura? Cùm ipse annō quasi dimidio, non sine magna laude, Apostolicæ Sedi præfuisset, tandem in Vigilia S. Luciæ, depositis pontificalibus insignibus, de alta Petri Sede descendens Cælestinus, vt cælestem sedem cōscenderet, ad pedes eorum, quibus præfuerat, humiliter Petrus prosternitur: nec prius è terræ puluere (o rarum humilitatis exemplū) surgere voluit, quam istius honoris compedibus solutus, voti sui cōpos fieret. Hæc dum fierent, multique dubio mentis iudicio fluctuarent, inter laudem & admirationem ipsius, diuinum uumen præclaro miraculo animi eius altitudinem, terrenarumq; rerum contemptū comprobauit. Nam cùm post Missarum solēnia, quidam claudus, contractis membris, sese ad pedes ipsius prosterneret, accepta ab eo benedictione, sanus erectus est. Hoc igitur honore, velut onere mortifero depulso, ad suaue Christi iugum in pristina solitudine ferendum, lætus redire satagebat. Sed cùm iam magna propter adeptam libertatem lætitiæ spiritalis signa oculis ac frōte gestaret, maior tēpestas, vndè minimè putabatur, subitò obortа, tetra eandē caligine inuoluit. Bonifacius namq; ei in Sede Apostolica, nō sine ambitione successerat, terribilibus ei verbis præcepit: nè pedē foras referret. Timebat enim ne fortè vir sanctus à deuoto sibi populo, tanq; Summus Pōtifex coleretur: & vniuersos honores, vni Apostolicę Sedi debitos sibi asportaret. Sed Cælestinus optimo cōscientiæ suæ testimonio fretus, eaque sola comitatus, relicta curia, clàm abscessit, & gaudens atque exultās, priſtinam vitæ consuetudinē repetiuit. Et ne quis eā fugā inobediētiæ aut alterius culpæ viā esse crederet, Deus iterū testato miraculo eā cōfirmare dignatus est.

Abdicat se Pōtificatu.

Bonifacius Pontifex eū persequitur

est. Nam in via mulier quædã filiam suam vtriusq; manus officio destitutam, ei sanandam obtulit: quã solo Crucis signo ità sanã & incolumẽ reddidit, vt cũctis dieb⁹ vitæ suæ de ꝑcepto beneficio gauderet.

Signo Crucis sanat paralyticam.

At Bonifacius tumore adeptæ gloriæ turgidus, & timore amittẽdæ turbatus, missis idoneis viris è fuga eum retrahere, & volentem, nolentẽ, ad se adducere pręcepit. Ipse verò quãquàm corporis viribus destitutus, & propter vltimam senectutẽ, ocio & quieti, quàm itinerum labori habilior, ad partes Apuliæ in obscuram syluam, per loca abscõdita & ignota, vno tantũ fratre comitatus, latitandi causa, fugere cogitur. Cùm autem nec in illis quidẽ partibus occultari posset, mare transire disposuit: sed cùm per 15 milliaria, prospero malè vẽto nauigasset, ad terrã iterùm appulsus, iuxta ciuitatem, cui nomẽ Vestia est, applicuit. Ibi verò, cũ circa maris litus, tranquillũ nauigandi tẽpus expectaret, ciuitatis illius gubernator, captũ eum detinuit, ac Pontificis iussu Romã destinauit. Quacunq; autem iter habebat, ingẽs populi multitudo, nõ secùs ac Põtifici ei occurrebat, tantoq́; honore excipiebat, vt nocte media, iter aggredi cogeretur, nè de die populi corona circũdatus, Põtifex ab omnibus acclamaretur. Nec deerant, qui viro sancto persuadere conarentur, vt denuò Pontificiã sibi dignitatẽ vẽdicaret, cui saluis legibus diuinis pariter & humanis, renũciare minimè potuisset. Ipse verò cõstantis animi, & semel atq; iterũ ac sæpiùs interpellat⁹, firmus in proposito perstitit: asserẽs si nõdum ea solutus esset, oẽm moturũ lapidẽ, quò eadẽ demũ solui posset. Postquàm igitur ex regno Sicilię in Campaniã delat⁹ fuit, Bonifacius, spreto Cardinaliũ cõsilio, q̃ rerũ tantũ, tãq́; pręclaris vbiq; miraculis coruscantem,

Capitur vir sanctus & Romã mittitur.

tem, ad solitudinis quietem remittẽdum esse pronunciabant, propriæ crudelitatis vsus consilio, in turri, ad Fumonis castrũ, fortissima eum reclusit: adhibitisque triginta & sex custodibus, omni humano solatio & colloquio destitutum, arctissimè seruari præcepit. Quanquàm autem tantæ essent loci illius angustiæ, vt duo illius fratres, qui propter rem diuinam ritè peragendam, ei concessi fuerant, eas nullo modo ferre valerent, indeque graui languore oppressi, egrederentur; vir sanctus tamẽ, non solùm patienter, sed etiam gaudenter, huius carceris ignominiam, multò magis, quàm antea Papalis aulæ gloriam sustinuit.

In castro Fumonis vir sanctus detinetur.

Postquàm autem fidelis athleta diu ac legitimè certasset, & annos quinque & sexaginta, inuicto animi robore, huius vitæ labores pertulisset, post decimum, in eo squallore mensem fortiter exactũ, sanctissimum Deo spiritum tradidit: cuius venerandum corpus, debito cum honore ac celebritate, à Bonifacio, in ędem S. Antonij de Ferentino translatum, ad maius altare sepultum est. Et quia vitæ eius sanctitatem eximiam, omnipotens Deus, vt in vita, ita etiam post mortem, multiplici miraculo comprobauit: anno restauratæ salutis 1313. ab eius autem transitu 11, Clemens eius nominis quintus, propter admirandam eorundem claritatem, quam oculis hauriebat, sanctorum Confessorum catalogo eum, magna cum celebritate annumerauit: eiusque annuã festiuitatis diem, 14 Kal. Iunij instituit, qua, post huius vitæ ærumnas, in Christi pace fœlicissimè quieuit.

Obitus viri sancti.

Sanctorum catalogo ascribitur.

VITA S. IVONIS PRESBYTERI ET Confessoris, omnium Iurisconsultorũ Patroni vnici, ideoq;

ideoq; tantò studiosius ab eis colendi. Relatus est in numerum Sanctorum à Clemente Papa Sexto, anno Domini 1347. hac ipsa die.

QVo tempore mundus insolitis quibusdã tenebris ac procellis agitabatur, & in magnũ salutis periculũ adductus, propter impuni- 19. Maij.
tam flagitiorũ omnium licentiam, periclitabatur: opportunè nouus quidã splendor diuinæ bonitatis Britannia minore exortus, horrendam caliginem dissipauit, & gratũ adeò pietatis ac religionis iu- ar attulit, vt hoc ipso tempore, quo rarius, tanto preciosius & admirabilius omnium in oculis sit; ideoq; ab omnibus Iurisconsultis (quorum est Pa- ronus) studiosè colendum, vt eodem pietatis offi- cio facili atque expedita via, eandẽ cælestis gloriæ coronam consequi mereantur. Fuit autem hic Iuo- nis sanè natalibus, patre Aheloro Cancieti mili- Parentes eius.
tis filio, matre verò Azona ortus. Et quidem ante- quam in lucẽ ederetur, in pago S. Martini, non lon- gè ab vrbe Trecorensi, multis & admirandis sanè, patri secundum quietem visionibus ostẽsum fuit, quatis inter mortales miraculis coruscaret: & suæ virtutis exemplo, vera solidaq; pietatis fundamẽta ... collapsa restauraret. Quod qua via modo- ... perfecerit, dignum est, vt attentissima mentis consideratione perpẽdamus. A primis ætatis annis ... supremum vsq; vitæ diem ità rationis habenas moderatus est, vt vix vnquã vel minimum quid in- ... geret, quòd eius animum, turbulento motu con- ... ret: vel ad huius mundi honores carnisque il- ... bras sectandas impelleret.

Vbi ad quartumdecimũ plus minùs ætatis per- ... annũ, Parisios profectus est, vt parentũ ami- Parisijs dat operam literis.
... vanis destitutus solatijs, liberiùs ac solu-

tiùs sese, quoad fieri posset, à flagitiosa corporis consuetudine abduceret: mentisq; aciem in cælestē splendorem intēderet. Postquàm autem animum, omnibus bonarū artium disciplinis egregiè imbuisset, Lutetia Aureliā se contulit; vt Iuris Pontificij & sacræ Theologiæ studijs sese traderet. Vbi sanè vino & lautioribus ferculis, vitæq; huius oblectamentis & delicijs, quantum potuit, sibi interdixit, corpusq; suum varijs modis macerauit. Considerabat enim omnem inprimis cupiditatis immanitatē coërcendam, totumq; animum à cōtagio corporis auocandum, illi qui cupit in veræ sapientiæ studiis proficere, & diuinas opes in sacris literis abditas intueri. Cùm autem in his studijs, iam diu, cum nō mediocri laude versatus esset, à quodā Rhedonensi Archidiacono accitus est, vt iudicis ecclesiastici officio, apud illū fungeretur. Ille verò memor illius Propheticæ sententię: Beati qui custodiunt iudicium, & faciūt iustitiam, in omni tempore, eam functionem gratis in se recepit: & quę facienda erant, benignè, amanter, & absq; dilatione exequi conatus est: nec tamen committere voluit, quin suæ Theologiæ prælectioni interesset quotidiè, & corpus suum multiplici abstinentia afficeret. Cùm autē fractis hoc modo rebellibus corporis motibus, summa cōtentione animi, puritatem conseruaret; tum verò illa sanctissima piacula reputabat, quæ diuini iuris & cultu & hominū charitate ac beneuolentia continentur. Itaq; benignè faciendi disciplinā colebat assiduè, iudiciorū æquitatē sanctissimè conseruabat, iniuria oppressos subleuabat, pupillis opē afferebat, viduarū causam suscipiebat, & vt summatim concludam, orphanos, afflictos, calamitosos homines incredibili humanitate & patro-

Aureliam abit.

Abstinet vino, &c.

Psalm. 105.

Iudicis officio fungitur.

Vide pręclarum & rarū Iuriscōsulti officium.

cinio

nio fouebat. Inter discordes pacem & amicitiam
nciliabat: & si quando sententia in iudicio pro-
renda esset, id nõ sine maximo lachrymarum im-
e faciebat. Deniq; vsq; adeò se totũ in hæc studia
ulerat, vt nocte dieque nihil aliud meditaretur
am vt iudicia, pecuniæ cupiditate corrupta, re-
meret: iudicesq; suo exẽplo informaret, vt pri-
rũ iudicũ seueritatẽ sanctitatemq; imitarentur.
Interim cũ hæc tam admirãda iustitiæ & sancti-
is eius opinio inclaresceret, fama ad Trecorẽsis
scopi aures perlata est, qui eũ donis & ingenti-
promissis ad se allexit: & iudicẽ diœcesis suæ
eralẽ cõstituit. Id officij vir sanctus nõ illibẽter
nisit, dona verò & promissa contẽpsit. Cùm aũt
munere strenuè & fideliter aliquãdiu versa-
esset, acriore diuinarũ rerũ amore inflãmatus,
officio abdicauit, atq; ad ecclesiã de Lohane-
ius erat moderator, se contulit, totumq; se di-
rebus mãcipauit: prorsus vt vestibus mollib⁹
licatis, quibus anteà pro statûs sui ratiõe vsus
, ilicò abiectis, pãno albo eoq; rudi & exigui
cõtentus, pauperum monachorũ instàr scul-
s vteretur. Carnem verò edomabat cilicio, q
o crassissimo tegebat, nè sub cuiusquã cõspe-
veniret. Porrò ieiunia omnia ab Ecclesia in-
& indicta ità obseruabat vt pane & aqua so-
mẽ sitimq; profligaret. In cibatu quotidiano
& pulmẽto vilissimo cõtentus erat. Sõni par-
s in nuda humo cubabat: neq; priùs somno
gebat, q̃ lectione vel itinere fatigatus, necessi-
opprimeretur. Ad hæc incredibili ardore in
bus & meditationib⁹ persistebat, adeò vt quo-
pore, septem dies cõtinuos omni cibo absti-
, cælestiq; cõsolatione refect⁹, nulla omninò

Abdicat se iudicis officio.

Admiranda vitę eius austeritas.

Septem dies perpetuò orat, nihil comedens.

perseuerantis inediæ incommodo senserit. Nullo non die sacrificium, nisi legitimè impeditus esset, offerebat: nocturnis verò diurnisq; precibus, attentissima cura semper intererat. Quodã die, offerente illo sacrificiũ, cùm ex more sacrã hostiã eleuaret, glob' igneus, magni splẽdoris, ipsam ambiebat, caliceq; eleuato ac rursùs deposito, repẽtè disparuit.

Porrò ex hoc tam incẽso in Deum amore, egregia nimirùm illa charitas in proximos redũdabat: quos (præcipuè pauperes & egenos) tanto amore complectebatur, vt quicquid poterat, totum id in eos conferret. Semper aliquos inopes, mensæ suæ volebat esse participes: & haud secùs eos quàm fratres suos fouebat. Hominem quendã inopem, cum vxore & liberis quatuor, nouem plus minus annos, domi suæ benignè aluit, cunctaque quæ ad victum cultumque pertinebant, liberaliter suppeditauit. Eiusmodi autẽ pietatis officijs, certas assignarat ædes, in quibus ijs semper vacare posset. Conuocabat enim calamitosos omnes, quibus se mirè comẽ & affabilem exhibebat, eorumq; pedes proprijs abluebat manibus, appositisq; dapibus eos recreabat. Et vt charitati, qua feruebat, abundè satisfaceret, ipse sibi vltrò res vitæ degẽdæ necessarias subtrahebat, & vt pauperibus benignè faceret, vestes & alimenta sua illis impertiebatur. Accidit quandoq; quod in summa frumẽti charitate, vnicus tantùm viro sancto panis esset, quẽ cùm pauperibus elargiri vellet, vicarius eius, ingẽti ex ea re molestia affectus, querulabatur. Tum vir Dei, dimidia parte vicario relicta, alterã pauperibus distribuit. Sed cũ iam tempus eos ad prandiũ inuitaret, vicarius dimidiũ illũ panem, quem diligenter absconderat, reperire non potuit. Ecce autem, diuino nutu, pia quædam matrona

Studia erga pauperes & peregrinos.

...na ilicò adest, & tres panes satis magnos, mensę ...ius infert: nec vltrà à quoquã videri potuit. Alio ...e cùm inopes plurimi, lachrymabili voce, stipẽ ...eo peterent, paucis panibus, diuino implorato ...ilio, omnibus satisfecit. Quod nequaquã viro ...cto insolitum fuit. Tanta namque fiducia, diui... ...bonitati & potẽtiæ innitebatur, vt quotiescun... ...proximi calamitas vrgeret, cũcta sine vlla du... ...tione exhauriret: & tamen nihil imminutum ...eret. A Egrotos, lãguidos, & malo dæmone ob... ...os, mira facilitate curabat: & omnes omnium ...minũ necessitates, ipse vel precibus vel præsenti ...tute subleuabat. Domum quandam flamma vo... ...vastabat: cumq; vicini & remediũ adferre fru... ...conarentur, vir Dei intellecto periculo, furen... ...flãmas precibus ilicò extinxit. Sed hæc omnia ...ma sunt, si cum ea virtute & benignitate cõfe... ...tur quã in pupillis & orphanis præstabat: quo... ...causa, diuersis in locis adibat iudicia, solaque ...ate & iustitia permotus, patronũ se illis, sanè ...uàm vigilãtem exhibebat: adeò vt tota illa in ...one, Aduocatus pauperũ meritò appellaretur. ...alebat autem dicendi facultate plurimùm: & ...in vna sua parœchia, Euangelij cura ei com... ...erat, tam luculentis verbis, de regno Dei dis... ...at, vt plurimos è cœno vitiorum extraheret, ...diaboli seruitute ad Christi obsequium tradu... ...Cùm aliquandò diuersa loca, seminandi eu... ...lij causa, peragraret, venit ad flumen quoddã, ...pontem inundantes aquæ planè operuerant. ...igitur Crucis signo, aquas diuisit, liberumq; ...& sibi & famulo à Deo impetrauit. Fuit etiam ...emplator egregius, adeoque frequenter ad cæ... ...toto animo suspẽsus, vt angelica visitatione

Panes diuinitus augentur.

Morbidos & dæmoniacos curas.

Incendium precibus extinguit.

Aduocatus pauperum.

Multos ad pietatem conuertit.

Crucis signo aquas diuidit.

refici & recreari meruerit. Sedenti quandoque ad mēsam, pauper vili indutus habitu & planè, vt videbatur, miserabilis, supplicē se illi præbuit: quem ilico comiter & multa cū humanitate vir sanctus excepit, suoq; lateri assidere fecit. Sed cū extremis vix labijs cibum degustasset, mox à mensa surgens: Dominus, inquit, vobiscum. & ecce, qui visus fuerat abiecto habitu & deformis, iam pulcherrimus multaque luce coruscans & candida amictus veste conspicitur: qui immenso splendore & iucunditate animum illius mentemque perfusam reliquit.

Angelus in pauperis forma ei apparet.

Tandem multis ieiunijs & laboribus exhaustus, cùm diuinitùs obitus sui tēpus edoctus esset, omni medicamine neglecto, humi se prostrauit, oculisq; in Crucis imaginem perpetuò defixis, multis cum lachrymis & suspirijs Deū precatus est, donec spiritum redderet. Corpus eius fuit in Trecorensi ecclesia humatum, vbi innumeris coruscans miraculis, animā in cælo perpetuò viuere testatur: quem Clemens eius nominis sextus, diligenti prius de virtutibus miraculisque eius facto examine, Sanctorum catalogo solenni ritu ascripsit: cuiusq; ploma his gestis per omnia astipulatur.

Sanctissimè obit.

VITA B. AVSTREGISILI ARCHIEPIscopi Bituricensis. ex ea quæ est apud Surium. Floruit temporibus Heraclij Imp. anno Domini 630. numeraturq; tricesimus eius Sedis Episcopus.

20. Maij.

BEatus Austregisilus apud vrbem Bituricensem patre Gundino natus, Guntranno regi à patro inprimis charus fuit. Postquā enim liberis mediocriter imbutus fuisset, parens enim regi se suam ei operā nauaret, tradidit. Itaq; cùm tempus non exiguū in regis aula exegisset, & parentes eum ad ma-

In aula Guntranni regis degit.

ad matrimonium ineundum, hortantes sæpiùs
hac de re molestiam inferrent, ille, quamuis tota
mente à carnali copula abhorreret, ne tamẽ graui-
orem aliquã eis mœstitiam inureret: recepit se eis
obtemperaturũ. Interim cùm animi anxiùs valdè
fluctuaret, cui viæ potissimùm insisteret, venit illi
hortè in mẽtem haud procul habitare viros tres, e-
iusdem nationis & pari facultate. Eorum itaq; no-
mina chartæ inscripta, altari imposuit, simulq; vo-
ta se obstrinxit, tres noctes in precibus ibidem exa-
turũ, ac deinde manu ad chartulas missa, q̃ primã
apprehendisset, eius viri filiã stabili sibi matrimonio
ducturã. Prima igitur nocte, nõ difficulter sine so-
mno peracta, altera adeò pręgrauari cœpit, vt eius
importunitate victus, flexo poplite succubuerit.
Hic aũt per visum duo decoro vultu senes ante al- Visio eius.
tare ei assistũt, aitq; alter ad alterũ: Cuius filiã hic
Austregisilus ducturus est vxorem? Respõdit alter:
Nunc ignoras, quia iã sibi despõsam habet iusti iu-
dicis filiã. Sub his verbis Austregisilus expergefa-
ctus cũ animo suo voluere cœpit, quænã illa esset
iusti iudicis filia. Cũq; certi nihil cõsequi posset, a-
nimi dubi⁹ ibat ad aulã regis, ꝑuenitq; ad diuerso-
rũ quoddã, vbi hospites inuenit senẽ pauperẽ cũ
vetula cõiuge. Ibi Vetula viso Austregisilo, somni-
um quod ea nocte habuerat, narrare cœpit. Videbar
sibi, dicebat, magni cuiusdã soni audire fragorẽ,
quasi festiuo cãtu nuptias Austregisili celebrari.
Tamq; mirificè exhilarata, cũ multa alacritate ad
ianuam sponsę tuæ vultum visura progrederer, tu
quidẽ veste ornatus nuptiali apparuisti, sed puellã
tuam te ducturũ audieram, nequaq̃ videre potui.
Ad codicem euangelij manibus te gestantem vidi:
Item oẽs dilectissimam tibi à Deo spõsam datam

esse asserebant. Hanc visionem Austregisilus, vt audiuit, omni humano coniugio posthabito, intellexit se ad sacram sacerdotij functionem, à Deo vocari, quarè enixiùs vigilijs precibusq; instare cœpit, summaque contentione anniti, vt vocationem suam, bonis operibus certam faceret.

Sed totius malitiæ architectus, liuidusq; humani generis hostis, diabolus, cùm videret eũ toto desiderio ad illam veram vereque beatam æternæ patriæ gloriã aspirare, fraudulentis machinationibus à sancto proposito eum retardare conatus est. Erat per id tempus in regia, Betellinus quidã, homo potens, qui magnam pecuniæ vim ex regio fisco, per fraudem auerterat. Cùm autẽ rex cum eo de furto expostularet, ille per calumniam in Austregisilum culpã conferre nitebatur. Illis igitur inter se disceptantibus, rex ira vehementer cõmotus, iussit eos duello inter se decertare, vt fallax diuino iudicio demõstraretur. Iam certaminis aderat dies, & Austregisilus manè surgens, præmissis per pueros suos, clypeo & iaculo in agrum, vbi rex confligentes spectare cõsueuerat, ipse ad ædem S. Marcelli, precandi causa se contulit, factaque oratione, conscientia innocẽtiæ suæ fretus, imperterritus ad certaminis locũ properabat: vbi cùm sustineret aduersarij aduentum, ecce quidam è Betellini ministris, nunciat regi anhelus & vultu lugubri mortuũ esse Betellinum. Diuina enim vltione eum persequente, ex equo quem alioquin mansuetissimum ascenderat, deiectus fuerat, eiusque calcibus, miser ad in modum protritus, infœlicem animã efflauerat.

Puellũ inter Austregisilũ & Betellinum.

Horrenda mors calumniatoris.

His igitur insidijs dæmonis fœliciter superatis, Austregisilus bonis operibus quotidiana adijciebat incrementa, totoq; nisu, ad sacros ordines aspirare

are cœpit. Acceptis igitur à rege literis, summa
cum ipsius voluntate, Antisiodorum abijt: & à B.
Lunario antistite decisa cæsarie, in clerum adopta-
tus est. Deindè ad AEthereum Lugdunensem epi-
scopum profectus est: à quo ingenti cum gaudio
suscepitus, presbyter & B. Niceti Abbas ordinatus
est. Cùm autem iam tempus à Deo præfinitum ve-
nisset, quo eum ad sublimiorem honoris gradum
vehere decreuerat, mortuo Bituricensi Episcopo
Apollinari, in eius locum, omnium vnanimi con-
sensu, suffectus est Austregisilus, quam functionem
annis duodecim, præclarè administrauit, quemad-
modum ab angelo ei, antè prædictum fuerat. Porrò
quantis eam sedem virtutibus ac miraculis ador-
nauerit, explicatu est difficile. Toto illo tempore,
quo dignitatem illam administrauit, nullus qua-
uis calamitate vel morbo oppressus, virtutis illius
expers fuit. Cęci, claudi, membris omnibus contra-
cti, & à dæmonio vexati, ad eum ferebantur, quib.
vel precibus, vel oleo benedicto, vel crucis denique
signo salutem conferebat. Friouala puella, paren-
tibus charissima, apud Brioderum, sæuo adeò dæ-
mone cruciabatur, vt cuncti tantillam ætatem, in
tanta acerbitate, durare posse mirarentur. Addu-
citur tandem ad virum Dei. Ille sentiens hostis ver-
sa vexatione puellam exagitari, iussit eam altari
propiùs admoueri. Tum corpus Domini priùs ab
se confectum sumptumque etiam puellæ tradidit,
simulque inconditos eius clamores compescuit.
Deindè vestes eius benedixit, & religioso indutam
habitu à vino carnibusq; abstinere præcepit. Quo
facto, profligato dæmone, puella pristinæ incolu-
mitati restituta est.

S. Austregisilus fit presbyter.

Nota vt tractet dæmoniacam puellam.

His alijsq; innumeris, quæ singulatim prosequi

Migrat è corpore.

nimis prolixum foret, miraculis clarus, vir sanctus, è corporis ergastulo, ad cęlos migrauit: in cuius exequijs noua itidem increbrescere cœperunt miracula. Cùm autem adhuc in humanis ageret, peruigili admodum cura, commissam sibi ecclesiam, à luporũ faucibus seruare studebat. Cùm enim ex aula Theodorici regis, Guarnerius homo sæuissimus, auaritiæ & turpi lucro addictus, ad Bituricẽsem vrbem, pecuniam à ciuib. exacturus, venisset, Austregisilus, vt populum suum, ab iniqua exactione liberaret, intrepidè se furibundo Guarnerio obiecit, & asperis, sanè, verbis increpitum, repulit. Ea iniuria, vt ille putabat, grauiter commotus, ad regem abijt, eiq; illatam sibi iniuriam grauiter cõquestus est. Deindè nouo armatus furore, vt, simul cum exactione, vindictam repeteret, ad vrbem redijt, sed vir sanctus in pace obdormiuerat. Sulpitius verò, qui ei in illa dignitate successerat, ingenti formidine oppressus, neque viam neque modum inueniebat, quo imminentem cladem, à suis suorumque ceruicibus propulsaret. Ingressus itaque in vrbẽ Guarnerius, spretis Sulpitij precibus, qui eum ad lenitatem misericordiamque inflectere nitebatur, ingentem pecuniæ vim, à ciuibus extortis, rebusque iam, pro voto expeditis Austregisili, quàm preces oblaturus, ecclesiã adit. Vt viditque monumentum viri sancti, à fidelibus Christianis, auro argentoq; mirificè ornatum, dixit, sanè, arroganter; aurum argentumque illud in pauperes erogari debuisse, & nequaquàm sepulchrum exornari. Cumq; his dictis, à sepulchro discedens, in ipsa basilica inambularet, lignum quoddam ex alto ruens, graue capiti illius vulnus inflixit. Quo vulnere accepto, voce, qua potuit, exclamauit; Austregisilus

Non patitur plebẽ suam insolita exactione premi.

Sulpitius eius successor.

Exactor improbus diuinitus punitur.

gistlus dum viueret, hostili semper in me animo
fuit, & nunc mortuus, pœnè me interficit. Hinc a-
criore feruens malitia, Augustodunum ire instituit
ut eius loci episcopum perderet: sed in ipso itine-
re, cùm à mensa, ad exonerandum ventrem, surge-
re cogeretur, infœlicem animam, cum intestinis
& visceribus, in cloacam dimisit. Cuius repentino
interitu, regij ministri deinceps compressi fuerunt,
ne ab vrbe Bituricensi eiusmodi pecunias extor-
querent.

Posteà, cùm Pipinus Francorum princeps, ad-
versus Eudonem, Aquitaniæ principem, pugnatu-
rus, ad Bituricēse oppidum venisset, Barbari, in vil-
la, quæ Carobeias dicitur, domum S. Austregisili,
flammare voluerunt, nihil fracti admonitionib.
vicinorum, qui illis dicebant, multa diuinitùs illic
fieri miracula. Sed simulatque flammas domui in-
tulerunt, arrepti à dæmonibus, partim se in ipsas
flammas præcipites dederunt, partim dentibus se
laniarunt, partim membra sibi corporis truncarūt.
Qui Pipinus id cognouit, exercitu eius, ea re, valdè
exterrito, edicto cauit, ne quisquam res aut villas
S. Austregisili attingeret. Non multò pòst, Eudo
eadem vrbem obsidens, Agnum virum primari-
um in monasterio S. Austregisili manere iussit. Ille
verò auaritia cæcus res monasterij omnes comiti-
bus suis distribuit: sed paulò pòst, in mensa, repen-
tina morte, pœnas tanto scelere dignas luit.

Expilcatores rerum ecclesiasticarum diuinitus punitur.

---

*VITA BERNARDINI SENENSIS, PRO-
fessoni Franciscane. ex ea, quæ est integra fide, apud
Lectorum Obijt in ciuitate Aquilæ XX Maij anno Do-
mini 1443. Sedenti Eugenio 4. Relatus est in nume-
rum Sanctorum à Nicolao Papa V. anno 1451.*

In

20. Maij.

Parentes eius.

IN Senensi vrbe, ex nobili familia Albizeschorum, Bernardinus, patre Tollo, matre verò Nera ortus, ab ipsa infantia præclarum sanè virtutis de se specimen semper præbuit. Et quidem à teneris benignè faciendi disciplinam adeò studiosè sanctèque coluit, vt sibi alimenta subtraheret potiùs quam inopem à se non refectum dimitteret. Se-

Adhibetur literis.

nis, literarum studijs adhibitus, in scholis trivialibus, Onuphrio vsus est præceptore miraq; discendi celeritate coætaneos suos superauit omnes; eisque, à sacris concionibus, quibus singulari attentione semper intererat, quæ memoria retinere poterat, puerili quidem simplicitate, sed magna tamè dexteritate, referebat: omnesque & singulos, ad virtutis & pietatis studium, acriter sectandum hortabatur. Fuit autem vsque adeò quoddam honestatis & integritatis exemplar omnibus, vt si forte adolescentes, de rebus parùm honestis, inter se verba miscerent, eo adueniente, protinùs conticescerent. Postquàm adoleuit, relictis studijs philosophicis, in quibus præ cæteris excellebat, animum ad sacros canones & sacrarum literarum studia appulit, in quibus, triennio, magno cum fructu exacto, adeò earum amore captus est, vt reliqua omnia præ eo contempserit.

Deliberat de aliquo vitæ genere eligendo.

Vbi decimum & septimum ætatis annum attigit, sedulo, de aliquo vitæ genere deligendo, consilium cum Tobia consobriua sua, insigni pietate ac sanctitate fœmina, inijt. Tandem, post multas preces & lachrymas, post plurima benignitatis opera, miseris præstita, post varias corporis afflictiones & ieiunia, in spectatam religionis sodalitatem, quam vulgò confraternitatem disciplinatorum B. Mariæ Virginis vocant, concessit. Fuit enim locus ille,

ille, qui in domo hospitali de la Scala est, multo tempore veræ pietatis & religionis exemplar & speculum: ex quo omnes ferè Italiæ laicorum piæ exercitationes vel deuotionis studia manârunr. Itaque Bernardinus fratrum omnium consensu admissus, preces, corporis afflictiones, aliaque tum iucunda tum aspera exercitia, noctu diuq; illic vsitata, præ cæteris, ipse copiosiùs sectatus est.

Domus hospitalitatis de la Scala, in Italia.

Seuiente peste illa terribili & generali, anno 1046. innumeri peregrini Romam euntes atq; indè redeuntes, ad celeberrimam illam, toto orbe Christiano, domum hospitalem beatissimæ Mariæ Virginis, quæ Senis est, confluxêre: augebaturq; valdè numerus ægrotorum, è quibus, quotidiè, interdum et pestilenti contagione laniati, vitam cum morte miserè, profectò, permutabant. Ad eam calamitatem cedebat hoc mali, quòd fratres duo & viginti, fœminæ octodecim sacerdotes nouem, clerici quinque, pharmocopolæ sex, pueri triginta sex, famuli sexaginta, cuncti ægrorum ministerijs deputati, eadem calamitate absumpti fuerant: neq; vlli ferè superarant, qui ignem pestiferum omnia vastantem repellerent, vel miseros, eo iam infectos, subleuarent. Ibi tum Bernardinus vltrò sibi eam de omnibus benè merendi occasionem deposcit: & quia se unum ad tantam morbidorum multitudinem recreandam sufficere non videbat religiosos duodecim, pietate & charitate præcipuos, ad se vocat: hortaturque, vt vnà secum Christi pauperes curarent: & vitam suam pro illius amore, qui suam, infinitis supplicijs, pro nobis obtulerat, libenter in quoduis magnum discrimen inferrent. His Bernardini monitis & exemplo allecti adolescentes, iuuenilis animis & magno feruore, curam ægrotorum

Pestis Sæua anno 1040.

Egregia Bernardini charitas, erga peste laborantes.

cum

cũm ipso suscipiunt. Ipse verò, diu noctuque, ægrotantibus astabat, pharmaca parabat, cibos, pro singulorum qualitate, porrigebat, sordes omnes ipse, ante omnes, sua voluntate, amouendas suscipiebat: non labore, non vigilijs, non intolerandis fœtoribus non incommodis vllis frangebatur: sed ea semper alacritate illis seruiebat, ac si vel parentes vel fratres vel filios, sanè, proprios tractasset.

Cum autem iam mensibus quatuor & eo amplius in ea domo sedulò ministrasset, peste sopita, domum se recepit. Eccè autem, quemadmodum ipse Christum Dominum, in pauperibus eius, morbo laborantibus, visitârat, ita Christus bonus Dominus rursus illum visitat. Nam, hospitali egressus, paulò pòst, acerrima febri exerceri cœpit. Ea verò vt, post menses quatuor liberatus fuit, ad pristinum pietatis & humanitatis studium ilicò se recepit: atque interim tota mente, ad sanctiorem viuendi rationem aspirans, diurnis nocturnisque assiduò, precibus insistebat, vt in optimam cælestis vitæ viam, à Deo duceretur. Cumque, sollicita mente, secum pertractaret, cui vitæ generi sese potissimùm addiceret, cæleste numen, in visione, illi adfuit, signisq; minimè dubijs, ad B. Francisci instituum pertraxit. Vt igitur vota sua in rem conferret, contulit omnia sua consilia cogitationesq; cum Iohanne Tristorio, Franciscano Senensi, vitæ integritate & prudentiæ opinione præstantissimo: cuius consilio fretus, cunctas possessione, & quidquid habebat pecuniæ, in gratiam Christi Domini, pauperibus distribuit, & collocandis matrimonio puellis benignè impartijt: vt nudus nudum Christum expeditiùs sequeretur: præfixoq; die, qui fuit natalis

Corripitur febri.

Diuinitus ad S. Francisci institutum vocatur

is beatissimæ Virginis Matris, in cœnobio Franci-
scanorum Senensium, Christianæ militiæ nomen,
ex animo, dedit, anno salutis 1401. Erat tunc annos
natus duos supra viginti, quo tempore adeo rigi-
dus corporis sui domitor erat, vt hominibus terre-
ræ sapientię nimiùm deditis, non tam Deo seruire,
quam delirare videretur.

Feruor spiritus eius.

Intereà hostis malignus tantam tamque eximi-
am in iuuenili animo pietatē non ferens, callidè ei
insidias struere, modisque omnibus vt eum in frau-
dem pelleret, conari cœpit. Erat Senis matrona
quædam, cum suo marito, fratribus D. Francisci
mirè addicta, quam diabolus, sub magno pietatis
prætextu, tandem cupiditate impuri amoris, erga
Bernardinum inflammauit: adeoq; ea libidinis
que depastata est, vt diutius se eius amplexibus ca-
rere, sine vitæ periculo, non posse existimaret. Ita-
que quo tempore vir sanctus passem ostiatim, de
more, mendicabat, illa venientem procul Bernar-
dinum conspicata, benignis ad se verbis inuitauit:
largiorem aliquam eleemosynam acciperet. Ille
vero nihil insidiarum suspicatus, pedem in do-
mum intulit: quo ingresso, mox detestabilis muli-
er turpem ei amorem suum explicauit, apertè
assueuerans, ni consentiret, se vociferatu-
rum, vim sibi ab ipso intentari. Tum Bernar-
dinus in hasce se angustias coniectum cernens,
ductus ad orationum præsidia, vt solebat in quo-
vis periculo, confugit. Cuius menti diuinum
numen mox præsens suggessit consilium: vt dice-
ret mulieri, si cupitis vellet frui amplexibus, se
tantam illicò vestibus nudaret. Quod cum illa face-
ret, vir sanctus flagellum, quod clam secum defer-
re solebat, corripuit, eamque egregiè cecidit,

Mulier libidinosa eum ad carnis voluptatē sollicitat.

En vt mūlierem nefariā acceperit.

donec

donec omnis illa tentatio euanesceret.

Fit sacerdos

Post hæc sacerdotio Bernardinus initiatus est, & concionandi munus ei demandatum est: in quibus sanè admodum se mirabilem exhibuit: adeò vt minister Ordinis, perspecta eius virtute & sermonis efficacia, terræ sanctæ Ministrum eum instituerit: quò non modo apud Christi fideles, sed etiam à Christiana religione alienos fructum facere posset. Deindè Italiæ fratribus Cisinontanis præfectus est: in quo officio, ita sua vsus est potestate, ad gloriam Dei, vt trecenta ampliùs monasteria reformârit. Itaque Romanus Pontifex eius, animi prudentiam singularem cum tanta pietate cõiunctam non ignorans, præcipuum quoddam legationis munus ei commisit: quo ità perfunctus est, vt celeberrimè passim eius fama diffusa sit. Erant igniti eius sermones, & vita virtutibus illustris; in cuius argumentum, solem manu gestans pingi solet, quanquàm eius symboli alia etiam ratio est. Cùm etiam in ampla quadam ciuitate, de rebus diuinis concionem, ad populum, haberet, homines adeò illius sermonibus permoti sunt, vt tesseras, tabulasque lusorias, quarum magnus erat ibidem abusus, flammis absumerent. Qua re indignatus faber, qui ex ijs haud mediocre sibi lucrum acquirebat, auberatum virum accessit, eique conquestus est, se iam ad inopiam esse redactum. Sciscitante Bernardino, num aliud calleret artificium, illoque negante, Bernardinus circino circulum expressit, in eoque Solem depinxit, & in medio solis, sacrosanctum nomen Iesu, cuius, ità vt par erat, Præcipuus fuit venerator & cultor: imò, vt quidam affirmant, Romæ, tam luculenter sublimiterque, de illo dulcissimo nomine concionatus est, vt quidam, etiam verba

Minister terræ sanctæ.

Itẽ Legatus Pontificis.

Cur pingatur solem manu gestãs

rba non capientes, hæresim ei impingere volue-
nt: at postera die, illo concionante, vt superio-
concionis veritas, miraculo indicaretur, nomen
s v, in eiusmodi forma, qualem eum pinxisse di-
mus, miro splendore coruscans, supra illum ap-
uit. Hanc igitur effigiem iussit illum fabrum, de
ps, sua arte imitari: ex qua pauper ad diuitias
d mediocres peruenit.

Porrò, in concionibus, acriter vitia perstringe-
, quæ res Principis Mediolanensis animum in i-
m concitauit: prorsus, vt se mala morte ipsum
ffaturum minaretur, nisi eam concionandi ra-
em ilicò mutaret. At vir sanctus, tãtùm abfuit,
lius minis cederet, vt etiam infracto animo, ip-
Ducem, in magna populi frequentia horrendo
orum tonitruo, ita perfregerit: vt, ne minima
em molestia eum afficere ausus fuerit. Sed is,
lum insigni aliqua ignominia afficeret atque
itiæ & turpis lucri crimine notaret misit illi,
quendam vinum primarium, poculum aureis
mis refertum. Illo autem recusante, iterum
e iterum ad illum remisit, multisque sermoni-
animum eius pertentauit. Tum Bernardinus
m nobilem qui munus offerebat, se sequi iussit,
hominem ad carcerem, in quo ingens vin-
m multitudo, ære alieno obstricta, tenebatur:
illa pecunia, duobus tantùm exceptis, è
lis liberauit. Duobus verò promisit, si alia re-
tionis occasio se non offerret, se in illorum
m successurum. Quo charitatis humanita-
e officio cognito, ciues eos è vinculis dimi-
.

m autem fama sanctitatis eius longè lateque
aret, à tribus ciuitatibus, Senense, Ferrari-

Offendunt eius conciones Mediolanensem principem.

Multos ècarcere liberat.

ense, & Vrbinate, Episcopus electus est; sed ille, vt posset vberiora animarum lucra, concionando, facere, eos honores recusauit. Pontifex autem Eugenius, tantò magis eo honore illum dignum existimans, suis ipse manibus mitram capiti eius imposuit: quam ille, magna cum animi submissione deponens, Pontifici gratias egit: orans atq; obsecrans, ne vellet ijs compedibus, à salute proximi procuranda, eum vincire. Romam, quandoq; ad concionem iturus, in ipso itinere, claudum, miserabili voce, opem eius implorantem vidit. Cui Bernardinus: credis, inquit, in Christi nomine, me tibi sanitatem reddere posse. Illo respondente: credo vtique, posse me, à Deo, eam, per preces tuas, adipisci. Tum vir sanctus porrecta manu, è terra eum subleuauit: prorsusq; incolumen à se dimisit.

Recusat episcopatum.

Claudum sanat.

Post hæc aliaq; miraculorum signa in Apuliam iturus, in ipso itinere, morbo prægrauatus, aequlam declinauit, vbi, in quodam sui Ordinis coenobio, lætus, ex mortali corpore, ad cælos migrauit, ætatis suæ anno 63. Corpus eius, cùm ad monasterium, extra vrbem illam situm, deferretur, surdus quidam virtute aquæ illius qua ablutum fuerat, auditum recepit. Quo audito miraculo, mox in vrbem relatum est, in Franciscanorum coenobium, vbi præter alia admirandæ virtutis miracula, iuuenis quidam vita functus, excitatus est.

Obitus eius.

DE HOSPITIO RECLVSO EX GREgorio Turonense. Hist. Francorum. lib 6. cap. 6.

21. Maij.

Vide raram abstinentiã.

APud vrbem Niciensem, Hospitius, magnæ abstinentiæ vir, ferreis cathenis, ad corpus constrictus, indutusq; desuper cilicio, sicca pane, cum paucis dactylis, vitam sustentabat. die-

diebus autem Quadragesimæ, solis herbarum radicibus, quibus Eremitæ in AEgypto vtuntur, alebatur. Magnas autem per eum virtutes Dominus dignatus est operari. Nam quodam tempore, diuinitus edoctus, Longobardorum in Gallias aduentum cognouit: & ciuitates septem, propter impuritatem flagitiorum omnium licentiam, deuastãdas prædixit: monuitque cunctos, vt tempestiua fuga, tam calamitatem deuitarent. Quibusdam autem pietatis cultoribus, qui pia ab eo monita frequenter hauriebant, dicentibus, se nullo modo eum deserere velle, ait: Nolite pro me timere: futurum enim est, vt iniurias quidem mihi inferant, sed neque quã morte mulctare poterunt. Non multò post furibunda gens, eò veniens, cuncta depopulata est. Cumque ad locum, vbi sanctus reclusus erat, peruenisset, aditum, quo ad eum ingrederetur, inuenire non potuit. Tum verò, duo ex eis, tectum per vim deierunt, visoq; viro cãthenis cincto & aspero indumento cilicio, arbitrati sunt eum maleficum esse: vocatoq; interprete, scisciitati sunt ab eo, quid mali fecisset, vt tali supplicio arctaretur. At ille homicidam se esse, omnisq; criminis rerum fatetur. Tunc illi, euaginato gladio, capite eum trũcare voluit, sed ecce, dextera, in ipso ictu, suspensa diriguit: nec eam ad se reuocare potuit. Hæc videntes socij, clamore in cælum sublato, flagitarunt à sancto, quid eis oporteret. Ipse igitur imposito salutis signo, brachium sanitati restituit. Ille autem, eodem in signo, Christi se obsequio totum mancipauit, ac tonso capite, sub seueriore monasticæ vitæ disciplina, strenuè omnipotenti Deo militauit. Multi quoque à dęmonijs correpti exagitabãtur miserè, quibus sanctus, imposita manu, sanitatem restituebat.

Longobardorum in Gallias adventũ prædicit.

Signo Crucis sanat brachium.

Vide quæ faciat oleo benedicto & signo crucis

Post hęc quidam Andegauensis incola, nimia febre exhaustus, linguæ auriumque officium perderat, quem vir Dei vocatum ad se oleo sancto oriverticiq; eius infuso, protinus sanum & incolumen reddidit. Quo permotus miraculo quidam à natiuitate cæcus, duobus aut tribus mensibus, in monasterio orationi ac ieiunijs se totum tradidit: tandemq; à S. Hospitio vocatus, oleoq; benedicto inunctus, in Christi nomine lumen recepit. Dehinc mulier quædam tribus dæmonijs obsessa, ab eodem viro sancto, oleo sancto & crucis signo benedicta, à sæuis hospitibus liberata est. Sed & aliam puellam, immundo vexatam spiritu, benedictione sanauit.

Vide rigiditatem vitæ.

Cùm autem iam dies obitus eius appropinquaret, vocauit ad se ciuitatis Nicienſis antistité, vt ei post mortem sepelire dignaretur. Instante igitur mortis hora, cathesias, quib. vinctus erat, deposuit, & corpusculum, quod, scatentibus vndique vermibus, intolerabili cruciatu afficiebatur, humi prostrauit: deindè, tota mente precibus intentus, vim lachrymarum profudit: eleuatisq; ad cælum manibus, gratias Deo agens, spiritum tradidit.

Obitus eius.

VITA BREVIS S. MARTIANI RAVENNATIS Archiepiscopi. Vt habetur libro primo historiarum Hieronymi Rubei, de gestis Rauennatum.

22. Maij.

SApollinaris, Rauennatum Apostolus, diuinitus factus certior, fore, vt breui Rauenna exularet, ac subita opprimeretur calamitate, capite; oppugnaretur: ne Rauennatem ecclesiam, absq; pastore relinqueret, duodecimo postquàm accesserat anno, sacerdotes binos instituit, Aderitum & Calocerum,

cerum, Diacones verò Martianum virum nobilissimum & Eleochadium, summum philosophum. Cęso igitur Apollinare, post Eleochadium, in Rauennati Archiepiscopatu, Martianus, à Deo demissa columba electus, sufficitur: natus sublimi loco vir, tam piè, iustè, ac temperanter vitam degebat & tanto concitus ardore animi, Christum prædicabat, vt in animis Rauennatum, ardente excitaret omnium virtutum amorem: multiq;, nullis rerum aduersarum ictibus frangi, neq; oppugnationibus nefariorum, de gradu pietatis deijci potuerint: sed calamitates omnes, tandemq; necem pro Christo libenter pertulerint. Plurimos sacris initiauit: cumq; rerum admirabilium gloria clarissimus esset, cælestem in patriam abijt, vndecimo Kal. Iunij: atq;, vti ex vetustissimis scriptis collegimus, in D. Eleochadij, sepulturæ traditus est, Anno Domini septimo & vigesimo supra centesimum dùm Aelius Hadrianus imperaret.

Martianus diuinitus designatur Episcopus.

MARTYRIVM SS. DONATIANI ET Rogatiani, ex eo quod, optima fide, apud Surium extat, cui vetustissima adstipulantur Martyrologia.

CVM Diocletianus & Maximianus Romani Imperij sceptra tenerent, suisq; præceptis & edictis crudelibus, Christianum nomen, obliuione sempiterna, cõtererentur, erat in vrbe Nannetica, iuuenis quidã, Donatianus nomine generis clarus, sed fide multo clarior; qui in ipso iuuẽtatis suę feruore, maturioris animi freno, turbulentos adolescentię motus temperabat: & ne, inter spiralis nequitiæ procellas, lapsum incurreret, in timore Domini, prosperè, vitę cursum dirigebat. Qui

24. Maij.

Donatianus egregius iuuenis.

mox, vt despectis idolis, lustralibus aquis expiatus, Christo nomen dedit, sine metu aliquo, triumphũ Christi, oris sui buccina, miles fortissimus, in populo decantauit, & instar optimi agricolæ, frugesbeatæ fidei in gentilium pectora seminauit. Qua sancti viri opinione florente, germanus eius Rogatianus, adhuc in cultu idolatriæ consistens, blando suauissimi oris eius odore impletus, ad fratrem, ætate licet minorem, seniorem tamen credulitatis ordine, festinus accurrit, deprecans vt, antè quàm persecutionis colluctatio appropinquaret, Christiani baptismatis munere dotaretur: nè tam fœlix certamen adhuc paganum vel catechumenum inueniret, vt à fratre nihil minus in pugna, nihil minùs obtineret in palma. Et ne sacro fonte continuò abiueretur, audita persecutione fugitiua sacerdotis fecit absentia; sed fusus martyrij cruor, fontis inopiam suppleuit.

Rogatianus à fratre iuniore ad Christum adducitur.

Interea Nannetensem ciuitatem, fauente gentilium turba, persecutor, cum instrumento iniquitatis, ingrediens, ab vno è circumstãtibus ciuibus, ad Donatianum & Rogatianum fratres comprehendendos, acerrimis verborum stimulis incitatus est. Tunc præses dolore commotus, Donatianum suis fecit aspectibus præsentari, ac talibus eum verbis compellauit: Audiuimus, Donatiane, te Iouem & Appollinem Deos nostris conuicijs proscindere, ac prædicatione inani, ad crucifixi religionem compellere. Aut igitur prædicationi superfluæ finem impone, aut si id recusas, pœnis nostris & cruciatibus subiaceto. Cui Donatianus respondit: Minas, quas mihi prætendis, despicio, frustraque ab eius me cultu reuocare contendis, cui creata omnia promptè deseruiunt. Hinc Præses fu-

Donatianus sistitur corã præside.

rore

pore succensus, iubet sanctum compedibus vin- Truditur in carcerem.
ctum, in custodiam retrudi, vt tormentorum vio-
lenta feralitas, non perferentis fidem frangeret
aut saltē ne alij in Christum crederent, impediret.
Tunc eius germano in conspectu populi consti-
tuto, cœpit Præses, sub blandimenti dulcedine,
persuasionis iniquæ venena miscere, vt qui iussio- Rogatiano blanditur præses.
ni non cederet, oblectationis arte colla laxaret.
Quem molliter appetens, in hæc verba prorupit:
Audio, Rogatione à deorum cultu te velle incon-
sultè recedere. Sed caue, nè vnius Dei confessione,
plures Deos in tuam perniciem ire compellas. Sed
quia adhuc nescio quo baptismate non teneris in-
fectus, si voluntas obstinata te non decipit, deorum
indulgentia concessa, recipies, vt in Imperatorum
palatio & aula deorum, possis, cum viræ fruitione
sortiri dignitatis augmentum. Rogatianus respon-
dit: optimè promittis peruersa, cùm sis ipse perner-
sus, qui primùm polliceris Imperatorum gratiam,
post deorum. Sed qua ratione, in arce diuinitatis
colendi sunt, qui ipsis hominib. videntur esse poste-
riores ordine, licèt inter vos habeatis participatio-
nem miseriæ: cùm illi sint de metallo, vos ad melio-
ris habitus surdi: illi spiritu careant, vos sensu. Si-
quidem qui in saxis religionem suam constituit,
non aliud fit ipse, quàm quod colit. Tunc Iudex,
ministris imperans, dixit: Et hic insensatus, cum Rogatianus ducitur in custodiam.
doctore insipientiæ, in carcerem detrudatur, vt se-
quenti die, dijs ac principibus illata iniuria, vltore
Iudio, censura publica vindicetur. Sic tenebrarum
in lecto, duo fidei luminaria reconduntur: sed
illis carcer illustrabatur ex gloria, quàm marty-
res grauarentur ex pœna. Beatus autem Roga-
tianus, sine baptismatis gratia, se præuentum

esse contristabatur: sed hoc sibi, ex fide, credidit esse pro lauacro, si fratris sui Christiani osculum mereretur. Quo comperto B. Donatianus, pro germano fudit ad Dominum preces, vt promptã eius voluntatem, fidemq; puram aspiceret; & sanguinis effusionem, pro baptismatis sacramento acciperet.

Itaq; vigilijs noctis in oratione transcursis, simul lumine cum die relato, & carnificis vulnera, & Domini sui præmia alacres expectabant. Sequente vero die, Præses, pro tribunali sedens, confessores Christi, in conspectu populi, præcepit assisti. Educitur intereà de carcere lugubri, gaudium cæli, de sterili sede, fructus Ecclesiæ, de spinarum germine, flos coronæ. Constricti vinculis, liberi erant votis, quos in Christo ipsa tormenta reddiderant fortiores. Quibus coràm positis, affatus eos est Iudex: Cum indignatione, inquit, ordior, ne dum vos moliter alloquor, seueritatis publicæ vis frãgatur: qui deòrum religionem aut non colitis, ignorando, aut (quod est grauiùs) nõ nesciendo, calcatis. Tunc martyres responderunt: scientia tua, quæ deterior est totius ignorantiæ stultitia, similis sit dijs vestris, quos in metallis sensu carentibus adoratis. Nos verò pro Christi nomine, quidquid terroris inueneris, excipere parati sumus: quia non hic vita nostra dispendium patitur, si illi reddatur, à quo sumpsit exordiũ, & in futuro multiplicatę luçis fęnore maneretur. Tunc dolore præses impulsus, iussit eos in equulei catasta suspendi: vt, si animos eorum non mutaret, tamen membrorum lineamenta solueretur in pœna: credens furori suo se consulturum, si carnifex, licèt ad animam non perueniret, vel per tormenta corpus mactaret: ad hæc ministra imperans, vt post irrogata supplicia, à spiculatore

Iudex terret martyres sed frustrà.

tore eorum capita truncarentur. Tunc lictoris insania, vt de crudelitate iudici complaceret, vel magis vt crescerent ornamẽta martyrij, lancea militari perfossas ceruices beatissimorum, gladio vibrante præcidit. Sic ad Christi gloriam venientes, dum B. Donatianus lucratur germanum, & meruit germanus martyrium; iste fit illi causa salutis, ille fit isti palma mercedis, & multiplicis gratiæ pignore redundante, consummatione fœlici, spe remunerationis suffulti, ad æterna præmia meruerũt accedere, per vulnera laureati: Pręstante Domino nostro Iesu Christo, qui viuit & regnat in secula seculorum. Amen.

Cædũtur capite martyres.

VITA S. ZENOBII EPISCOPI FLOrentini. ex ea quæ est per Ioannem Archipresbyterũ Aretinum. Ex vita constat quo tempore floruerit.

Maij 25.

Parentes eius.

ZEnobius, Luciano patre, claro inter Florẽtinos ciue, & Sophia insigni fœmina matre natus, anno restauratę salutis trecentesimo tricesimo quinto, Põtificatûs Syluestri anno XVII, & Imperij Constantini 22, à teneris pueritiæ suæ annis, insignem iustitiæ & pietatis de se splẽdorem præbuit. Nam vt literarum studijs adhibitus, liberales disciplinas mira ingenij dexteritate cõplexus est, insita naturæ præstantia & ingenita vultûs hilaritate atque oculorũ gratia, omnes homines mirum in modum sui amore ac studio capiebat: eosque ad ardentissimum pietatis studium excitabat. Cumque obiecta vitiorum blãdimenta, vnicumque mundanę cupiditatis fomitẽ virili animo in se extinxisset, anno ætatis suæ octauodecimo catechumenus, beato Theodoro Florentino Episcopo traditus est: quo tempore poëticis Genti-

Egregia pueri indoles.

Fit catechumenus.

libusque studijs relictis, quibus in teneris annis ad eruditionem ludere cōsueuerat, animum ad res diuinas seriò contemplandas appulit. Porrò cùm vigesimum ætatis suæ annū ageret, parentes eius eximia pulchritudine & prudentia, virginē & natalibus clarā, magna cum dote tradere ei decreuerunt. Qua re comperta, Zenobius protinùs in Theodori Florentini antistitis sinum gremiumq; confugit: eique seruandæ virginitatis propositum & Deo sanctissimè famulādi exponit, orans atq; obsecrans, vt regenerationis lauacrū sine mora ei impertiretur. Cuius tam pium, tamq; sanctum desiderium nequaquam remoratus Theodorus, omni Clero Florētino protinùs conuocato, Zenobiū proprijs manibus honorificè ac celebriter lustralibus aquis tinxit. Id verò ad parētum eius aures, vt famę celeritate perlatum est, illi euestigio famulorum cuneis stipati, Zenobiū quæsituri, Theodorum Episcopū adeunt: inq; eum, ira & furore perciti, summis conuicijs & contumelijs exarserunt. At Zenobius parentum furorem lenire cupiens, impetrata antistitis benedictione, pios in cælū oculos sustulit: tantaq; exemplò, pia eloquij vbertate, parentum animos permulsit, vt impio furore deposito, mox in nuda humo ad pedes Episcopi prostrati, baptismi lauacrum, quod in filio culpauerāt, non sine lachrymis potuerint. Quo obtento, summa cum lætitia domū regressi sunt. Zenobiū verò sanctus Antistes, à suo latere auelli deindè non est passus, sed mox Clericum eum, deindè cathedralis ecclesiæ Canonicum, postremò subdiaconem ordinauit. Cuius vita cum & religione in Deū & charitate in homines indies excresceret, semperq; seipsa fieret auctior, Archidiacono Florētino per id temporis vita functo, Zenobius

Zenobius baptizatur.

Item parentes ipsius.

Fit Archidiaconus.

nobius vicem illius sortitus est, anno ętatis suæ tri-
tesimo secundo. Quo tempore cùm omnes pœnè
ecclesię, toto orbe, sub nomine pacis, Constantij re-
gis Arrianorũ consortio polluerentur, vir Dei Ze-
nobius, strenuus & indefessus Catholicæ fidei pro-
pugnator, quotidianis aduersus hæreticos Arria-
nos vel prædicationibus vel disputationibus acri-
ter insistebat. Neq; verò minùs opere, quàm verbo
orthodoxum populũ instruebat. Nam sibi exiguo
modũ victu & tenui reseruato, quicquid ex re-
ditibus superesset, in vsus pauperũ dispartiebatur.
Verùm anno à ꝓmotione ipsius elapso, Constãtius
Arrianus Imperator moritur, & ad imperiũ Iulia-
nus execrabilis tyrãnus sublimatur. Qui cũ occul-
tæ impietatis fraude multos in sempiternã perditi-
onẽ ꝑtraheret, Zenobius illius perfidię impietatẽ,
ingentẽq; nequitiã & publicis & priuatis sermoni-
bus increpare nõ destitit: adeò vt cõmissas suę fidei
oues, nõ modo cõseruaret, sed ex paganis & hęreti-
cis plures quotidiè ad Christi Ecclesiã aggregaret.

Intereà mortuo iam tyranno, vir sanctus Am-
brosius ad episcopatũ Mediolanensem assumptus,
fama & crebro rumore Zenobianę sanctitatis exci-
tatus, in Florentinam vrbem Zenobij visendi studio
ardebat: cui vera & singulari amicitia & Christi
Domino deuinctus est. Indè cùm recto itinere ad
Damasum, maximum Christianorum Pontificem
Ambrosius proficisceretur, sibi & vniuersæ eccle-
siæ gratulans, quod Christiana religio tali viro,
qualis Zenobius erat, esset ornata, mores illius &
instituta vitamque omnem ei enarrauit. Cumque
per dies coram Pontifice fama eius magis increscere-
tur, iussit Damasus ad se acciri virum. Qui sine
mora iussui obtemperans, cum Ambrosio concitè
ad eum

S. Ambrosius inuisit S. Zenobium.

S. Zenobius accitur à Damaso Põtifice.

ad eum properauit: à quo peramāter susceptus & benignè detētus fuit. Cumque plura multò indies, & maiora tum sanctitatis tum eruditionis in eo comperiret exempla, quam fama detulerat, non multò pòst renitentem ac diutiùs reluctātem, sanctæ Romanæ Ecclesiæ ac Sedis Apostolicæ diaconē prorsùs instituit, anno ætatis ipsius 38. & secundi anni Pontificatûs sui principio. Ea dignitas calcaria quædam ac stimuli augēdæ sanctitatis Zenobio fuêre. Cùm enim alios moribus & sanctimonia antè vicisset, seipsum in ea dignitate vicit. Quod etiam Dominus, manifestis miraculis per eum editis, ostendit. Nam die quadam ad ecclesiā S. Mariæ trans Tyberim, cum Damaso ibidem celebraturo contendens, à filio præfecti, qui fortè paralyticus lecto iacebat, protinùs accersitur. A quo precum importunitate lacessitus ac multis lachrymis exoratus, in orationem se pro eo dedit. Qua expleta, manu ægrotum cepit, signoque Crucis edito, super ægroti corpore, sanum hilaremque leuauit.

Crucis signo sanat paralyticū.

Alio quoque tempore, cùm in Oriētis partibus, pestilens hæresis cuiusdam nouæ contagio omnem pietatem depopularetur, ad illam profligandam, missus à Pontifice Zenobius, Constātinopolim venit: vbi acerrimis disputationibus & vitæ sanctimonia miraculorum virtute consignata (nam duos à dæmonibus miserabiliter obsessos, coram omni populo, sua oratione liberauit) errorē ita repressit, vt nemo eam hæresim admodùm asserere, per omnia tempora ausus fuerit. Quibus ritè peractis, Romam reuersus est. Intereà Theodoro Florētino Episcopo, vitæ munere sanctissimè perfuncto, Zenobius ab omnibus successor expetitur, & ciuibus importunè opportuneque vrgentibus, ab ipso Damaso

...so Pontifice Florentinus Antistes consecratur, ...usque Tusciæ metropolitanus instituitur, anno ...is suæ 41, ab Incarnatione Domini trecẽtesimo ... Damasi Pontificis anno fere 4, imperãtibus Va...iniano & Valẽte. Quo tempore seculum istud ...tissimorum sanctissimorumque virorum erat ...cissimum. Igitur Zenobius hoc munere antisti... quãuis inuitus decoratus, cùm iam Roma Flo...tiam, cõmissum sibi populum recturus perge... fuit ab ipso Pontifice nouo dono, duobus vide... Sanctorum corporibus Abdon & Sennen af...us. Quæ vir sanctus quasi mutuæ inter se ami... futurum posteris monumentum, magno cum ...dio assumpsit, & in maiori ecclesia, sancti vi...et Saluatoris, sub altari honorificè colloca... A Florentinis verò tanta lætitia exceptus est, ...eius ingressu plures dies festos solennesque e...t. At sanctus Zenobius quanto magis à Domi...altabatur, tantò studiosiùs seipsum deprime... Corpus longa inedia, multis vigilijs, assiduis ...onibus, hispidis hirsutisque cilicijs, maiori ...vnquàm castigatione, macerabat: omnesque ...ſæ suæ prouentus, præter exiguum sui suo...que victum, in Christi pauperes distribuebat. ...autem animum à publicis curis & populari ...ltu interdum vacuũ ad contemplationis dul...em reuocaret, in quadam parua ecclesia Se...ionem versus vitam pœnè eremiticam du... vbi etiam non rarò animam Ambrosij (post... in humanis esse desierat) pro populo Floren... supplices ad Deum preces fundentem vidit. ...mirum, cùm multis alijs eum in vita miracu...us illustrauerit. Nam cum mulier quædam ...a, generis & opũ existimatione valdè clara, in ci-

Cõsecratur Florẽtinus Episcopus.

Liberalitas eius in pauperes.

Videt animam S. Ambrosij.

in ciuitate Florentina, mortuo viro, duos superstites haberet filios, quos blanda & nimia indulgētia in suam ipsius perniciem & perpetuum animi luctum educauerat; illi quodam die, insano furore mentis agitati matrem propriam plurimis verberibus enormiter flagellārūt. Quod scelus ipsa impatienter abhorrens, corpora illorum horrendis imprecationibus detestata est, genibusq; procumbens & terram manibus pulsans, Erynnim caterasque furias infernales, in rabiem filiorum, magno cum gemitu inuocauit. Exaudiunt ab imis tenebris dęmones: iuuenes aggrediuntur, illos furijs exagitant. Qui statim, vt rabidi canes, mordaciter inuicem sua membra corrodunt. Concurrunt famuli, fit clamor ingens. Alij funes, alij cathenas ferunt. Ligantur iuuenes, nec rabie contineri valent. Iam mater pietate commouetur, iam facti pœniter, & tantæ calamitatis euētum deflet: plangit, nec quid indè agat, cogitare valebat. Interim occurrunt memoriæ quæ de Zenobio audierat, & accepto consilio, speque recuperandæ salutis, licet pagana, tamen credula, ad Zenobium filios adduci procurat. Cuius ipsa pedibus prouoluta, fatetur rem gestam, Deum suum exorare dignetur, precibus & lachrymis fideliter orat. Ille infœlicem iuuenum captiuitatem miseratus pieque commotus, ait ad mulierem: Constanter age mulier & crede, quòd Dominus noster Iesus, qui illos modò post orationē meam sanitati restituet, verus est Dei filius, & omnium creator & Dominus. Et statim in basilica Salutaris, vbi aderant, coram vexillo Crucis se prosternens componit: vbi duabus admodum horis in oratione expletis, surrexit & iuuenes signo Crucis benedicens ab immani dæmonum furore liberauit.

Vltio in filios matrē verberātes.

Zenobius precibus & signo Crucis pellit dęmones.

illi verò ſanitatem conſecuti, vnà cum matre tota-
que familia, ſalutari lauacro mundati, totos ſe
Chriſto in omni vitæ ſanctitate conſecrârunt.

Nec multo pòſt tẽpore mulier quędam Gallica,
illuſtri ſtemmate nata, Romam magno comitatu
contendens, rumore admirabilium Zenobij virtu-
tum excita, ad eum, ex ipſo itinere, viſendi ſtudio
diuertit. Cuius vitę ſanctiſſimæ meritis ædificata,
vnicum ſuum filium, ex itineris incommodis debi-
liorem factum, viro Dei ſtudiosè cõmendauit. Sed
accidit vt is idẽ, abſente Zenobio, vitã cum morte
permutaret. Quod vt cognouit inclyta mulier, lu-
ctu lachrymisq; miſerabiliter deformata, puerile
cadauer ad pedes viri ſancti proiecit, orans & per
eius miſerationes obteſtãs vt filium, vnicam fami-
liæ totius ſpẽ, præter omniũ ſuorum mentem ſecũ
in patria aduectũ, ſibi reſtitueret: alias nunquàm ſe
ab integro patriã viſuram: ſed in perpetuo luctu &
pallore inuiſam lucem abrupturam. Sanctus rei
nouitate & muliebri lamẽtatione attonitus & ma-
nis lachrymantis gemitus, & depoſiti apud ſe pi-
gnoris interitum miſeratus, ſacra Oriẽtem verſus
genua deflexit, & oculis manibusq; ad cælum ſub-
latis, pias orando lachymas fudit: formatoq; ſuper
cadauere Crucis ſigno, puerum manu cepit: atq; ab
oratione ſurgens, illum pariter rediuiuum erexit.

Oratione & crucis ſigno mortuũ vitę reddit.

Interim parentibus ſuis è corpore commigran-
tibus, Zenobius poſſeſſiones hæreditarias paula-
tim diſtraxit, earumq́ue præcia mira benignitate
in pauperes erogauit. Porrò quas apud Paſtinianũ,
agri Florentini, poſſeſſiones habebat, diuino cul-
tui mancipauit: conſtructoq́ue ibidem amplo cœ-
nobio, duodenarium in eo monachorum nume-
rum inſtituit, qui ſepti clauſtris, vitam ſub Abbate

Cœnobium extruit.

cœno-

cœnobiticam ducebant. Sed nec illud tacendum, quòd quendam multos annos cœcum, præ foribus templi mendicare solitum, Crucis signo illustrauerit, & cum lumine corporeo fidei lucem mirabiliter contulerit. Alio verò tempore cùm Ambrosianam ecclesiam sedulus pastor peragraret, funus adolescenti cuiusdã nobilis obuiàm habuit. Quod cùm studiosè declinare vellet, ciuium corona præuentus, non potuit. Ibi igitur omnes conclamare cœperunt, vt conciuem resuscitaret, qui peregrinę mulieris filium vitę reddiderat. Sanctus autem, vt arrogantiæ crimen euitaret, negauit Gallicæ mulieris filium, suis meritis, sed matris fide, suscitatum esse. Quam illi excusationem cùm nullo pacto reciperent, Sanctus eorum fide perspecta, se in orationem dedit. Qua cõpleta pariter cum adolescente viuo & incolumi, non sine maximo omnium stupore, surrexit.

Excitat defunctum.

Puer quidam matris suæ viduæ vnicus, annorũ quinque, in via iuxta cathedralem ecclesiam Saluatoris ludibũdus, à prætereunte aurigæ curru miserabiliter oppressus expirauerat. Quem cadauer mœstissima mater vt resciuit, lamentabili planctu plorans, filium sustulit, pannisque inuolutum beato Zenobio, per Eugenium diaconem eius, offerendum curauit. Quem vir sanctus benignè suscipiens, multis cum precibus & copioso lachrymarum imbre Deo obtulit, qui solita misericordia seruum suum respiciens, puero integram sanitatem restituit, prorsùs vt nullum in eo læsionis vestigium appareret.

Item alium.

His alijsque virtutibus & operibus sanctissimus clarus Zenobius, deuexa iam ætate, in morbum incidit, cuius vi acerbissimè cõflictatus, tandem cum insigni

ſigni ſanctitatis ſignificatione, è vita migrauit, ...no ætatis ſuæ nonageſimo. Inſtauratæ verò ſalu... quadringẽteſimo vigeſimo quarto. Reliquit vir ...ctiſſimus vniuerſæ eccleſię magnum ſui deſide...um, cũ multis lachrymis & inſigni luctu coniun...um. Corpus fuit ab electis Clericorũ ipſius aro...tibus conditum, & ad Ambroſianam eccleſiam ...portatum, vbi multò ante locum ſibi ſepulturæ ...gerat, & honorificentiſſimè in monumentum ...rmoreo decorum opere illatum.

Moritur vir ſanctiſſimus.

Poſt Zenobium verò ad epiſcopalem cathedrã, ...dreas ciuis Florentinus euectus fuit, qui, viſis ...e in Ambroſiana eccleſia ob Zenobij merita à ...mino fiebant miraculis, hunc honorem prima... Saluatoris ædi potiùs deferendum ſtatuit. Itaq; ...to pręſulatus ſui anno loculos viri ſanctiſſimi ...ificum humeris impoſuit, qui magna cum po... celebritate & feſtiuo gaudio, ad maiorem ec...ſiam eos deportârunt. Ecce autem dum quiſque ...viribus eos contingere conatur, pontifices, tu...tuantis populi compreſſione, de caſu pericli...es, vt lubricantes firmarent greſſus, manum ad ...dam & antiquam valde vlmũ extenderunt, quæ ...i corporis contactu protinùs floruit & emor... multo tempore vires recuperauit. Quæ cùm ...es à deuoto populo per fruſta diſcerperetur, ...entini ciues, in perpetuam tantæ rei memori... marmoream cum Cruce, eodem in loco, co...nam erexerunt: quæ in hodiernum vſque di... permanens, omnibus tam præclari miraculi ...rem teſtatam facit.

Transfertur corpus eius.

Inſigne miraculum.

Adiuti igitur epiſcopi, reſumptis viribus, cor... ſanctiſſimum ad eccleſiam detulerũt, ibidemq; ...adam catatumba honorificè collocârunt. Ad

quod cùm plures diuersis oppressi lãguoribus, pro obtinenda salute confluerent, inter alios puer quidam à dęmone miserabiliter obsessus, nulla via vel modo ingressum in ecclesiã inuenire poterat. Nam hic cùm olim febribus laboraret, & ob contractam sitim, matri nocturno potissimùm tempore, poculum offerenti ingentes molestias adferret, illa tandem fessa & somno oppressa, cùm iterùm à puero excitaretur, indignanti animo poculum cum dira hac deprecatione tradidit, dicens: Vnà cum hoc diabolum bibe, quod nec minus secutum est. Mox enim malignus præstò adfuit, qui sæua adeò crudelitate eum exagitauit, vt vix vllis vinculis constringi, remedio verò nullo liberari potuit. Tandem pijs quorundam precibus & ieiunijs adiutus, aditum ad S. Zenobij monumentum inuenit: vbi à malo hospite, non sine adstãtium horrore, tandem liberatus fuit.

Vide imprecationẽ matris in filiũ.

VITA B. ALDELMI EPISCOPI SCHIreburgensis. ex ea quæ est apud Surium, cuius etiam Beda præclarè meminit Ecclesiast. histor. Anglor. lib. 5. cap. 19. Excessit ex hac vita anno Domini 709.

Maij 25.

Patria & parentes eius.

BEatus Aldelmus splendidissimo Anglorum stẽmate & regia prosapia ortus, patrem habuit Kennetum, Iuæ Occidentaliũ Saxonum regis fratrem germanum. Qui post exactos pueritiæ annos liberalium disciplinarũ studijs eum admouit: in quibus tantos breui tempore progressus fecit, vt ipsos etiã magistros suos, quos Græcos latinosq; habuit doctissimos, multis parasangis anteuerterit. Posteà verò quàm cana quadã animi prudentia, variã & instabilem rerum humanarũ conditionem, & lubricum naturæ statum, insita turpitudine

dine & flagitio præcipitantē & cœcò impetu in
estem ruentem, satis expendisset: ne ijsdem ali-
quando sceleribus implicaretur, ad tutissimū reli-
gionis portum, in Meldunensi monasterio cōfugit, Fit Monachus.
eque ab imminente vitiorū tempestate subduxit:
& summa contentione, Christi gratia adiutus, ad
perfectionis apicem aspirauit. Domabat incredi-
bili austeritate corporis petulantiā, frangebat pre-
cibus & vigilijs rebelles motus, & assidua cælestiū Vitæ eius austeritas.
rum contemplatione, vagos animi motus cōpri-
mebat. His igitur virtutibus clarus, primò ad pre-
byterij, indē mox ad Abbatis honorē euectus est. Fit Abbas.
nterim fama eius nouis nouisq; illustrata preco-
iis, vltra mare se transtulit: atq; Pontificis ad au-
rem cum admiratione peruenit. Qua incitatus Ser-
gius (is enim tunc temporis summum illud hono-
ris fastigium conscenderat) scriptis literis eum ad
se accciuit, venientemque honorificè suscepit.

Cùm autem die quodam in Lateranensi ecclesia
ouinum sacrificium peregisset, casulam exuēs, per
humeros dimisit, ratus aliquē ex ministris præsen-
tem fore, qui eam exciperet. Sed cùm nemo mini-
strorum adesset, mox diuina prouidentia, splen-
dor quidam eximius, per fenestram immissus, So-
lis radij instàr, eam sustinuit: in cuius miraculi
memoriam, casula illa in Meldunensi ecclesia ha-
tenus asseruatur.

Per idem tempus puer quidam ex incestu geni-
tus, diuulgato prauorum quorundam hominū ru-
more, Pontificis filius ferebatur. Qua re commo-
tus sanè Aldelmus, multumque dolens Pontificem
ad vulgari sibi amicitia deuinctū, eiusmodi fœ-
dari infamia, puerum non nisi dies nomen natū ex-
pelli iubet: eiq; in virtute & nomine Iesu Christi

imperat, vt edicat, num Sergius Pontifex, eo se scelere obstrinxerit. Cui infans distincto apertoque respōdit sermone: Pontificem illi crimini nequaquam affinem esse, nihil illum fœmineo cum sexu commercij habere. Atque ità Aldelmus & ab amico Pontifice depulit infamiam & sibi gratiam cumulauit.

Infans nouem dierū loquitur.

Ea tempestate à Berthvvaldo Archiepiscopo ad colloquium accitus, cùm ad littus maris iter haberet, nautæ quidam, quòd sordido viderent habitu indutum, illum habere ludibrio atque contemptui non verebantur. Eccè autem aduerso spirante vento mare intumescit, sæuaque tempestate nautas in summum vitæ periculù adducit. Cùm autem præsens iam mortis imago ob oculos eorū versaretur, ad pedes viri sancti prostrati, commissum in eum crimen, cum lachrymis, detestati sunt. Ille verò pia eorū pœnitudine accepta, pro ferenda ope scaphā ingreditur, quā simulatq; corpore suo pressit, ad omnē tranquillitatem mare se composuit, nautæque cum naui ad littus incolumes appulerunt.

Miraculum.

Construxit etiā vir sanctus tria monasteria, quæ posteà à Danis euersa sunt. Diuitiarum fuit contemptor egregius, adeò vt omnia sibi collata, in pauperes expenderet. Corporis verò domitor sanè admirandus, vtpote qui carnem suam in fonte frigidissimo humero tenus domaret (qui fons ab ea re Aldelmi dictus est) nihilque acerrimo frigore absterritus, per noctes illic in precibus & psalmis persistebat.

Obserua vt vir sanctus carnem domârit.

Quodam tempore Roma per Alpes iter habens altare ex marmore candido secum deferebat, quod lubricante gressu iumenti, in duas partes casu graui scissum est, ipsumq; iumentū miserrimè contu-

tum. Cuius læsione ad dolorẽ lachrymasque commotus Aldelmus, toto corde ad Deum conuersus preces fudit, impartitaque benedictione & iumento sanitatem & altari integritatem restituit. Fertur autem hoc altare in prouincia Somersetana, etiamnum rupturæ eius vestigia, in miraculi memoriam reseruare. Miraculũ.

Tandem verò VVestsaxoniæ plagæ episcopatus, in duas parœchias distributus est, præfectusque est Daniel VVintoniæ, Aldelmus verò apud Schirburgiam Heddæ episcopo subrogatus est, qui vtrique loco præsederat. Deindè plenus dierum & sanctorum operum, migrauit ad Dominum, octauo Kal. Iunij: & in monasterio suo Meldunensi magno cum honore tumulatus est. Decessit autem è vita anno Domini 709. postquam annos quatuor supra triginta Abbatis, & episcopatûs munere, quatuor functus fuisset. Porrò eluxit in viro hoc præcipuũ quoddam religionis argumentum, & præstantis eruditionis indicium, quod præclaris scriptorum suorum monumentis, posteris omnibus testatum reliquit. Fit Episcopus. Obitus eius

VITA S. AVGVSTINI EPISCOPI ET Confessoris, qui missus à B. Gregorio Papa, primus Anglorum genti Christi Euangelium prædicauit. ex ea quæ est per venerabilem Bedam. Migrauit ex hoc seculo anno Domini sexcentesimo nono.

Lib. 1. cap. 23

ANno ab Incarnatione Domini quingentesimo 92. Gregorius eximia pietate ac religione vir, anno Imperij Mauricij decimo, ad Romanæ Ecclesiæ regimẽ summumq; honoris culmen euectus est: qui gentis Anglorum salutis mirifico flagrans desiderio, anno eiusdem Imperato- Maij 26.

ris quartodecimo, Anglorum verò in Britanniam aduentûs centesimo quinquagesimo, misit seminandi Euangelij causa, in Angliam Augustinũ insigni pietate & eruditione virum cum alijs non paucis præcipuis Christianæ militiæ athletis: vt gentem illam ò miserrima dæmonũ seruitute in Christi libertatem vindicarent. Sed vt primùm alacri mente Pontificis mandato obtemperãtes opus aggressi sunt, ita pòst, cùm itineris aliquantulum confecissent, turpi formidine victi, domum potiùs redire, quàm barbaram feramque gentem, suauissimo Christi iugo subdere, decreuerunt. Nec mora, Augustinum quem Pontifex Gregorius, si à gente susciperentur, Antistitem eius constituerat, Romam ad Gregorium cum supplicatione remittunt, ne peregrinationem tam incertam, tam periculosam, & eritu formidabilem subire cogerentur. At Pontifex, vt erat vir animo maximo, & insigni in Deum fiducia, literis non minùs amanter quàm piè ac religiosè scriptis, inanem illam timorem eis ademit: hortatusque vt constanter diuina ope confisi, prouinciam susciperent, effecit, vt sua confirmatione roborati ad opus diuini verbi intrepidè redirent. Itaque Augustinus religioso agmine, numero ferè quadraginta stipatus, Christiana signa in Britanniam intulit: & Edelberto regi aduentûs sui causam, per idoneos interpretes, significauit. Rex autem qui iam ante multa de Christianæ religionis præstantia audierat, (habebat enim coniugem Christianis sacris initiatam, Bertham nomine, quæ sanguine Francorum nata, ea se conditione vinculo matrimonij ei alligauerat, vt cum episcopo suo Ludhardo inuiolatam fidei & religionis suæ libertatem

Augustinus mittitur cũ socijs in Angliam.

S. Gregorius nutantes confirmat.

em conseruaret) in Insula Tanetos commodum tis manendi locum eis assignauerat, donec ha- to cum suis consilio, quid eis faceret, statue- t. Insula Tanetos.

Post dies igitur aliquot, Rex honorifico septus mitatu, ad Insulam venit, residensque sub dio, gustinum cum socijs ad suum ibidem colloqui- adesse iussit. Cauerat enim, ne in aliquam do- m ad se introirent: vetere vsus augurio, ne su- uentu suo, si quid maleficæ artis habuissent, m superando deciperent. At illi non dæmonia- sed diuina virtute præditi, Crucem pro vexillo genteam, depictamque in tabula Saluatoris ima- em ferentes, litanias canebant, & pro sua, simul rumque, propter quos & ad quos venerant, sa- æterna, supplices Domino preces fundebant. mque iubente rege, de vna in Deum fide & reli- ne & de præmijs cælestis gloriæ, omnibus Chri- cultoribus constitutis disserer incepissent; rex miratione captus: Pulchra quidem, inquit, sunt ba & promissa, quæ affertis: sed quia noua & erta, non possum his assensum præbere, relictis que tanto tempore, cum omni Anglorum gente uaui. Verùm quia ab omni vos fraude doloque os video, nolumus vobis molesti esse; quin ius benigno fauore prosequentes, quæ victui necessaria ministrari, sicut hactenùs, curabi- nec prohibemus, quin omnes, quos potestis, vestræ religionis, prædicando, societis. Hæc dixit rex, mansionem eis in Dorouernensi ciui- , totius Imperij sui metropoli, assignauit. Augustino fit copia prædicandi.

Augustinus igitur, hac regis beneficētia inuita- , tota mente, cum suis in opus Euangelij incum- re cœpit. Et primùm quidem ieiunijs, vigilijs,

precibusque assiduis, diuinum numen propitium habere studuit. Inde se incredibili mentis ardore paratũ ostendit, pro Christi sanctissima religione, necem & cruciatum, si ità opus fuisset, oppetere. Quid mora? Nonnulli, perspecta tanta viri charitate & omnium salutis desiderio, Christo crediderunt, seseque aquis lustralibus, ab omnibus delictis mundatos, ad parem vitæ innocẽtiam totis viribus sectandam excitârunt.

Enzelum S. Augustini pro salute omnium.

Templum S. Martini vetustum.

Erat non procul ab ipsa ciuitate templũ, ab ipsis Romanis Britanniam olim incolentibus, extructũ S. Martino sacrum, in quo Regina precibus & religionis Christianæ mysterijs operam dabat. In hoc ergo, cùm Augustinus cum suis rem diuinam frequenter ageret, & statis solẽnibusque cæremonijs, diuinorum beneficiorum ac munerum amplitudinem in oculis & aspectu omnium constitueret: & luculenter interim de religione Christiana disseret, ipsum tandem regẽ inter alios Christi amore inflãmauit, sanctissimisque disciplinis ita illustrauit: vt paucis pòst diebus multis cum lachrymis & insigni pietatis significatione sacris aquis se expiandum commiserit. Cuius exemplo alij mox peuocati, certatim ad salutarem fontem confugerũt. Quorum fidei & conuersioni ita congratulatus rex esse perhibetur, vt nullum tamen ad Christi sacra suscipienda cogeret, sed tantummodò credentes arctiori dilectione quasi conciues sibi regni cælestis amplecteretur. Didicerat enim à doctoribus auctoribusque suæ salutis, voluntarium sacrificium, non vi mala coactum, ab hominibus exponi, neque vim mentibus inferendam, sed voluntates ad studium veræ religionis allici & inuitari debere.

Rex Edelbertus credit.

Item alij multi.

Interea

Intereà Augustinus fœlicibus hisce initijs gauisus plurimùm, venit Arelatem, & ab Archiepiscopo eiusdem ciuitatis Aethereo, iuxta voluntatem, S. Pontificis Gregorij, Archiepiscopus genti Anglorum ordinatus est: reuersusque in Britanniam, misit continuò Romam Laurentium presbyterum & Petrum monachum, qui Pontificem rerum omnium, quæ propitio Christi numine, gesta fuerant, certiorem redderent.

S. Augustinus fit Archiepiscopus.

Tum verò Gregorius, cùm esset studio Christianæ religionis propagandæ vehementer incensus, rursus alios sacerdotes, pietatis opinione præstantes, in illam regionem misit, vt communibus operis eos, qui nondum erant lustralibus aquis expiati ad Christi fidem perducerent: & eos qui iam Christo nomen dederant, clariore disciplina confirmarent. Misit præterea sacras vestes & vasa, & codices diuinos, sanctorum etiam reliquias, aliaque ecclesiæ ornamenta plurima, vt ijs omnium animos ceriùs studio Christianæ pietatis incenderent.

Vide studiũ S. Gregorij Papę ad Anglorum gentem.

At verò Augustinus, vbi in regia ciuitate, episcopali fultus auctoritate, consedit, Ecclesiam, quam ibi Romanorum antiquorum fidelium opera sacratam fuisse didicerat, recuperauit: & legitimis sacris, à dæmonum cultu expiatam, Christo Saluatori consecrauit. Insuper monasterium, non procul à ipsa ciuitate, à fundamentis extruxit, quod Ethelberthus Rex, regia magnificentia ditauit, vt in eo & Augustini & omnium episcoporum Doroberniensium corpora, ab obitu conderentur. Interea vir sanctus, vt Britonum animos, ab vnitate ecclesiæ multum dissidentes conglutinaret, omnes Britonum prouinciæ episcopos vnum in locum, qui vsque hodie lingua Anglorum Saxonum Augu-

Augustineizat locus in Angliavnde dictus.

stineizat, id est, robur Augustini appellatur, conuocauit. Vndè autem locus ille nomen istud sortitus sit, non erit abs re, latius explicare. Britones enim, præter alia plurima vnitati ecclesiæ contraria, Paschæ diem à quarta decima vsque ad vigesimam Lunam obseruabant: neque poterant vllis vel monitis vel rationibus vel precibus ab ea temeritate deduci & persuaderi, vt sese ecclesiæ, totum per orbem diffusæ, accommodarent. Vnde Augustinus ne quid intentatum relinqueret, quo laboriosæ ac longæ disceptationi finem imponeret, hominem quendam oculorum lumine orbatum adduci præcepit: statuitque vt quæ pars precibus suis misero lumen restitueret ea demùm certaminis palmam obtineret. Hac conditione tam æqua, tam iusta proposita, aduersarij licet inuiti conticuêre, & ægrum nequicquàm restituere conati, tandem ab inutili ministerio cessauêre. Post quos Augustinus iusta necessitate compulsus, genua ad Deum flexit, preces fudit, & tandem diuinam clementiam pro cæco exorauit, Britonesque de errore notatos egregiè confudit. At illi confitentur se non ignorare Augustinum optimis rationibus tantum errorem confutâsse: non posse tamen absque suorum consensu priscos mores penitus abdicare. Postulabant igitur, vt secundò episcoporum concilium indiceret, in quo ea controuersia sopiri posset. Accidit interim vt septem Britonum episcopi alijque prudentiæ opinione præstantes viri ad concilium ituri, primò ad quendam anachoretam sanctitate & prudentia celebrem diuerterent: eiusque sententiam ea de re sedulò consulerent. Is vna respondisse fertur: Si quidem Augustinum mitem humilemque & timore Domini repletum inuen-

Augustinus cæcum illuminat.

rent, incunctanter illum sequerentur: eiusque traditiones haud secùs ac de cælo missas amplecterentur. Sin autem hominem elato animo & superbia tumidum cognoscerent, eum negligerent eiusque sermones tanquam pestiferos execrarentur. Atque vt huius rei certissimum possent habere indicium, monuisse fertur: vt diligenter prospicerent, quo ipse prior Synodi locum ascenderet. Et siquidem illis appropinquantib. assurgeret, nihil dubitarent, quin ipse verus Christi famulus ad eorum salutem procurandam missus esset. Sin autem assurgere negligeret, eum vicissim spernerent nulloque prorsus honore dignum iudicarent.

His ita constitutis accidit vt illis aduentantibus Augustinus in sella sederet. Quod illi videntes, mox in iram & indignationem versi, eum superbiæ notantes, cunctis, quæ dicebat, summaconstentione contradicere laborabant. Augustinus autem cùm cerneret eos pertinaci mente concordiam ecclesiæ proscindere minitans dixisse perhibetur, quòd si pacis & vnitatis studia accipere nollẽt, bellum ab hostibus acciperent, & quia viam vitæ Anglorum nationi prędicare recusabant. ab eadem gente pœnas tanto scelere dignas reciperent. Nec fefellit sanctissimi viri multò antè prolata sententia: siquidem Edelfridus rex collecto grandi exercitu tantam in ea gente stragem edidit, vt præter alios vtriusque sexus homines, monachos mille duntaxat, qui omnes in monasterio Bancor manuum suarum labore victum quæritabant, crudeli interfectione deleuerit.

Britones cõtemnunt Augustinum.

Monasterium Bancor.

Anno Dominicę Incarnationis sexcentesimo quarto Augustinus Britannorum Archiepiscopus duos antisti-

antiſtites Mellitum & Iuſtum ordinauit, quibus etiam pro ſua benignitate poſſeſſiones neceſſarias aſſignauit. Poſt quę vir ſanctus plenus dierum bonorumque operum lætus ex carcere corporis huius ad cælos migrauit. Cuius corpus in Eccleſia monaſterij ab eo ædificati beatis Apoſtolis Petro & Paulo ſacra ſepultum eſt.

Obitus viri ſancti.

In lib. de Viris Illuſtrib.

VITA B. QVADRATI ATHENIENSIS Epiſcopi, Apoſtolorum Diſcipuli, per D. Hieronymum presbyterum ſcripta.

26. Maij.

QVadratus Apoſtolorum Diſcipulus, Publio Athenarum epiſcopo ob Chriſti fidem martyrio coronato, in locum eius ſubſtituitur, & Eccleſiam grandi terrore diſperſam, fide & induſtria ſua congregat. Cumque Hadrianus Athenis exegiſſet hyemem, inuiſens Eleuſinem, & omnibus pęnè Græciæ ſacris initiatus dediſſet occaſionem his, qui Chriſtianos oderant abſque præcepto Imperatoris vexare credentib. porrexit ei librum pro religione noſtra compoſitum, valdè vtilem, plenumque rationis & fidei & Apoſtolica doctrina dignè: in quo & antiquitatem ſuæ ętatis oſtendens, ait: plurimos à ſe viſos, qui ſub Domino varijs in Iudæa oppreſſi calamitatibus ſanati fuerant, & qui à mortuis reſurrexerant.

Liber à S. Quadrato compoſitus

VITA S. BEDAE PRESBYTERI Anglici ex Trithemio Abbate, Lib. 3. cap. 155. De Viris Illuſtribus. Sigebertus eum obijſſe ſcribit anno Dom. 731. Trithemius vero 33. anno ætatis ſuæ 72. ſub Leone Imp. Conſule Baronium in notat hoc die,

Beda

27. Maij.

Beda vir doctrina & sanctitate toti orbi conspicuus, in extremo orbis Angulo natus, puer septennis in monasterio SS. Apostolorum Petri & Pauli in Anglia artium maximarum disciplinis imbuendus à parentibus est traditus: in quibus tanta claritate eluxit vt maximum suæ eruditione ecclesiæ vniuersæ splendorem attulerit. Anno ætatis suæ nonodecimo Diaconus, tricesimo verò, summa cum opinione virtutis, presbyter ordinatus est. A quo tempore ad vltimum vsque vitæ spiritum, totum se diuinis literis tradidit consecrauitq; : adeò vt nihil sibi dulcius nihil suauius fateretur, quã diuinas opes in sanctis literis abditas & reconditas sedula mente dies noctesque scrutari. Et quidem tanto in pretio doctrina eius habita fuit, vt ipse Pontifex Sergius fama virtutum & eruditionis eius commotus, eum ad se accersiri curauerit: quò diuino eius ingenio in arduis Ecclesiæ rebus vti posset.

Traditur literis in monasterio septennis.

Sergius Pontifex eum ad se vocat.

Erat ei in more positum vt post lectiones sacras ad ardentissimum orationis se conferret studium, quò & mentis suæ habitaculum orationibus & Ecclesiam doctrina illustraret. Tanto autem diuinarum rerum amore æstuabat, vt ne momento quidem temporis ab ijs se auelli pateretur. Hinc cùm esset omnis literaturæ rudis & ignarus monasterium ingrederetur, in tantùm studio & labore profecit vt omnes etiam in prophana scientia Angliæ doctiores longè superauerit. Artes quas vocant liberales scriptis suis egregiè illustrauit. Græcæ & Hebraicæ linguæ haud mediocriter peritus fuit. Discipulos, quos habuit multos eosque egregia sanctitate conspicuos suo exemplo & studio ad astrum scripturarum amorem prouocabat. Nec

Egregiaeius eruditio.

solum

solum studijs, sed quod ijs amplius est, religione & sanctitate quos docuit fecit insignes. Fuit autem vir per omnia magnificus scientia & morum honestate venerabilis.

Erat autem decentis staturę, incessu grauis, voce sublimis, ore facundus, vultu decorus, & quædam mixta iucunditati seueritas. Vnde bonis & studio pietatis deditis erat affabilis superbis autem & negligentioribus terribilis. Mansuetudine autem & humilitate sibi in monasterio parem non habebat. Quicquid autem studio & meditatione de scripturis haurire poterat, sine inuidia communicabat ijs, quos idoneos viderat, & in amore scientiæ salutaris flagrantes. Confluebant ad eum vndique innumerabiles, qui eius sese disciplinis subdere cupiebant. Et quid multis? Certè talis ac tantus erat vt omni laude maior esset.

Tandem post multos labores, quos scribendo & docendo impenderat, animo toto suspirans ad patriam, in debilitatem incidit, continuisque septem hebdomadibus ante mortem, stomachi indignatione cibos nauseantis laborans, & angusto spiritu halitum producens, studium tamen literarum nequaquam omisit; sed totis ijs diebus (præter debitum Psalmodiæ pensum) illi intendebat: Euangelium Ioannis ijs diebus Anglicana lingua interpretatus est. Discipulis autem discendi amorem ingerens dicebat: discite filioli, quamdiù vobiscum sum. Feria autem tertia ante ascensionem Domini modicus tumor in pedibus apparuit: tunc accita congregatione cælesti epulo, quo corpus & sanguis Christi Domini continetur, viam suam meniuit: osculoque cunctis libato futuram sui memoriam à singulis implorauit. Nonnullis etiam ob fa-

milia-

miliarem amicitiam Xeniola, quæ in secretis habebat, largitus est. Die autem ascensionis Domini subiecto cilicio decumbens, illibato sensu & hilari vultu spiritum in manus creatoris efflauit. Mox tam suauis est odor subsecutus vt cuncti qui aderant, in paradyso se esse existimarent. Corpus eius primò fuit in cœnobio sepultum. Posteà verò cum sancto Cuthberto (à quo eius acta fusius scripta testatur Molanus) in Dunelim translatum dicitur. Deeo verò quod oculis orbus fuisse fertur, deque sepulchri ipsius epitaphio, quod Petrus in Catalogo refert his verbis: Cùm, inquit, discipulus eius, ipso defuncto, titulum sepulchro ponere disposuisset vnico carmine Leonino sic incipiens: Hæc sunt in fossa. Velletque finire: Bedæ sancti vel presbyteri ossa, nec metrum stare posset, nec vllum ei vocabulum aliundè occurreret, tædio affectus, tandem iuit dormitum: & ecce mane in tumulo Angelicis manibus reperitur insculptum. Bedæ venerabilis ossa. Vide Baronium qui ea ex scriptis Trithemij fabulosa esse dicit. Certè Tritheninis tenetur longè aliud epitaphium sepulchro eius inscriptum fuisse quod refert lib. 3. cap. 155. De viris illustribus Ord. S. Benedicti. estque huiusmodi.

Moritur vir sanctus.

In notas hoc die.

Presbyter hic Beda requiescit carne sepultus
Dona Christe animam in cælis gaudere per æuum.
Daque Sophiæ illum debriari fonte, cui iam
Suspirauit ouans intento semper amore.
Hæc sunt in fossa Bedæ Venerabilis ossa.

VITA BEATISSIMI GERMANI PARISIENSIS Episcopi, ex ea quæ est per Fortunatum Pictaviorum episcopum. Migrauit ex hac vita anno Domini 578. numeraturque decimus nonus eius sedis episcopus.

28. Maij.

Patria & parentes.

BEatus Germanus Parisiorum Pontifex in territorio Augustodunensi patre Eleutherio, matre verò Eusebia honestis honoratisque procreatus parentibus, ante quàm lucē aspiceret haud dubia futuræ sanctitatis signa in vtero materno dedit. Cùm enim eius genitrix ab edito partu, breui pòst tempore hoc fœtu se grauidam sentiret, membrorum mota pudore, nitebatur ante partum infantem extinguere. Et accepta potione, vt abortiuum proijceret, cùm venena lædere non valerent, incubans in ventrem pondere sui corporis præfocare eum conabatur. Hac pugna inter mulierem & viscera durante aliquamdiu, renitebatur paruulus, certabatq; cum matre, vt eam à tanto crimine preseruaret. Itaque expleto partus tempore puer processit incolumis, matremque simul innocentem reddidit. Hoc autem matris certamine fœlicitate deuicto mox aliud ab auia in eum excitatum est. Vt enim vetula auaritiæ peste turpiter infecta, incredibilem habendi sitim illius hæreditate perfruiperque nefas explere posset, nefaria secum consilia de adolescentis nece tractare cœpit. Nec mora, cæca cupidine inflammata potionem in ampullam condit, vinumque in alteram ponit, precipitque puellæ, vt redeunti à scholis Germano cum Stratidio propinquo, illi vinum, huic veneficium propinet. Sed ministra per ignorantiam

Mater grauida eum vult, nec potest, extinguere.

Item auia.

ium Sancto Germano, venenum verò dat Stratio: & dum insonti præparatur interitus, auctor
dit in laqueum.

Hoc igitur modo secundò iam dæmonis fraude
sa paulò deinde securiùs in pietatis studio ver-
ei concessum est. Prorsus vt ætatis suæ quinto-
rimo anno, dignus habitus sit qui à beato Agrip-
o Diaconus institueretur: & sequenti deindè
nnio presbyter consecraretur. Hac sacri mune-
sfunctione decoratus tam egregium virtutum de
ffudit splendorem, vt paulò pòst à venerabili
ntifice Nectario ad Abbatis officium in S. Sym-
riani monasterio assumeretur. Ibi verò præter
as virtutes studiose admodum benignè faciendi
ciplinam exercuit: adeò vt nec panem quidem
rum sustentationi necessarium reseruaret, sed
m cum reliquis rebus pauperibus distribueret.
ge res cum fratrum animos in eum concitaret,
in cellulam se abdens lachrymis ibidem dolo-
m suum lenire cupiebat: & eccè dum murmur
rum quietem eius perturbat, & ille precibus ad
minum confugit, Anna quædam matrona nobi-
plena omni annona carpenti mittit vehicula:
t monachi viso miraculo terrerentur. Episco-
s autem bonis eius operibus inflammatus in cu-
liam eum detrusit: cui diuino nutu ergastulum:
rum fuit, sed is pedem efferre noluit, nisi sup-
i episcopalis daretur benedictio.

Fit Diaconus inde Presbyter.

Item Abbas.

Eius Eleemosynæ.

Deinde crebris adeo miraculis inclarescere coe-
, vt dæmonia passim eum prædicarent, & ipsa
ræ iura legesque à Deo præfixæ illius virtuti
cerentur. Fugabat morbos, languores pellebat
o vltimum vitæ discrimen adductos precibus
sanitati restituebat. Nec mirum sanè, vtpotè

Crebra eius miracula.

qui angelica quadam mentis puritate vigebat, & intimo amoris vinculo totus per cõtemplationem Deo coniunctus erat. Hinc ante annos ferè quatuor quàm episcopi dignitatem capesceret diuino in somnis oraculo admonitus ad Parisiorum securam vocari intellexit. Indè precibus vigilijsque & præcipuè benignè faciendi studio viam ad eum gradum muniuit quotidiè. Postquàm verò ad illud honoris fastigiũ euectus fuit, virtutes quas antè multò mente parturierat aperto sinu plenè effundere cœpit. Quicquid vel res ecclesiæ vel populi oblatio vel regis deniq; munificentia illi conferebat id totum larga manu pauperibus erogabat, tantaque vigilantia omnium inopiæ consulebat, vt cunctis graui paupertatis onere antistitis sui beneficio subleuatos se gauderent. Nec minus interim animarum saluti consulebat quippe, vt eas ex cœno peccatorum extraheret corpora quouis morbi genere vexata vel precibus vel crucis signo curabat. Tantam quoq; in dęmones potestatem obtinebat, vt venientem passim formidarent, atque ex ipsis corporibus quæ obsidebant, deprecarentur vt eiectos saltem liceret per syluarum solitudinem miseros errare. Fuit prætereà tanta miraculorum gloria clarus, vt summi infimique tanquam salutis omnium præsidem, & à supernis demissum sedibus intuerentur. Nos si singula, quæ cum admiranda sanctitatis opinione gessit, miracula prosequi vellemus, vix iusto volumine cuncta cõprehẽdere possemus. Itaq; plenus dierum & bonorum operum cùm iam cælitùs de suo ad alteram vitam transitu edoctus fuisset octogenarius læto hilariq; animo è vita decessit victorque ad cælos euolauit.

Cognoscit diuinitus se episcopum futurum.

Eximia eius benignitas in pauperes.

Moritur felicissimè.

CER-

CERTAMEN SS. MARTYRVM, SIsinnij, Martyrij, & Alexandri, ex eo quod est per Sanctum Vigilium Episcopum Tridentinum & Martyrem. Passi sunt Anno Domini quadringentesimo, quo Romanæ Ecclesiæ præerat Anastasius. Mediolanensi autem Simplicianus. Honorij Imperatoris anno 6. quo etiam consulatu S. Vigilius ab ijsdem Gentilibus occisus est.

QVo tempore Tridentinæ Ecclesiæ sanctus ac venerabilis præsidebat Vigilius, qui postmodùm ipsam sedē sui sanguinis effusione de- 29. Maij.
rauit, vt quandam regionem Anagniam nomine, ...æ vigintiquinq; millibus ab vrbe Tridentina di-
...t, vetusta gentilis erroris caligine occæcatā Chri-
...anæ fidei lumine illustraret, tres ad eam viros pie-
...e & prudentia insignes destinauit. Ex quibus Si- Sisinnius Ethnicis Christum prædicat.
...nius ciuis Cappadociæ, genere Græcus ipsa se-
...cta venerabilis & diaconatûs munere insignitus,
...minister altaris ministerium verbi Euangelici
...nsummaret intrepidè in hostilia castra pedem
...ulit Barbaræque nationi nouam Christiani no-
...nis pacem annunciauit. Huic Martyrius pari cō-
...tia ac pietate vir Lector, & Alexander Ostiarius Martyrius Lector & Alexander Ostiarius.
...rtyrij cōsanguinitate germanus socij in opus E-
...gelij dati fuêre: qui dum coniunctis virib. nefa-
...m dæmoniorum cultum delere conantur, & per
...lta temporis spatia paulatim semen diuini ver-
...spargūt fructus minimè pœnitendos colligunt,
...culenta gentilitas pietatis odio prouocata ad-
...sus Dei seruos pugnatura surrexit. Sancti autem
...ata mansuetudine publicum furorem supera-
...: sed dum quodā die infando ritu victimas dæ-
...ibus offerrent & ad eandem impietatis socie-
...sanctos cogerent, illi deposita māsuetudine cō-

ſtanter & preciſe nefarijs operibus communicare recuſantes ſcelus eorum fulmine quodam verborum deteſtati ſunt: eoſque à tantis tenebris ad veritatis lucem omni via modoque transferre conati ſunt. At illi & furore mentis & vino ebrij arreptis, quæ ſors offerebat, armis ſanctorum membra funeſta cæde laniârunt: Siſinniumque turba & ſecuribus confoſſum in lectulo pænè exanimem reliquerunt. Vna interim nocte dilata, mox peruenitur ad ad præmium.

Cęduntur atrociter.

Nam erumpente aurora, cæteris matutinas horas Deo hymnis & pſalmis celebrantibus, gentilium manus ſecuribus atq; præuſtis armata ſudibus ſubitò irruit: ſæuaque direptione diuina myſteria conculcat. Inter ea S. Martyrius circa Siſinnij curam depręhenſus exhaulanti iam penè ſpiritum vitalem quendam aquæ ſuccum inſtillabat. Cumque audito irruentium clamore, in horti ſecreta, qui eccleſiæ contiguus erat, ſecedere vellet à virgine horti illius proditus ab inimicis compræhenditur. Compręhenſus ſtetit intrepidus, gratias agens vulneratus cæſo capite, lotus iterùm baptiſmate proprij cruoris. Indè transfoſſus ſtipitibus ad idolum ducebatur: in quo itinere precioſam gemmam reddidit Chriſto, & antè victima promeruit eſſe, quàm ad aram diaboli perueniret.

Martyrij cędes.

Item Alexandri.

Poſt hæc ſtudioſè à militibus quæſitus Alexander ad fores eccleſiæ in precibus excubans compræhenditur, qui præclaro certamine glorioſiſſimam martyrij palmam obtinuit. Nam appræhenſis ſanctorum corporibus, ſuſpenſoque ex collo Siſinnij tintinnabulo, Alexandrum manibus pedibuſque vinctum in medio eorum viuum collocârunt: raptumq; hoc modo per aſpera loca torquebant donec

nec ad vitæ terminum veniret. Neque hac in martyres crudelitate ſatiati impias in Chriſtum blaſphemi voces iactabant dicentes: Nunc vindicet te Chriſtus cuius gloriam & virtutem tantis ſæpe præconijs extuliſti. At verò vt primùm ad prophanum veteris Saturni templum ventum eſt, præmiſſis in pyram copioſam geminis ſanctorum corporibus flagellatis, Alexander iterum confeſſurus ſtatuitur, vt ſi vellet euadere flammam præſentem, cæremonijs obediret. Verùm vir ille impiorum munera reprobans calore fidei ſuccenſus glorioſi triumphi materiam arripuit eandemque cum ſocijs martyrij palmam elegit.

Taliter ergò conſummata ſanctorum victoria, atque illis in cæleſti ſede collocatis, non defuit terror impijs. Nam cùm hæc ſexta feria complera fuiſſent, ſubitò horrenda quædam nubis caligo totam regionem inuoluit, fulmina diſcurrerunt, coruſcationis rutilus ignis emicuit, vt eam ipſi impij non iniuſtè pro ſanctorum nece ſe ſentirent ſuſcipere vindictam. Vnde nec multò pòſt, oues quæ in errore poſitæ paſtorem non agnouerant, paſtoris ſanguine ditati ſunt: & vbi diuerſorum ſimulachrorum portenta abundauerant, nunc ſanctorum martyrum templa ſuperabundant. Quo etiam in loco baſilica tribus hiſce martyribus ſacra conſtituta eſt: ad quorum limina fideles concurrentes, pro fidei ſuæ capacitate vulnerum lauacra & medicinam conquirunt.

Vltio diuina.

VITA S. MAXIMINI EPISCOPI TREUERENSIS, ex ea, quæ est per Lupum quendam. Fuit hic vicesimus sextus Treuirorum Episcopus. Interfuit Concilio Agrippinensi, & Sardicensi.

29. Maij.

Patria & parentes eius.

Maxentius Pictauorum Episcopus.

Maximinus venit Treuiros ad S. Agritium.

MAximinus vrbis Aquitanicæ Pictauorũ indigena clarissimis ortus natalibus patrem habuit Maxentium virum & stemmatis nobilitate & diuinarum humanarumq; rerum cognitione inprimis clarum. Is post alia atque alia mundanæ gloriæ insignia tandem Pictauorum antistes electus eam dignitatẽ multibus virtus egregiè adornauit. Maximinus verò genitali solo diuino instinctu relicto in Galliam Belgicam commigrauit: vbi sese Agritio Treuirorum Episcopo sanctitatis opinione tunc celeberrimo disciplinis imbuendum tradidit. Qui optima adolescentis indole plurimum delectatus in clerum eum adoptauit & præcipua ecclesiasticæ functionis munera, propter insignem probitatem, ei commisit. Interim Quiriacus quidam mira sanctitate præditus beati Euchar. Ecclesiam nocturno tempore precandi studio ingressus, obuersantem sibi angelum nõ per quietem sed vigilando intueri eiusque vocem corporeis auribus haurire promeruit, præcipientis, vt Maximinum ex diuina iussione redderet certiorem, quod Agritio Episcopo ad superna gaudia intromisso, mox esset ipse pastorale officium subiturus. Id Quiriacus properè dum compleuisset, Beatus Maximinus propriæ fragilitatis rigidus æstimator, huic honori modis omnibus se imparem fatebatur: imminentemq; humeris sarcinam quauis via declinare satagebat. Sed Agritius angelico ministerio admonitus, vt eum sibi successorem instituat, sine

mora

mora diuino parens imperio suis benedictionibus confirmatum, post se futurum designat pontificem. Nec multò pòst Agritius corporeis vinculis solutus in gloriosissimùm beatorum confessorum cœtum commigrauit. Maximinus verò consensu sacrorum ordinum totiusq; plebis annisu à vicinis episcopis in defuncti cathedram honorificè est collocatus. Quam autem strenue, quam sanctè, quàm prudenter eam sedem à rabie Arrianorum tutatus sit præclaro D. Hieronymi testimonio satis superque constat: qui Maximinum inter omnes Orthodoxæ fidei antistites ijs tēporibus maximè clarum fuisse scribit. Certè ea pietate & fidei lumine inter densas errorum tenebras & horrendas tempestatis procellas eluxit, vt non modo ipse violæ fidei contagia declinauerit, sed hæreticorum nefarios conatus magna sæpè cum laude represserit, nec repressit modò sed omnibus propter fidem patratemque exulibus tutissimum ad se refugium præbuit. Nam cum Athanasius Alexandrinæ ecclesiæ antistes à Constantio ad pœnam quæreretur, Maximinus spreto regiæ potestatis iniusto impetu Athanasium non sinè magno periculo si non vitæ at certè dignitatis amplexus est, atq; in vno ipsius capite totam pæne ecclesiam tutatus est. Vndè liquido apparet quantum iustitiæ pondus huic sancti Maximini constantiæ tribui debeat.

S. Agritius decedit. Ei Maximinus succedit.

Athanasius venit ad Maximinum.

Quanto præterea studio pro conseruanda fidei integritate excubauerit, aliàs etiam demonstrauit, cùm Agrippinæ Synodali euocato contra Euphratam episcopum, hæretica prauitate corruptum, cum his, qui frequentes conuenerant pontificibus, ecclesiastica vsus potestate gravi mouit. Is enim insanis accedens hæreticis

Synodus Coloniensis cōtra Euphratam.

IESVM CHRISTVM non esse verum Dei filium prædicabat. Nec miraculorum gratia defuit sancto Maximino, quibus editis, suæ prædicationis fidem tardioribus faciebat. Siquidem cæcis lucem infundebat optatam, paralyticorum solutos artus in pristinum reformabat vigorem, & eos qui dæmonum persuasione humanam mentem exuerant fœdo prorsus dominio liberabat.

Miracula S. Maximini.

Erat ei solennis consuetudo sanctorum lustrare memorias eorumque opem summis precibus flagitare. Cuius rei gratia cùm Romam tenderet, opinatissimum confessorem Martinum conuenit: iunctique Pontifices diuinis rebus intenti laborem itineris non, vt alij, sentiebant. Illa itaque in vlteriora progredientibus, fortè asellum, qui sarcinas beatorum ferebat, vrsa offendit, eumq; protinùs deuorauit. Hîc Maximinus in nomine Domini feræ dicitur imperasse, vt quia iumentum non abegerat, sed consumpserat, ipsa iumenti onus assumeret. Mira res valdè. Illa euestigio successit oneri, & quòad reuersi ad locum qui Vrsaria villa dicitur, deuenirent, subuectioni mansuetissimè famulata est. Ibi denique à sancto viro pristinam vagandi potestatem recepit, priùs tamen licentia quenquam ladendi erepta. Verùm quia vt praui sibimet sunt graues, ita boni mutuo semper delectantur consortio, sanctus Maximinus beatum Martinum Treuirorum vrbem secum coegit inuisere, suoque populo duplicata benedictionis reuexit commeruit. Ibi Martinus spiritualem sibi filium Lubentium Maximino erudiendum commisit. Cuius ille parens voluntati, & eum sacris instruxit literis

&

& impósito gradu psbyterij, in vico, cui Cubruio vocabulum est, præfecit. Ipse autem piè memor propinquorum, patriam repetiuit, suorumq; vsus contubernio multò pòst ibi vita excessit, sanctorumq; laborum suorum fructum cumulata mercede à Domino est consecutus. Obitus S. Maximini.

Succedens in episcopatũ Paulinus, qui fidei suæ veritatem exilij perpessione firmauit, cõmunicatorum Clero & populo Treuirorum consilio, sanctũ Maximinum ab Aquitania, vbi situs erat, reuehendum constituit. Itaque facto agmine Clerus populusque Aquitaniam versum tendẽtes, emensis prolixis viarum spatijs, tandem haud longè à loco, vbi ille claudebatur thesaurus admodum fatigati subsiterunt. Mox celeberrima fama rem dissipante, immanis excitata manus Aquitanorum, Treuiros moliebatur loco arcere: potuisseq; committi fatinus pessimum, ni Treuiri Christianitatis fraternitatem opponentes, orandi tantum studio se continisse firmassent. Aquitani Treuiros sui timore perculsos arbitrantes, hinc remissi lætitia vino indulgent, & quod erat consequens, somno grauiori soluuntur.

Interea beatus Lubentius angelica monitus visione, adiuncto aliorum presbyterorum cœtu clandestinum ecclesiam ingreditur, exoptatumq; thesaurum asportans cateruis foris expectãtibus exhibet. Tum Treuiri abitum maturantes Aquitania excedunt. Aquitani verò comperta veritate, coacto exercitu recedentes triduo insequuntur. Cumque in ora mutuum conspectum vterque populus constitisset, Aquitani crebris coruscationibus tonitruisque, quorũ nihil Treuiros contingebat, repulsi non sine rubore ad propria rediêre. Treuiris cœptum Treuirenses ex Aquitania absportant S. Maximini reliquias.

iter carpentibus, cœcus quidam ſpe recuperandi viſûs deduci ſe flagitabat ad feretrũ. Cuius vt eum vmbra tetigit, mox caligo inolitę cœcitatis abſceſſit. Cumque Moſomagum caſtellum peruenisſent, paralyticus quidam beato Maximino ſaluãdus offertur. Nec irrita fuêre vota fidelium. Namque vt ſine dilatione optatæ redditur ſanitati, ſpecioſiſſimum ſpectaculum intuentibus præbuit. Vtque gratiam referre viderentur eius loci habitatores, eccleſiam Deo ſub honore S. Maximini, vbi ſacræ eius reliquiæ fuerant poſitæ, condiderunt. Hinc reliquiarum baiulis Euiouium caſtellum ingreſſis fœmina quædam maligno ſpiritu obſeſſa ab eius ludibrio liberata eſt. Indè ad caſtellum quod Arlonis dicitur, perlato corpore duo leproſi credula mente ſuffragium eius implorantes, integram ſoſpitatem adepti ſunt.

Cœcus videt.

Paralyticus curatur.

Item dęmoniaca.

Item duo leproſi.

Tot ac tantis diuinis celebratis miraculis Treuirorum quondã Pontifex Maximinus, vrbi, quam olim egregiè rexerat, propinquabat. Iam verò, quãta tunc ad eum multitudo feſtino cum gaudio confluxerit, vix verbis explicari poteſt. Cremabantur precioſi odores, cereorum copia reſplendebat, diſtinctæ ſacrorum acies ordinum pſalmos & canica perſonabant. Ita exceptum deductumque ſacratiſſimum Maximinum inſignis Cõfeſſor Paulinus in eccleſia beatiſſima Iohannis Euangeliſtę magnificè ſepulturæ tradidit. Huc poſteà cœcus quidam à natiuitate ex territorio Beneuentano deductus, Creton nomine, confeſtim lucis commercium recepit.

Cœcus à natiuitate recipit lumẽ.

Prætereà in crypta, vbi oſſa venerandi Pontificis condita fuerant, interiectu temporis aqua ad latitudinem vnius cubiti excreuit: dictuque mirabile

hile ita sepulcrum omne suo ambitu cinxit, vt tamen ab eius crepidine absistens, non paruum intuentibus stuporem inijceret. Igitur venerabiles episcopi Hildulphus, Clemens, atque Gosbertus, conuenientes in vnum, & quod euenerat diligenter examinantes, transferenda beati viri ossa ad locum a quo nunc sita sunt, iudicauêre. Quod diuina voluntate statutum fuisse, exitus indicauit. Et quidem præter alia miracula, illud inprimis admiratione dignum, quod Carolo principi contigit, refertur. Is enim, cum longa febrium tabe exhaustus vltimum vitæ periculum adductus esset, S. Maximinus secundum quietem ei apparens, mandauit vt se abeuntem sequeretur. Expergefactus Carolus satellitem sibi fortè assistentem percunctatus, num videret beatum Maximinum qui paulò ante secum contulisset sermonem? Illo negante: Ego, inquit, foras egreditur, iussitque vt eum continuò sequerer apud tumulum eius salutis compos futurus. Ita illò lectica deportatum & in solarium resolutum iterum sanctus Maximinus alloquitur: monetque vt iam Domini clementia salutem adeptus, deinceps ab omni peccati contagione sese diligentissimè intactum conseruet. Mox vbi euigilans Carolus, totum se à molestissimis febrium vi subleuatum sensit, qui triginta diebus proximis cibi potusque fastidio laboraueret, vindè non immemor beneficij cœnobium sancti Maximini prædixit, auxit: fecitque vt multò ante commodius Christi serui ibidem famularentur.

Translatio reliquiarum.

Carol' princeps à mortis periculo liberatur.

Verùm præter tantam virtutũ vbertatem, specialiquadam gratia fugãdorum dæmonum potestas Maximino concessa videtur. Rex Pipinus Magni

Caroli

Caroli genitor, qnendam suum clericum Brunconem impuris obsessum spiritibus, per Hellariũ Archidiaconum ad tumulum beati Maximini destinauit: qui vt sacra eius limina tetigit ilicò purgatus diuinam in Maximino potentiam magnis vocibus prædicauit. Eiusdem Pipini regis ex filia nepos, nomine Cunibertus, atrociter à dæmone vexatus, multis antè locis circumitis, vltimò ad sanctũ virum perductus, tandem ab ea peste purgatus est.

Dæmoniaci multi liberantur.

Et vt à singulis ad turbam liberatorum trãseamus, quondam ad festiuitatem beati Pontifices triginta septem homines à dęmonibus oppressi confluxere, qui omnes eodem die curati sunt. Sequẽti verò anno eadem solennitate viginti & duo mundati sunt: porrò tertio anno tredecim à sancti viri cœnobio salutis gaudia retulerunt. Cęterũ si velimus omnia quæ diuina virtute aduersus impotentem dæmonũ vim gessit, conscribere, vix modum tenebimus, & erudito lectori similia frequenter narrando, tædio erimus. Quarè hac multiplici, quã retulimus, virtutum specie satis superq́; instructi, ita vitam moresque nostros ad imitationem S. Maximini componamus, ne qua vnquam dæmonum infestatione in peccato vincamur.

PRAECLARVM MARTYRIVM BEAtissimi Andreæ de Chio, qui Constantinopoli obiit anno Domini 1365. Pauli Secundi Summi Pontificis primo. ex eo quod est per Georgium Trapezuntium.

29. Maij.

ANno ab Incarnatione Domini millesimo trecentesimo sexagesimo quinto, cũ vir quidam, quem honoris causa non nominò, ex Trapezuntina vrbę ortus, Peripateticorũ philosophiæ professor, abnegata Cruce Domini per suam

Quidam abnegat fidem Christi.

...am perfidiã Mahumeti nomen daret, Turcarum ...elatus, alium quẽdam maioris fidei ac constan... virum similiter Trapezuntium militiæ peritis... ...um in carcerem coniecit: dignum ratus vt Phi... ...sophum conciuem suum volens nolensque imi... ...tur, cupiebat enim eius opera in re militari v... ...At ille animo martyr: Philosophus, dicebat, in ...cijs educatus, maiore spe ipsarũ, Christi Cru... ...negauit: ego qui tot tantosque labores, cum ...tis bella gerens tuli, vulneraq; excepi, (dixit, ...perto pectore cicatrices ostendebat) pro Impe... ...ce cælesti mortem timebo? absit à me tanta in... ...a. Quæ mens prętereà esset mea, vel potiùs quę ...itia, veritatem doloris fugiẽdi causa prodere, ...terna cęlestiaque regna repudiare, Mahumeti... ...adhærere, vt bellorum labores subeam, pericu... ...magna pro Imperatore mortali suscipiam, gla... ...in Christianos Christianus ipse natus distrin... ...? & denique in mortẽ ruere, quam fugiendam ...uit Philosophus, vt in æternam ac veram mor... ...deferat præceps?

Constantia cuiusdam Christiani.

Hæc dum Constantinopoli fierent, Andreas fe... ...grauiter laborans perpetuam Virgini matri ...itatem vouebat, si euaderet. Sedatis ilicò febri... ...paulò pòst quasi ex morte surgens albis se ve... ...entis induit, vt eo symbolo admonitus nun... ...oblati Creatoris matri voti obliuisceretur. ...recuperatis iam planè viribus Constantino... ...petijt, non aliqua cupiditate magnarum vr... ...visendarũ captus (erat enim iuuenis viginti ...ptem annorum summa grauitate atque con... ...: prorsùs vt ne verbum quidem vnum ab ore ...vanũ prodiret) sed gratia Dei procul dubiò ...llectus, vt & ipse martyrij palmã perciperet, & Phi-

Voti effectus.

Integritas & probitas Andreæ.

& Philosophi siue breuitate, siue errore cõtiurbãtos sua constantia in fide confirmaret.

Falsò defertur ab Ægyptijs mercatoribus.

Igitur mox vt vrbẽ applicuit ab Ægyptijs mercatoribus apud iudicem accusatus fuit quòd magnum cum Christianis cõmercium haberet, homo qui Alexandriæ Crucem negauerat, cõculcauerat, sputis fœdauerat: & Mahumetum publica confessione summis laudibus extulerat. Hac accusatione in iudicio iniquo recitata, Andreas nunquam se à Chio, vbi natus educatusq; fuit, nisi tunc recessisse affirmabat: idque testibus multis approbabat. At iudex iniquus Christianorum testimonio reiecto, quod ea in re nullũ esse dicebat, Mahumetistarum recipiebat. Tunc Christianorũ multitudo summa contentione iniquum esse clamitauit, aduersariorum testimoniũ admittere, petijtq; vt prætermissis testibus res ipsa digno examine excutereturr. Dicebat igitur vt circumcisionis signũ in membris eius exquirerent: nam si ad Mahumeti disciplinam accessisset, necessariũ fore vt in genitalibus membris circuncisio inueniretur. Inter ea spoliatur vestibus miles Christi, nudusque à tanta multitudine adiicitur, sed nullum in eo indicium, nulla circuncisionis macula, nullum Mahometistarũ apparet vestigium. Exclamant Christiani incredibili lætitia exultantes, confundũtur aduersarij & victi pudentùs prosternuntur: nisi diabolico astu adiuti, expostuissent moris esse in Ægypto, minoris hominis ætatis circuncidi: maioris, si ad Mahumetum Dei prophetam conuertantur, nullo modo ad circuncisionis legem impelli. His rationibus iudex, quæ sectæ suæ fauebat, sententiam ad Regem transtulit, quemadmodum in rebus ambiguis & arduis ipse cautum est.

Cõuincuntur mendacij accusatores.

Itaque

Itaque Christi milite in carcerem coniecto, Regem consultum adijt: cui cùm & ætatem floridam & inuictum iuuenis robur referret, rex talium hominum in militia cupidus: Vade, inquit, & si nostræ voluerit obedire voluntati, Centurionatũ offerto. Sin beneficijs nostris nihil commouetur, minis atque terroribus ipsum concutias, & si neutra poteris prçualere via, capite plectas. Altero igitur die, producto ipso, primùm Regis pollicitationes proponũtur mirabili cum amplificatione. Verùm cum Martyr Christi nihil respõdendo contemnere oblata videretur, qui circunfusi erant veritatis hostes, alij argentum atque aurum, alij vestes, alij supellectilem variam pollicebantur: cumq; in silentio acriùs perseueraret. Quid, inquiunt, ne verbis quidem tuis nos dignos putas? Digni quidẽ, ait, vos illis multò maioribus, q̃ ego dicere aut excogitare queam: sed res, quas offertis, nulla responsione dignę sunt. Quid enim caducam hanc vitam atque mortem putatis magni aliquid habere quô cælesti sit reponenda? Erras ipsi respondent: nam nos & ad eam tibi viã aperire studemus, & hanc insuper tibi fœlicẽ reddere conamur. Non cohærẽt, inquit, caduca ęternis, non fœlicibus misera, nõ prophana sanctis. Sed quid opus est verbis? Ego fœlicitatem huius seculi nihili facio: ego Crucem, passionem, sepulturamq; Christi mei nunquam, auxilio illius eius negabo. Statuite in me quicquid malueritis: hoc rogo, ne me verbis ampliùs tentetis.

Turcarum princeps eũ allicit oblatis honoribus.

Ille omnia contemnit.

His dictis coniectus ilicò in carcerem, vinculis catenatus, pedibus atque manibus alligatus ad meridiem sequentis diei, qui fuit 20 Maij, iacuit. Post meridiem è carcere eductus in partem vrbis, quæ Orientem spectat, propè mare trahitur:

vbi

Cæditur flagellis.

vbi manibus pedibusque ad palum alligatus tanta crudelitate cæditur, vt pœnè supplicij atrocitate victus animum abiecisset. cumque principio flagellorum & verberum toto corpore vehementer cõtremisceret, fertur manibus ad pectus cõtractis ac digitis in pugnum compressis magna exclamasse voce: Virgo Maria adiuua me. Indè pedibus altero ad alterum adductis, stetit in ijsdem vestigijs ad Solis occasum vsque rectus. Interea dum miles Christi his cruciatibus exercetur, Trapezuntius ille, de quo supra retuli, è fenestra turris prospiciẽs clamabat: ô fœlicem Christianum, ô beatam quæ te genuit insulam, ô nobilissimum atque omni laude dignum genus, vnde ortus es: Vtinam eadem tecum pro Christo supplicia subire liceat. Hæc aliaque martyrij coronam desiderans vociferabatur. Carnifices autem Andrea reducto, multis pretiosa membra flagellis, lorisque fœdè dilacerata vnguentis vngunt, & cibum potumque ad fulciendam in corpore animam de Medicorũ consilio, quorum multi ac peritissimi aderant, offerũt: ac aquam, in qua non paruũ defœcati auri pondus bullierat, offerunt ad bibendum. Id faciebant, quo longior vita eius aliquid ad negationem Crucis afferret: simulque ostenderent quanti vitam eius facerent. Fortè etiam quia non ignorabãt quòd Christi martyres per diẽ cruciati, nocte diuino beneficio pristinam solent, imò maiorem frequenter & corporis & animi pulchritudinem recuperare. Quare timentes nè id diuinitùs eueniret, medicamentis suis occultare veritatem studebant.

Inuocat beatam Virginem in supplicijs.

Magna cura adhibetur vulneribus eius.

Vicesima prima eiusdem mensis die, rursus producitur, denudatusq; ferreis vnguibus, tergora, quæ pridie eius diei fuerant flagellata, dilacerãtur: nec quid-

quidquam aliud fecit, dixitq; miles Christi, quan-
quàm priùs contremuit, manusque ad se adduxit,
digitos in pugnos contraxit, pedes in ijsdem vesti-
gijs tenuit, magnaque voce clamauit: Virgo Maria
adiuua me. Sic Trapezuntius etiam eadē quæ prius
vociferabatur, è turri iterùm atque iterùm repete-
rat. Adueniente nocte, vnguentis illinitur, simili-
ter medicamentis atq; aquis, in quibus magna vir-
tus auri fuerat infusa, sustentatur: quasi charā Cru-
cis hostes salutē eius haberent, Spiritus sancti gra-
tiam in Medicorum peritiam, cibiq; ac potûs com-
moditatem deriuantes. Illucescente namq; die, sa-
nus omninò martyr Christi apparuit, quæ res me-
dicamentis fieri non potest: quæ cùm naturaliter
agerent, longiore indigent tempore, vnde constat
illam Christi virtutem opem martyri contulisse.

Curatur diuinitus.

Vicesima secunda eiusdem mensis post meridiē
similiter producitur, tantaq; crudelitate & manus
pedes torquētur, vt ne vnum quidem membrum
suo loco maneret, sed salirent omnia: prorsus vt
inimici Christi hominis cōstantiam miraren-
tur vehementer. Hoc interim in Christi martyre
admiratione dignum est, & meritis beatæ Virginis
tribuendum, quod post illos clamores qua Virgi-
nis opem implorabat, dicens: Virgo Maria adiuua
me ne minimum quidem doloris signū ediderit.
Interim Trapezuntius ille magnis vocibus non de-
sinebat martyris fœlicitatem è turri prædicare &
eadem sortem expetere: medici verò omni dili-
gentia vt collapsas in martyre vires restaurarent,
laborabant.

Atrocissimè cruciatur

Miraculum de B. Virgine.

Vicesima tertia die sanus & incolumis non me-
dicorum arte, sed illius primi martyris & Domini
nostrum Iesu Christi productus Andreas, nouo ge-

En tibi immanem cruciatum.

nere cruciatûs vexatur: humeros carnibus per gladios denudant, studentes semper, ne celerior mors ipsum inuaderet. Sperabant enim si non acerbitate ac magnitudine dolorum, attamen diuturnitate se victuros, sed derisi tandem iacuerũt. Declinato die reducitur, sicuti diebus superioribus, dictis factisq; medicamẽtis quoq; nõ aliter quàm priùs adhibitis.

Die vigesima quarta eiusdem mensis eodem in loco, quo prius clunes carnibus nouaculis spoliantur, non subitò, sed cum mora, vt doloris acerbitas inuictum athletæ Christi animum superaret. Cętera omnia similiter acta, vt in superioribus diebus, dictaque eodem modo etiam à Trapezuntio, animo atque voluntate martyre: qui illis diebus quibus Andreas patiebatur, similiter è turri cõmitabat.

Horrendi cruciatus.

Die vigesima quinta, partes pedum quę inter genua clunesque sunt carnibus similiter denudantur: cætera eodem modo dicta gestaque fuerunt. Vigesima sexta suræ similiter carnibus nudatæ miserabile valde spectaculum astantibus præbuere. Vigesima septima femur, quæque circa ipsum sunt, excoriantur. Vigesima octaua die totum corpus à capite ad pedes verberibus cæditur, vt doloribus renouatis tandem moueretur. Maxilla quoque ma vno ictu denudata carne fuit, quã Christiani magno studio raptam, in monasterio beati Francisci, inusitato odore fragrantem, condiderunt.

O rem admirandam.

Vigesima nona eiusdem mensis producitur interùm Andreas, martyr Christi præcipuus, corpore sano & viuaci, vultu læto, ac facie decora. Medicamentistæ his rebus moti, medicamentorum virtutem id factum asserebant, & ingratitudinem illius accusantes clamabant: Non vides, ò Andrea, te ma-

humeri

humeti gratia & medicaminum virtute, sanitatem adeptum? Agnosce miser beneficiũ prophetæ nostri, ne mala morte intereas. At Andreas: Non est, inquit, mors illa, sed vita. Quare nolite me verbis istis inanibus terrere. Non me vestra medicamina, sed Crux Domini nostri Iesu Christi, ad hunc vsq; diem incolumem conseruat. His dictis caput incipide securi subiecit, & ad cælestia regna è corporis ergastulo euolauit. Tunc mortis eius ministri, truncum cum capite corpus, maris fluctibus immergere voluerunt. At Christiani, effusis lachrymis, circunstantes mortuum sepeliendum esse proclamabant. Inter ea lis ad regem defertur, qui auditis cruciatibus & inuicta martyris fortitudine, dignum esse pronunciauit, vt summo cum honore, vir adeò fortis sepeliretur. Itaque Christiani apposito capite corpori suo, ad Galatam deportãt. Aderat innumerabilis vtriusque sexûs multitudo & Mahumetistarum etiam multi, admiratione commoti, nõ pauciores quàm decies decem millia, spectaculo intererant. Alij lachrymas præ gaudio fundebant, alij laudes eius prædicabant, alij cõstantiam ac robur animi, alij prudentiam atque grauitatem, alij contemptum humanarum rerum extollebant. Multi fidem in Iesum Christum, pietatem erga immaculatam Virginem deuotionem commemorabant.

Securi percussus abit è vita.

Sepelitur honorificè.

His ita gestis, Rex magna exarsit cupiditate viri illius Trapezuntij, de quo suprà diximus, liberãdi: sed quia honestè id facere, nisi rogatus, posse non iudicabat, per quasdam, vt dicebatur, mulieres effecit, vt vxor illius, pro marito supplicaret suo. Ac mors Andreæ atque martyrium illum quidem solum, sed multos quoq; alios à periculo liberauit,

multos in fide orthodoxa confirmauit: & Mahumetanos pudore confudit. His omnibus ego vehementer commotus, ardebam desiderio videdi corpus eius: vidiq́ue ipsum in sepulcro nimium profundo, & situ horrido, ea tamen integritate membrorum omniũ eo totius corporis colore & dignitate formæ, tali vultùs splendore & habitu, vt non animũ expirasse, sed dormire mihi leniter, sub umbra videretur, atqui iacebat loco ita humido, vt omnibus iam indumentis quibus erat inuolutũ corpus, putrefactis, nudum totum conspiceretur, præterquàm quòd genitales partes, fragmento lini obtegebantur.

Inde verò cùm pòst pia vota & desideria, quibus ardebam tangendi & osculandi pedes, manus, faciem præcipui martyris, decimooctauo die Martij soluerem, ipsa soluendi hora, in non paruum incidi periculum, nimbis contrà flantibus, inq́ue saxa nauem depellentibus. Imploraui subitò martyris auxilium, promisiq́ue, si ad meos, Romam, incolumis deuenirem, perpetuis literarum monumentis martyrium eius traditurum. Euasi maris & latronum pericula, quodq́ue miraculo est, senex agrotusq́ue hinc recessi, iunior sanusq́ue ac multò robustior remeaui.

Auctor nuncupat votũ martyri, & liberatur à periculis.

HISTORIA S. PETRONILLAE VIRginis filiæ B. Petri Apostoli.

Maij 31.

Petronilla paralytica.

SAncta Petronilla Petri Apostoli filia, incredibili pulchritudine virgo, fertur, multo tempore, ex patris voluntate, paralysi laborasse, membrorumq́; omnium officio destituta, lecto decubuisse. Cumq́ue die quodam, inter alios discipulos, Titus pariter adesset, & discumbentes famulos,

res de rebus diuinis sermones conferrent, fertur, cũ quadam admiratione, dixisse Petro, quid causæ esset, quòd cùm alijs optata sanitatum largiretur beneficia, filiam, ab ea, qua detinebatur, lecto affixa, calamitate nõ liberaret. Cui Petrus, sic animæ eius saluti, quæ corporis longè præferenda est, expedire respondit. Verùtamen ne qua hoc putaretur diuinæ gratiæ inopia fieri, ait ad filiam: Surge Petronilla, nobisque ministra. Ad quam vocem illa protinùs viribus integris exiliens, discumbentibus ministrauit: cunctis rei admiratione defixis. Expleto autem ministerio, iussit eam ad lectulum redire. Redijt illa: moxque febribus correpta, grauiore cœpit molestia conflictari. At verò cum ea omnia, summa mansuetudine perferret, ageretque tam in aduersis quàm prosperis Deo grates, paulò post, diuino beneficio integræ sanitati restituta, & sibi & alijs plurimis oratione sua miram Dei gratiam impetrauit.

Sanatur à patre ad tẽpus.

Interim cùm formæ eius præstãtia esset eximia, multique insano capti amore eam deperirẽt, Flaccus Comes coniugem eam sibi postulauit: armata quoque manu, nĩ sponte consentirẽt, eam abripere voluit. Cui virgo: Quid, inquit, ad virginem inermem cum militibus venis. Me si tibi vxorem desideris, honestas potiùs virgines matronasque post triduum ad me mittito: vt earum comitata obsequio, cum honore tuas ad ædes sponte veniam. Hoc dicto gauisus vehementer Flaccus triduum ei concessit, quo toto Petronilla precibus & ieiunijs, cum Fœlicula virgine collectanea intẽta, diuinam assiduò opem flagitabat. Tertio verò die, Nicomedes presbyter eam inuisens, diuina ibidẽ celebrans mysteria: eamque sacrosancto Christi corpore

Flaccus Comes eã vxorem sibi petit.

Excedit è vita sumpto venerab. sacramento.

& sanguine refecit: & ecce, sumpto epulo illo cælesti, mox beatum Creatori suo spiritum tradidit. Corpus eius honorificè sepulturæ mandatum, constructo desuper nobili cœmeterio, anniuersaria natalis eius commemoratione illustratum fuit. Indè verò è dicto cœmeterio ad basilicā Vaticanam translatum, honorificentissimè asseruatur.

Baro. Tom. 1 Annal. Anno Christi 69.

IVNIVS.

CERTAMEN SS. MARTYRVM PAMPHILI, VALENTIS, PAVLI, SELEVCI, PORPHYRII, THEODVLI, IVLIANI ET SOCIORVM.

Ex eo quod est per Eusebium Cæsariensem.

Iunij 1.

MAGNVM hîc & gloriosum profectò oculis nostris offertur spectaculum, Pamphili & sociorum virorum admirabilium, nam sicuti neruorū vel vocum cantus, plurium sonorum varietate temperatus suauiter aures animumque oblectat: ita virtus in duodenario hoc martyrum numero, in quibus eiusdem virtutis splendor, æquali inequalitate, mirificè congruit, non potest non animos nostros, in admiratione defixos, ad se rapere, & summa quasi voluptate perfundere. Sunt enim hic adolescentes, simul & senes, serui simul & liberi, eruditi & rudes, obscuri generis homines, vt multis videbamur, & gloria insignes, fideles simul cum catechumenis, & diaconi cum presbyteris: qui omnes tanquam à sapien-

sapientissimo musico, nempè Dei verbo vnigenito, variè pulsati, clarissimos numerososque & concinnos admodùm, in iudicijs, sonos ediderunt.

Inter quos Pamphilus & fortitudine & sapientia primus, Cæsariensium ecclesiæ ornamentum, presbyterij honore insignis, ex Berychensium ciuitate oriundus, omnibus diuinarum humanarumque rerum disciplinis egregiè imbutus, à carnis munditiæque illecebris semper se illibatum conseruauit. Cumque & generis dignitate & diuitiarum gloria præstaret plurimùm, delicias respuens, amplissimas possessiones, prædiaque sanè luculenta, pauperibus distribuit: & multò antè, quàm ad hoc certamen veniret, vitæ asperitate, egregium se Deo martyrem exhibuit.

Pamphili encomion.

Distribuit sua pauperibus.

Secundus autē post ipsum Valens senili prudentia vir, canitie ornatus, ipsoque aspectu venerandus diaconatūs, in Eliensium ecclesiæ officio cū laude summa fungebatur. Tertius verò erat Paulus, ex Iamnitarum ciuitate oriundus, vir acerrimus & spiritu feruens, qui etiam in martyrio per cauterij tolerantiam suscepit certamen confessionis. His in carcere duobus annis squallore contritis, martyrij occasio fuit Ægyptiorum quinque aduenarum, qui post grauem afflictionem è metallis dimissi, cùm domum reuerterentur, in ingressu portæ Cæsariensium à custodibus quinam essent, & vnde venirent, interrogati sunt. Cumque quæ erant animi fortitudine nihil celarent, sed intrepidè se Christianos esse faterentur: perindè ac malefici in ipso furto deprehensi, statim cathenis vincti sunt. Indè ad Præsidem adducti & in carcerem coniecti, sequenti die, qui quartus decimus erat Kal. Martij, vnà cum Pamphilo & socijs, Firmiliano obla-

Valens martyr Diaconus.

Paulus Iamnites.

Martyres quinque Ægyptij.

ti sunt. Ille autem AEgyptiorum solùm periculum faciens, omni ratione ante tormenta eos exercuit. Atque eorum quidem principem cùm adduxissent, studiosè de nomine & patria quęsiuit. Ille verò cęlestem Hierusalem patriã suam omniumq; Christianorum esse respondit. Iudex autem cogitatione ac mente humi defixus, quænam illa ciuitas esset, & vbi terrarũ sita accuratè perscrutari cœpit: & illatis tormentis vrgere, vt verum sine ambagibus fateretur. Existimabat enim tyrannus ciuitatẽ illam Romanis infestam, summum esse Christianorum robur. Vndè animi dubius instabat vehementer tormentis, & curiosè de ciuitate illa Hierusalem multa inquirebat. Cùm autem adolescentem diù flagellis cæsum, nullo modo ab animi constantia, & ab ijs, quæ priùs dixerat, dimoueri posse cerneret, capitis eum sentẽtia damnauit: reliquosque AEgyptios simili palæstra exercitos idem supplicium subire fecit.

Nota respõsum martyris.

Deindè ad Pamphilum transiens, percunctatus est ab eo, num tantis supplicijs, quæ mente oculisq; in alijs hauserat edoctus sanioribus statueret parere monitis. Cùm verò ab vnoquoque eorũ responsum præclaris martyribus dignum accepisset, in eos similiter capitis sententiam tulit. Aderat tunc ibi Porphyrius, spectatæ indolis adolescens, nondũ totos octodecim annos natus: qui vt primùm iræ aduersus dominum suum cognouit sententiam, in media multitudine exclamãs: Rogo, inquit, vt corpora humi mandentur. Iudex autem quauis fera agrestior, eam vocis libertatem indignissimè ferens, Porphyrium corripi totisque viribus à tortoribus cruciari iubet. Cùm verò sacrificare prorsus recusaret, ferro viscera ossaque scrutari, & latera torma-

Pamphili cædes.

Porphirius adolescens inlignis.

Immanissimè torquetur

tormentis exagitata pilorum textis atteri ac deinde, lento & molli igne, generosum martyrem torreri iubet. Licebat videre Porphyrium, instar inuicti athletæ, corpore puluerulentum, vultu læto, animoque exultanti, ad mortem progredi. Cumque ad rogum appropinquaret, eadem animi alacritate in, in medias flammas ingressus, nepos ac familiares suos consolabatur: ac tandem Christi Iesu nomine, sine intermissione, inuocato, lætus, martyrij palmam appræhendit. Atque hic quidem cùm iuxta Pamphili consummationem, postremus accessisset ad certamen, prior, è corpore excessit ad Dominum. Cõburitur.

Eo hoc modo coronato, Seleucus lætabundus, Pamphilo fœlicem eius exitum nunciauit: cumq; seculo salutasset martyres, compræhensus ilicò à militibus, capitis supplicio affectus est. Is erat è Cappadocum regione oriundus, & præclara militaris virtutis indicia, in Romano exercitu, varijs dignitatibus ornatus, ediderat. Quinetiàm statura, viribusque & magnitudine corporis, reliquos omnes longè superabat: ipso quoque aspectu, tam propter magnitudinem animi, quàm corporis pulchritudinem, omnibus erat admirabilis. Atque in principio quidem persecutionis, varijs in certamina ductus, iam admodùm clarus euaserat. Postquàm autem militia separatus fuit, totum se ad pietatis studium appulit: prorsus vt pupillorum & viduarum patrocinium sollicitè gereret, & paupertate alijsq; calamitatibus oppressos mirificè recrearet. Quam ob rem meritò dignus habitus fuit, ea martyrij corona, quàm vno & eodem die athleta, decimus, fortiter viriliterq; appræhendit. Seleucus cõprænhenditur. Eius encomion.

Seleuci deindè vestigijs institit Theodulus, vir

Theodolus senex eximius.

& morum grauitate & cana prudentia admodum venerandus, qui primum honoris locum inter Præsidis seruos & morum & ætatis gratia, & maximè, propter beneuolentiam, qua trium filiorum pater suos complectebatur, obtinuerat. Is autem, quod exemplo Seleuci, properantes ad certamen martyres, osculo salutasset, ad Dominum adducitur: Cruciq; affixus martyrium subijt.

Iuliani præstans virtus.

Cùm post hos, vnus adhuc restaret Iulianus, is ea ipsa hora, qua peregrè veniebat, ne ingressus quidem ciuitatem, statim, vt erat ex itinere lassus, ad certaminis locum perrexit, visaque sanctorum corpora humi hinc inde strata, vnumquodq; eorum peramanter amplexibus strinxit & fusis, præ gaudio, lachrimis rigauit. His pietatis operibus intentum compræhendunt lictores, adductumq; ad præsidem, ex eius mandato, lento igni subijciunt. Iulianus verò incredibili gaudio, inter ipsas flammas exultans, magnaq; voce, Deo, qui tantis eum bonis dignatus esset, gratias agens, in choros martyrum assumptus fuit. Erat autem is quoq; genere Cappadox, pietate plenus & fide, vir ingenio admodum miti, mansuetoque: ideoque tantorum martyrum consortio dignus. Et quidē quatuor dies, totidemque noctes, sanctissima martyrium corpora, bestijs carniuoris exposita fuēre. Cùm autem, diuino beneficio, ab omni ferarum incursu, salua & integra permanerent, à fidelibus, debito sepulturæ honore, excepta, in ædibus templorum reposita fuere, vt à populo fideli, ad maiorem Christi gloriā perpetua veneratione colerentur.

Comburitur.

VIT A

VITA SIMEONIS MONACHI TREuirensis, ex ea quæ est per Euervvinum Abbatē monasterij Doleiensis. Obijt vir Sanctus Anno 1035.

VIR Dei Simeon, patre Græco Antonio, matre Calabrica, in Sicilia, ciuitate Syracusana, nobilissimis parentibus progenitus, optimæ indolis puer, à patre, militari virtute claro, Constantipolim deductus, literis ibidem imbuendus, viris eruditissimis traditus est. Adultus itaque & singulari iam virtute præditus, cùm cerneret quosdam eximios pietatis & religionis cultores, Christi sepulchrum, supplices adire; ipse eodem religionis studio vehementer inflammatus, parentibus & patria relictis, Hierosolymam abijt: vbi ijs votis persolutis, vt arctiori amoris vinculo, Deo sociari posset, solitudinem expetiuit: inuenitque, ad ripā fluminis Iordanis, viro quodam multis virtutibus claro, & sanctitatis opinione conspicuo, eidem se in disciplinam tradidit. Is autem ab omni hominum congressu, in turri quadam inclusus morabatur & admiranda vitæ seueritate seipsum ad cælitum vitam excitabat. Hunc verò Simeonem ad se venientem benignè quidem complexus est: sed cùm cerneret aduentantium turbas propositum sanctitatis studium plurimùm impedire, clanculum ex eo loco recessit. Simeon autem tanto patre orbatus, anxius animi, quid ageret cogitare cœpit: cumque neminem haberet, qui cum vitæ suæ consilia conferre posset, sedulò Patrum vitas legit quotidie, ex quibus tandem intellexit valdè periculosum esse tyronem vastæ se eremo committere & inermem cum potestatib. tenebrarū die noctuque conflictare. Itaq; maturo secū habito cōsilio, Bethle-

1. Iunij.

Parentes & patria Simeonis.

Studet Constantinopoli.

It Hierosolymam.

Viuit apud quendam eremitam.

Bethleem adijt, seque in monasterium S. Mariæ admitti petijt. Qua petitione benignè concessa, annos admodùm duos, diaconi interim fungens officio, ibidem, in omni sanctitate exegit. Inde ad mõtem Sinai abijt, vbi in loco, qui ardentis Rubi Moysaici visione celebris habetur, aliquot annos sub Abbate, Christo strenuè militauit. Crescente autem perfectioris vitæ desyderio, summa ipsius Abbatis voluntate, ad oram maris rubri secessit: vbi in spelunca quadam, duos fermè annos, in omni disciplina sese exercuit. Panem ei monasterium suppeditabat. Aquam verò, stillicidia rupis in qua latitabat, sitienti haustum præbebant.

Degit in monasterio.

Item in spelunca.

Hìc cùm tota mente diuinis intentus rebus, Deo famularetur, paulò pòst ab Abbate reuocatus, monasterium in vertice montis Sinai situm, omni habitatore, propter incursantes Arabes planè desertum, incolere iussus est. Nec mora. Simeon, qui omnia sanctitatis officia ex vna obedientiæ virtute metiebatur, eò abijt seseq; & ad prædonũ incursiones & ad dæmonũ infestationes sustinendas, promptum paratumque exhibuit. Ibi verò nouas & miras sanè dęmonum insidias est expertus. Nocturnis horis, hostis, Angelica specie assumpta, in somnis ei apperebat, monens atque impellens, vt sacra quotidie mysteria perageret: neq; pateretur locum semel Deo consecratum, à diuinis mysterijs vacuum permanere. Cumque vir sanctus se ea sacri mysteris functione præditum pernegaret, dæmon renitentem, de lectulo educebat, & ante, altare vigilantem statuebat, districtè pręcipiens ne cunctatione sacrosancti corporis & sanguinis oblationem differre. Tum sanè turbatus Simeon, cùm sacris ornatus vestibus, ab ipso dæmone stola induendus esset,

Monasterium in vertico montis Sinai.

Tẽtationes dæmonis.

virtute orationis & signo crucis inimicum repulit, seque delusum ingemuit. Post hęc ad monasterium Abbatis regressus, hebdomadarum se inedia macerauit, & dolens gemensque, dæmonis insidias omnibus exposuit.

Mira abstinentia.

Eodem tempore, tam dira fames AEgyptum inuasit, vt in vna ciuitate Babylone, centũ hominum millia extincta fuerint. Qua sanè calamitate conflicti monasterij fratres, quotidiè precibus & vigilijs, contra inopiam instanter pugnabant: adeò, vt mirabili Dei beneficio, nullũ in exiguo frumento tumulo, qui supererat, detrimentum sentirent, quamuis ex eo, larga manu, præter domesticas necessitates, pauperibus subuenirent. Interim Abbas aliquod sibi suisque solatium præstaret, liberam omnibus quouis abeundi potestatem fecerat. qua occasione arrepta Simeon, qui iam ante incredibili solitudinis desyderio tenebatur, ad eremũ abijt: ne quis itineris vestigia molli sabulo impressa sequeretur, eumq; ab instituto retraheret, arte, qua poterat, destruebat. Tandem post longa eremi spatia emensa, ex altissima rupe, paruam contra mortem eremi, raro virentem germine prospexit, placidem seque illuc, non sine magno periculo contulit. Fons natiuus gratum præbebat potum, cibatum vitium semina, quæ trigesimo quoque die incunctum preferebant fructum. Cum capreolis tamen quisq; eremi bestiolis, quò pabulatum veniebant, sequens gerebat prælium.

Nota famẽ ingentem in Aegypti Babilonia, quę & Memphis

Egregium miraculum.

Viuit in loco valdè solitario.

Post multos verò dies, dira fame iam extincta, cum imperio Abbatis, ad monasterium reductus, vt operam suam, quæ multis, propter eam, qua pollebat, industriam, vtilis admodum erat, omnibus collocaret. Ibi tum vir sanctus in partes occidentales desti-

destinatur, vt certam quandam pecuniæ summam monasterio debitam exigeret. Sed cùm Babylonem appulisset, mox tanquàm vrbis explorator, in vincula est coniectus: at paucis pòst diebus, cognita viri innocentia & probitate, honorificè dimissus est. Indè verò nauem armis & munitione egregiè instructam conscendit, quanquàm non ignoraret eam à piratis vastandam. Hortabatur nauclerum, vt mora vnius & alterius diei, imminentem cladem euitaret: sed is robore nauis & virtute sua confisus, sanè eius consilio, nullo modo acquiescere voluit. itaque solutis anchoris, vela ventis commisit, sed insequenti die, in pyratas incidit: qui statim tormentis acriter nauem expugnandam susceperunt, sed vbi se nihil aperta vi & irruptione proficere intellexit dolo mala grassari instituit. Signo igitur pacis sublato ad colloquium admitti petijt. Quo concesso mira verborum blanditie archipyrata nauclero persuasit se ad maris defensionem, non autem vt cuiquam exitium inferret, constitutum esse. Existimasse autem nauem illam propter admirabile robur & multiplicem munitionem hostilem fuisse. nam certum esse quasdam istiusmodi oberrare, quæ in mercatorum perniciem cōspirassent. Hoc verborum lenocinio persuasus nauclerus latrones illos in nauem suam recepit vt cò munibus viribus imminens malum repellerēt. Inter ea prædones depositis armis pacem simulant, familiares cum omnibus sermones miscent, de naue in nauem commeant, & conceptum animo scelus mira calliditate tegunt. Postquàm verò hoc modo omnem fraudis suspicionem nauclero ademissent, repente ex insidijs prosiliunt, gladios impiè stringūt, & ipsi nauclero ante omnes caput amputāt. Indè inimica

cæde

cæde in reliquos debacchantur, omnesq; ad vnum crudeli internecione iugulant. Solus Christi famulus Simeon in puppe supererat, quem cùm certatim mactandũ clamarent vnusq; stricto ense in eum irrueret, ille reiecta veste, in mare desilijt, nandoq; cædem effugit. Et illi quidem multa post eum spicula mittebant, sed frustra conabantur interimere, quem Christus volebat saluare. Ergò per vices natando, per vices in fundo gradiendo, tandem nudus & extrema lassitudine confectus ad littus peruenit. Indè ad proximum vicum tetendit, sed gẽtis istius linguam, quanquam AEgyptia, Syria, Arabica, Græca & Romana instructus eloquentia, intelligere nõ poterat. Biduo igitur & nuditate & fame sitique miserrimè conflictatus est. Tertia die quidam tantam calamitatem miseratus vilissimũ ei indumentum proiecit: quo indutus ilico per incredibilem miseriarum cumulum pedibus iter Antiochiam confecit. Ibi à fidelibus peramanter exceptus & benignè habitus breui Patriarchæ & vniuersis principibus notissimus euasit.

Vir Sanctus mittit se in mare & euadit cædem pyratarum.

Venit Antiochiam.

Ea tempestate Richardus Abbas pietatis & religionis studio celebris sacra Hierosolymæ loca obire voluit. Dum ergo itineris necessitate compulsus Antiochiã deflecteret captus insigni Simeonis prouocate socium eum itineris assumpsit. Sed accidit eum ad ciuitatem Bellegradum (quæ in confinio Bulgarorum & Hungharorum sita est) appulissent, & princeps ciuitatis illius Simeoni transitum prestare negaret. Igitur flens simulq; Deo gratias agens cuiusdem flentemque similiter Abbatem reliquit. Per multas denique augustias & latronum insidias ad patriam reuersus est. Quo prosperè transmisso Roma in Frãciam Rothomagũ appulit. Ibi verò omni spe

Rothomagum venit sanctus.

pecu-

pecuniarum, propter quas tam multa viarum & latronum pericula emensus fuerat, frustratus est. Comes enim Richardus, qui censum monasterio assignatum persolueret, vitam cum morte permutauerat. Itaque vir sanctus infinitis vndique circumseptus angustijs nihil habebat aliud, quàm vt inalcissimo diuinæ prouidentiæ consilio quiesceret. Occurrit interim animo, vt charissimum sibi patrem Richardum Abbatem eiusq; comites iterum inuiseret, quod fecit: & egregium se apud illum exemplar sanctitatis præbuit.

Poppo Archiepiscopus Treuirensis.

Interea Poppo Treuirensis Archiepiscopus religionis ergò Hierosolymam pergens hunc Dei famulum itineris sui comitem habere voluit: cuius vitæ innocentiam mentisque puritatem cùm satis mirari non posset, ei post reditum suo in episcopatu manendi facultatem præbuit, præmijsq;, vt maneret allexit. Hac non tam benignitate, quàm diuino prouocatus instinctu Simeon, paruum tugurium in turri, quàm anteà portã nigram vocare solebant, elegit: vbi ipsa festiuitate Diui Andreæ solenni ritu à Poppone & Clero vniuerso tanquàm huic seculo planè mortuus reclusus est. Ibi verò quanta vitæ austeritate rebelles corporis motus, quãquàm iam antè vehementer fractos, domauerit explicare difficile. Nec defuêre continuæ dæmonum impugnationes & insidiæ: quas certè nisi gratia Christi mirificè roboratus fuisset, nequaquã sustinere diu potuisset. Per noctes enim horrendi leonum rugitus, luporum vlulatus, porcorum grunnitus animumq; percellebant: cæteræq; bestiarum diræ infestationes non rarò ipsum tugurium subuertere videbantur. Et si autem immensos clamores audiebat, perciperet, penitùs tamen videbat nihil: vnde non dubita-

Simeon apud Treuiros in turri degit solitarius.

Tentationes dæmonis.

...bitabat dęmonum eas esse pręstigias. Tandem ab ...c tempestate liberatus nocte quadam peruigil in ...ratione, totam sensit fabricam turris illius fundi... ...s concuti, & quasi facto terrę motu in profundum ...mergi. Sed eo terrore nihil motus vir Dei persti... ...t in precibus immobilis, & ecce cellula immenso ...lustrata lumine admirandum valdè spectaculum ...buit. Sathan enim in Angelum lucis se transfigu... ...s hac ratione inuictum athletam in fraudem im... ...ere conabatur. Sed Simeon, cuius mens radijs ...cti spiritus multò clariùs fulgebat, protinus in... ...as cognouit lumenque per dæmonem illatum ...oculis quidem suis aspicere dignatus est. Cùm ...ò clausa aliquamdiu lumina rursus aperiret: ...tibi monstrum horrendum, hostis antiqui te... ...ma species, ipse inquam cacodæmon multis ...dis in eum sæuiens si nô planè superaret, saltem ...prosterneret, nitebatur. Sed Simeon quanquam ...mo aspectu expauesceret, mox tamen oratione ...rucis signo hostem confidenter inuasit eumq; in ...am compulit.

Videt cacodæmonem horribili specie.

Tum verò inimicus cùm omnes machinationes ...se illatas in nihilum concidere cerneret, seruos ...s in eum armauit, multoque per eos, quàm per ...maiorem vim intulit. Ea tempestate aquarum ...mina vehementer excreuerant, multisque oppi... ...s & varijs locis exitium minabantur. Eius ma... ...usam dæmonis satellites Simeoni imputabant ...que maleficum esse, & propter multiplicem ...impietatem, cladem illam à Deo immissam es... ...lamitabant. Vnde, facto ex ciuitate impetu, la... ...bus eius tugurium obruere conati sunt. Iamq; ...stram perfregerant & in furore perstabant cùm ...eon in sui persecutione exultans solis preci-

Patientia viri sancti in persecutione atroci.

bus furorem eorum impetumque repressit.

Post hęc decursis annis aliquot diuinitus de obitus sui die certior factus, totum se ad cælestia contemplanda multò studiosiùs composuit: donec Kalendis Iunij sanctam animam benignissimo suo Creatori redderet. Corpus eius exanime altera die sudorum optimè sanè fragrantem præbuit. Tricesima verò die, quo toto tempore propter odoris suauitatem inhumatum permansit, mulier omnibus contracta mẽbris ad sepulchrum eius salutem adepta est. Ab eò verò tempore tantis deinceps miraculis coruscauit, vt à Benedicto Papa nono, Poppone Archiepiscopo petente, statim ab obitu in diuorum sit numerum relatus.

Obitus eius.

ILLVSTRE CERTAMEN CLARISSIMORUM Martyrum apud Lugdunum Galliæ Phocinæ eius vrbis S. Episcopi Diaconi, Epagathi, Maturi, Attali, Pontici, Biblidis, Alexandri & Blandinæ cum alijs: quorum fortia & iterata certamina Christiani Viennenses & Lugdunenses descripsere. Habetur apud Eusebium Cæsariens. Eccles. Histor. lib. 5. cap. 1. & 2.

2. Iunij.

Persecutio immanis in Gallijs.

MAgnitudo afflictationis, quę hoc loco ingrauescit, ingens gentilium odium contra sanctos incitatum, supplicia, quæ beati Martyres placidè sustinuerunt, neque dicendo accuratè explicari, neque scribendo facilè à quoquam comprehendi possunt. Nam aduersarius noster omnibus viribus, vt dicitur, Christianos adortus adeò vbique in nos grassatur, vt publicis non modò ædificijs, sed neis & foro nobis interdictum sit: sed etiam vt nostrum nemini vsquam locorum in cõspectum prodire

dire liceat. At gratia Dei pro nobis cum diabolo decertauit, & hos, qui sunt paulò remissiore animo è periculo eripuit: illos autem, qui patientia armati, tanquam firmæ fidei columnæ, non modò impetum hostis nostri diaboli facilè laturi videntur, verumetiam in sua ipsorum capita eũdem quodammodo prouocaturi, ex aduerso opposuit: qui tum in acie fortiter cum aduersario conflixerunt, omne opprobrij & supplicij genus toleranter sustinendo: tum celeri gradu ad Christum maturarunt, ea mala, quæ erant ingentia & grauia, exigua, & pænè nulla existimando: perspicueq; reuelauerunt ostenderunt: quod non sunt, condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis.

Ac primùm cruciamenta, quæ confertim erant, & tanquam cumulo multitudinis in illos coacervata, viriliter & magno animo subierunt. Cumque à Tribuno plebis alijsque magistratibus, qui ciuitati præerant in forum deducti, coram vniuersa multitudine esset ab illis de fide quæsitum & eum illi liberè confessi fuissent continuò in carcerem coniecti ad Præsidis vsque aduentum, conclusique sunt. Deindè cùm ad Præsidem ducti fuissent, ille in iudicando omni crudelitatis genere vteretur, Vetius Epagathus, vnus ex fratribus, illam edicij iniquitatem haud ęquo animo ferens, audacter liberam pro fratribus in pleno consessu respondendi facultatem postulauit: perspicuè se probaturum asserens, nihil sceleris nihilúe impietatis in nobis omninò posse reperiri. Contrà quem cùm multitudinis frequentia, quæ tribunal circunsistebat, admodùm vociferata fuisset (erat enim inter illos illustris atq; eximius) simulq; Pręses

Mittuntur in carcerem

Vetius Epagathus Christianorum aduocatus.

Martyribus Epaghatus adiungitur.

propositam ab eo postulationem minimè tolerare posset, sed solùm istud ab eo quæreret, vtrum esset Christianus, ille tum, clarissima voce, hocipsum confessus in sortem & numerum martyrum relatus est, ac deinceps aduocatus Christianorum appellatus.

Decè à Christo deficiũt.

Dum hæc geruntur, alij fortè astabant animo planè fracto & molli, qui decem numero acrem certaminis impetum formidantes à confessione resiliebant. Qui profectò non modo magnum dolorem mentibus nostris & immensam acerbitatem inurebant, verumetiam aliorum, qui martyribus in acerbissimo cuiusq; generis cruciatu iacentibus, præsto semper aderant, alacritatem pænitùs retundebant. Nec tamen deerant, quotidiè, qui digni martyrij corona, illorum numerum supplerent. Cùm autem propter incertum confessionis metũ graui essemus metu perculsi, & ipse Praeses omnes passim perquireret, quidam, Ethnici nostrorum seruũ vna capti, tormenta, quę sanctos tolerare cernebant, reformidantes, Thyestęas cœnas & incestus Oedipodis cõtra nos falsò commenti sunt. Quæ sanè cùm essent fama & sermone hominum passim dissipata, omnes, velut immanes belluæ contra nos furere cœperunt: ita vt si qui anteà necessitudine nobis deuincti moderatius se gessissent, tunc veluti rabie quadam incitati, dentibus frendere, insanireque properare videbantur. Vndè decæterò sancti maiora quædam cruciamenta, quàm quæ possunt oratione explicari, sufferre cogebantur.

Calũnię in Christianos

Sanctus Diaconus.

Maturus.

Supra modum igitur & Præsidis, & satellitum, & multitudinis denique vniuersæ, lethale odium in Diaconum nomine Sanctũ, Viennæ prognatum, & in Maturum etiam recens quidem baptizatum,

sed generosum tamen Christi athletam, efferbuit: in Attalum porrò genere Pergamenum, columnam & stabilimentum continuum ecclesiarum quæ hîc sunt: in Blandinam deniq; virilis animi fœminam & omnibus cruciatibus longè superiorem tanta rabie debacchati sunt, vt cùm à primo mane ad vespe tam vsque eam omni suppliciorum genere affligissent, propè labore fessi languescerent, seque tam ab illa victos, tum nihil amplius habere cruciamenti reliquum, quod ei irrogarent, faterentur: atque adeò magnoperè mirarentur, quo pacto, cùm totum eius corpus ita dilaceratum esset, perseuerans spiritum duceret: palamque testarentur, vnum tormenti genus satis habuisse virium ad vitam ei eripiendam, nedum tam multis & variis opus fuisse. Verùm beata martyr, sicut generosum athletam decet, in ipsa fidei confessione vires colligebat, atque prolatio istorum verborum: Christiana sum, &: Nihil apud nos admittitur sceleris: erat dolorum, qui eam vrgebant sum ma leuatio, fomentum cruciatus, & cuiusq; molestiæ depulsio.

Attalus.

Blandina.

Blandinæ admiranda constantia.

Diaconus ille, Sanctus nomine, supra omnem humanum captum, verbera à carnificibus impacta toleranter sustinens, cùm scelerati illi carnifices assiduitate & magnitudine tormentorum sperarent se aliquid, quod indecorum & eius professioni parùm consentaneum videretur, ab eo audituros, ipse tanta animi celsitudine & constantia illis ex aduerso restitit, vt ne nomen quidem vel suum vel gentis vel ciuitatis vnde fuit, neque vtrum vel seruus an liber illis vellet dicere: sed ad omnia rogata, ita latino sermone responderet

Item Sancti.

Christianus sum: Vnde tam graui & acerba bile animus cùm Præfecti, tum tortorum contra illum inflammabatur, vt cùm nihil haberent supplicij, quod ei deinceps imponerent, ad extremum laminas æneas feruentes & ignitas tenerrimis corporis membris affigerent. At ille quanquam vulneribus & vicibus totus cruentatus, firmus tamen, constans, & immutabilis in fidei confessione persistit. Paucis verò pòst diebus cum rursus impij carnifices membris superiore cruciatu tumidis eadem supplicia accumulare vellent, vt illum tandem vel tormentis extinctum alijs horrori obijcerent, vel euictum à Christi cultu abstraherent, tantùm abfuit, vt eiusmodi aliquid in illo contingeret, vt etiam præter omnium hominum opinionem, corpus in illis posterioribus tormentis recreatum formam priorem atque vsum membrorum recuperaret: adeò vt secunda illa carnificina, non inflicta pœna, sed medicina per Christi gratiam adhibita videretur.

Laminis ignitis torquetur.

Videmiram Christi virtutem.

Porrò Biblidem vnam ex eorum numero qui inani formidine victi à confessione resilierant, cùm iam diabolus prorsus à se absorptam putaret, cupiens etiam per blasphemiam in Deum condemnationem eius augere, ad supplicium deducendam curauit, eamque velut fractam & ignauam, impia in nos & flagitiosa probra loqui impulit. At illa in tormento velut ex profundo somno excitata, præsenti supplicio quodammodò subnita de æterna gehennæ pœna seriò cogitare cœpit. Et contrà, quàm diabolus expectabat, malueolis Christianorum obtrectatoribus ex aduersò sic respondit: Quomodo eiusmodi viri liberos suos deuorare in animum poterunt inducere, quibus

Biblidis resipiscentia & constantia.

ens ne licitum quidem sit, sanguinem animalium
ratione carentium comedere? Atque ab eo tempo-
re se Christianam ingenuè confessa est, & sorti nu-
meroque martyrum adiuncta. At cùm tyrannica
crudeliaque illa suppliciorum genera frustrà im-
posita irrogataque viderentur, diabolus inuictam
martyrum patientiam Christi virtute firmatam,
longo carceris squalore vexandam suscepit. Igitur
alij in locis horrida caligine obsitis & plenis mole-
starum miserè iacebant: alij crassis compedibus
nexti distendebantur: alij fœtido odore & loci
angustia suffocati è vita excedebant. Non pauci ta-
men omnibus his malis coarctati, & cura omni
humanoq; solatio destituti superstites manebant:
et admirabili virtutis exemplo cæteros ad fidem
constanter tenendam tuendamq; incitabant: grato-
que sanè solatio subleuabant.

Moriuntur quidam pre carceris fœtore.

Dum hæc fiunt beatus Photinus vir & ætate (no-
nagesimum enim annum excesserat) & episcopa-
li honore & rerum gestarum gloria clarus, ad tri-
bunal propter corporis languorem gestatus est: v-
bi sanè præclarum fidei testimonium perhibuit.
Cùm enim a Præside rogaretur quis esset Christia-
norum Deus? respondit: Si tu ea re dignus fis, co-
nosces. Indè igitur asperè & immisericorditer
tractatus, varias plagas excepit, cùm ab his, qui
stabant in proximo, qui manibus pedibusque
crudeliosè in illum insultabant, tum ab il-
lis qui longiùs erant remoti, qui obnia quæque
in illum iactabant: idque propterea quòd ita se
malorum suorum causas vindicaturos arbitraren-
tur. Ille autem & decrepita ætate & nouis crucia-
tibus plane fatigatus in carcerem coniectus biduo
post animam efflauit.

Photini Episcopi martyrium.

His ita peractis Maturus, Sanctus, Blandina & Attalus die præstituto ad bestias ducebantur, quò publicum & commune gentilibus spectaculum, plenum inhumanitatis & sæuitiæ exhiberent. Atque Maturus & Sanctus in amphiteatro omnegenus tormentorum denuò subeunt, per inde ac si nihil cruciatus anteà perpessi fuissent, imò verò vt generosi Athletæ, qui modò aduersarium per varias certaminum vices strenuè profligassent, & postremum iam certamen pro corona in manibus haberent, de integrò tum verberum traiectiones, quibus homines illic plecti solent, sustinent: tum crudeles ferarum tractus, tum alia omnia cruciamentorum genera, quæ insana & furiosa plebs magna cum vociferatione alij aliundè illis infligi postulabant, tum ferreas denique cathedras & ingnitas membris eorum supponebant, quibus corpora miserè frixa & exusta astantibus horrorem sanè incutiebant. Cæterùm sancti cùm tantis supplicijs excarnificati nihil omninò de pristina animi fortitudine remitterent ad extremum securi percussi gloriosas certaminum suorum coronas perceperunt.

Maturus & Sanctus denuo immaniter cruciantur.

Securi cæduntur.

At Blandina trabi ligneæ sublimis affixa, præda bestijs incursantibus obijcitur: quæ quoniam & in crucis specie suspensa cernebatur & ardenter preces fundebat, magnam concertantium mentibus alacritatem iniecit. At cùm nulla bestia eius carnem tangere vellet, à trabe mox abrepta, in carcerem iterum truditur, & ad aliud reseruatur certamen, vt suo exemplo fratres pariter ad constantiam incitaret: quæ licet imbecillis & propè abiecta virgo esset, armatura tamen Christi induta & aduersariũ superauit & per illi-

Blandinæ præclara virtus.

illustre illud certamen coronam immortalitatis assecuta est.

Attalus itē clarus & magni nominis vir, importuno multitudinis rogatu ad supplicium euocatus ob rectè factorum conscientiam alacri animo certamen ingreditur. Ac cùm vndique per amphitearum circunduceretur, tabula in qua Latinis literis hæc inerat inscriptio: Hic est Attalus, Christianus illum præcedebat, cumque in eum petulanter admodum populus insultaret, Præses, vt Romanum esse cognouit, eum denuò ad carcerē cum reliquis remisit: vt Cæsaris sententiam de omnibus expectaret. Tempus verò, quod intereà intercedebat illosquidem neque ociosum, neq; infrugiferum fuit. Nam inter mortua Ecclesiæ membra, viuorū subditis fuerunt ad vitam reuocata: atque ita noua quadam lætitia mater Ecclesia exultauit, cùm eos, quos abortu tanquàm mortuos eiecerat, viuos & incolumes recuperasset. Cùm autem ad vitam essent restituti, viribus confirmati ad tribunal sponte accesserunt, vt iterum à Præside de fide rogarentur. Nam cùm Cæsar per responsum omnes Christi fideles tympanis torquendos esse renunciasset, eos verò qui fidem inficiarētur in celeberrimo Lugdunensium mercatu dimittendos; Præses beatos martyres, tanquàm gloriosum vniuersæ multitudini de illis spectaculum præstiturus, ad tribunal deduci iussit: & Romanos quidem municipes capitis, reliquos autem ad bestias damnauit. Ibi tum Christi gloria, in his præcipuè, qui antè fidem abiuerant, præter omnium Gentiliū opinionem, maxime illustrata fuit.

Attali certamen.

Resipiscunt qui à fide exciderant.

Constantia eorum qui anteà defecerant.

Cùm in quæstionem vocati fuissent, Alexander quidam genere Phryx, arte & sciētia medicus, doni &

Alexandri virtus & martyrium.

ni & muneris Apostolici nequaquàm expers, & omnibus eximiè charus cùm astaret tribunali & nutu fratres ad fidei confessionē hortaretur, & mente oculisque præclarum aliquid parturiret, populus, confessionem eorum, qui antè inficias ierant, ægrè ferens, contra Alexandrum tanquam eius rei caput & auctorē vociferari cœpit. Vbi verò Præses cùm instaret, scisciteretur q; quisnam esset, & ille intrepidè se Christianum esse responderet. Præses in furorem versus protinùs eum ad bestias condemnauit. Igitur postero die eandem cum Attilo dimicationem Alexāder ingreditur. Hi duo in amphitheatro omnes machinas ad eorum cruciatum excogitatas tanquàm præteruecti, maximumque certamen perpessi, ad extremum gladio feriuntur. Alexander autem neque ingemuit, neque verbum quidem vllum protulit, sed mente & cogitatione cū Deo sermones cōtulit. Attalus verò vbi in ferrea cathedra iam candenti esset impositus, & eius incendio ambustus, quando nidor & fumus è corpore in sublime ferebatur, Latino sermone multitudinem sic affatus est: Ecce, ecce, hoc, quod vos præstatis, est homines vorare. Nos verò neque voramus homines, neque aliud quicquam sceleris patramus.

Attali certamen.

Quibus omnibus confectis, postremo die singularium certaminum aduentante, Blandina & adolescēs Ponticus, circiter quindecim annos natus (hi autem quotidie ad reliquorum supplicia contemplanda introducebātur) in amphitheatrum adducti omnibus tormentorum generibus obiecti sunt. Sæuiebat contra illos asperè & ferociter vesana multitudo, & sine intermissione nunc hanc, nunc illum per ipsorum deos iurare impellebat. Cæterùm hoc nullo modo efficere poterant. Nam Ponticus,

Blandinæ & Pontici pueri martyrium.

ticus, qui à sorore erat exsuscitatus, vt gentes eam esse animaduerterent, quæ illum cohortata fuisset confirmassetque, post omnes cruciatus viriliter & magno animo toleratos, extremum spiritum edidit. Beata Blandina omnium postrema tanquam nobilis & generosa mater, vbi liberos animauerat ad pœnam, & victores ad Christum Regem præmiserat, ipsa eosdem cum liberis certaminum cursus remensa, ad eosdem lætitia gestiens, ac de ipso vitæ suæ exitu permagno gaudio exultans, properabat, non quasi ad bestias crudeliter proiecta, sed ad cœnam, sponsi amicè inuitata. Atque post verbera, post bestiarum laniatus, post sartaginis exustionem, ad extremum in rete inuoluta, tauri rictibus obiectatur. Quæ cùm ab animali illo diu multumque icta exagitataque fuisset, nullumque doloris sensum, propter spem qua Dei promissis firmè adhærescebat, dedisset, tandem esse iugulata gloriosissimam longi certaminis coronam promeruit. Vndè gentes ipsæ palàm testabantur, mulierē apud se nunquam tot tamque acerba tormenta tam constanter pertulisse.

En rarū supplicij genus Blādinæ adhibitum.

Verùm eorum rabies & crudelitas in Sanctos ne sic quidē exaturata fuit. Nam in cadaueribus martyrum suam deintegrò contumeliam cœperunt & maleuolentiam exercere. Etenim corpora eorum quos carceris pestifer odor & cruciatus suffocauerat, canibus laceranda obijciunt: & mēbra, quę nec pestis adhuc vorârant, nec ignis absumpserat, partim minutatim dilaniata, partim instar carbonum combusta, dies complures militū excubijs insepulta custodiunt. Vndè sanè magno mœrore affecti sumus: quòd neq; nox ad hāc rem aliquid afferre prę-sidij, neq magna pecuniæ vis eorū animos flectere,

Corpora Sanctorum canibus obijciuntur.

neque

neque preces vlla ex parte placare poterant. Postquàm verò sex dies cõtinuos sacra martyrum corpora sub diõ iacuissent, maximaque ignominia affecta fuissent: ab impijs & facinorosis carnificibus exusta, inque cineres redacta, in Rhodanum fluuium dispersa sunt: ne vllæ illorum reliquiæ super terram restarent. Ista verò eo consilio ab illis patrata sunt, quòd Deum se posse vincere, & illis regenerationem corporum prorsus eripere arbitrarentur: quòne vlla quidem (sic enim dicebãt) spes resurrectionis reliqua sit ijs: qui prompto atque alacri animo ad mortem properârunt. Eiusmodi persecutionis tempestas imperãte Antonino Vero, istis Christi Ecclesijs obtigit.

Cineres Sanctorum corporũ in fluuium spargunturr.

MARTYRIVM SS. MARCELLINI ET Petri. ex eo quod Damasus lector cõscripsit, & posteà Episcopus eorum sepulcrum nobili Epitaphio exornauit. Passi sunt anno Christi 302. Marcelli Papæ 6. sub Diocletiano & Maximiano anno Imperij eorum 19. sub Sereno Vicario.

Vide Baron. Annal. Tõ. 2.

Iunij 2.

VIgebat Romæ in Christi fideles sæuissima persecutio: quando inter alios Petrus clericus exorcista, sæpè confessus, sæpè est demissus in carcerem. Cùm autem in vinculis esset Arthemius carceris custos Paulinam filiam à dæmone lugebat arreptam. Cui Petrus: Si in Christum credis, Arthemi, salua erit filia tua. Ad quem ille: Miror valde imprudens consilium: nam licet tu credas, Deus tamen tuus te liberare non potest, inde quotidiè plagas & vincula pro eius nomine miser perferre cogeris. At Petrus: Non semper liberat nos Dominus noster: sed vult vt patiendo claram rem coronam consequamur. Si ergò cùm me vin-

S. Petrus mittitur in carcerem.

cula

...lis liberũ videris, paratus es credere, certus sum ...od ab his me Deus noster soluet.

Cõsensit Arthemius: & ne quid humanitùs pos... accidere, duplicat illi catenas & claustra quoq; ...rceris communiuit. Cùm verò abijsset domum, ...de his sermonem haberet cum Candida vxore, ...que hominem derideret, diceretque nimijs con...ctum afflictionibus delirare, & alienaloqui, illa ...rò prudentior commendaret: ecce ex promisso ...trus mox adfuit concitatus, Crucis trophæum ...nu gestans, cùm, quę tunc aderat vnà simul, Pau...a filia, corruens ad pedes eius, fuit, pulso dæmo...liberata. Perculsi illi his magnis prodigijs, cre...derunt: & vnà cum ipsis alij plures, qui in domo ...nt, ad Christum accesserunt: quin etiam & vici... fama rei gestæ exciti viri ampliùs trecenti, plu...verò fœminæ, conuenêre, qui omnes à S. Mar...llino presbytero lustralibus aquis expiati sunt. ...rò Arthemius in percepta Christi gratia totus ...ltans, ad eos, qui in vinculis tenebantur, abijt: ...nesque ad eandem gratiæ participationem be...gnè inuitauit. At illi & Arthemij oratione & di...na gratia excitati protinùs ad eius domum vene...nt: vbi ab eodem Marcellino ad Christum ad...cti sunt. Accidit autem peropportunè vt Sere...s iudex homo in Christianum nomen incredibi...furore accensus, aduersa valetudine laboraret: ...o tempore Marcellinus & Petrus iam baptiza...clariore disciplina confirmabant.

Miro modo ex carcere venit ad Arthemiũ, & Paulina eius filia sanatur.

Multi credũt in Christum, & baptizantur à Marcellino

Post dies verò quadraginta Serenus pristinæ va...udini restitutus per Commentariensem Arthe...o nunciauit, vt vinctos in carcere Christianos ...bunali offerret. Ille verò dimissis qui voluissent ...re Christianis, manè coram Vicario, quod à Pe-

tro

tro gestum esset, publicè narrauit: qui, his auditis, mox Arthemium ipsum custodem carceris mandat plumbatis cædi & catenis alligatum in custodiam trudi: Marcellinum verò & Petrum preconis voce admissos interrogat primò verbis pacificis; sed nihil proficiens, Marcellinum Christi nomen magna gloria prædicantem, pugnis grauiter cædi iussit, cæsumque mancipari custodiæ, ibi & supra vitri fragmenta nudum sterni.

Arthemius cæsus truditur in custodiam.

Marcellinus cæditur & dire cruciatur.

Post hæc de Petro quæstionem habuit, quam his iudex paucis absoluit: Nolo, inquit, existimes, te iterùm equulio & lampadibus esse torquendum: sed ad palum cras ligaberis, & feris lacerandus tradêris. Hisque dictis, recipi eum iubet in carcerem, & ligneo quoque compede coarctari: sed licet sæuiat iudicantis, hæcque præcipiẽtis immanitas, tamen qui in eorum curam ac ministerium inuigilat Angelus, soluit eum rursus, ac potius frangit vincula, ac demit eos è carcere, liberosq; ducit ad eos qui nuper fuerant baptizati, vt eos roborarent in fide iam breui passuros; eoque per dies septem perfuncti officio ad Serenum Vicariũ redire iubentur. Cùm interim iudex, non inuentis illis in carcere, Arthemium & vxorem eius Candidam atque Paulinam filiam comperisset esse Christianos, nec admoniti resipiscere & sacrificare voluissent, prolata in eos mortis sententia ruderum mole obruendos definiuit.

Petrus in carcerem ducitur.

Angelus ambos liberat.

Cùm autem ad supplicium ducerentur, Marcellinus & Petrus magnaque Christianorum multitudo eos affectantium illis occurrunt. His perterritis, qui eos ducebant, fugam arripuissent, nisi à Christianis retenti fuissent: quibus parentes distulerint eorũ necem tanto temporis spacio, quousque Marcellinus

ellinus Missas in proxima Crypta perficeret. Qui-
us absolutis, Arthemiũ gladio percusserunt, Can-
idam & Paulinam in Cryptam impulsas, vt ius-
um fuerat, obruerunt: Marcellinum verò & Pe-
rum sponte seipsos dantes arbori alligarunt, do-
ec quid de illis esset agendum, mandaret Serenus.
Qui eos vt maleficos, ne nouis prodigijs alios (vt
ustenus fecerant) ad Christo credendum impel-
rent, longiùs amandans ab vrbe, ad Syluam ni-
ram (quæ hodie in honorem illorum Sylua Can-
ida appellatur) perduci, ibique capite truncari
ussit. Quò cùm peruenissent Marcellinus & Pe-
rus seipsum osculo salutantes, flexis genibus, sa-
ras ceruices gladio submiserunt. Fuerunt tunc ex
hristianis qui viderunt animas eorum mira cla-
itate tanquam sponsas ornatas in cælum ferri. Sed
t Senatoriæ fœminæ Christianæ Lucilla & Fir-
ina, S. Tiburtij martyris propinquæ, diuinitùs
monitæ collegerunt corpora Marcellini & Pe-
ri, eaque in Crypta inferiori apud S. Tiburtium,
nuantibus eas duobus accolythis, sepelierunt.
verò, qui eos decollauit, nomine Dorotheus,
ulea sub sancto Iulio Pontifice pœnitudine du-
us, ætate grauis, reatum suum sacris aquis & co-
oso lachrymarum imbre expiauit: omnibusque
Martyrum gesta, & animarum eorum ad cælos
ntium immẽsam pulchritudinem indicauit:
sic demùm gloriosa confessione ad Saluatoris
isericordiam peruenit, qui viuit & regnat in se-
la seculorum.

S. Marcellinus Missas facit Arthemius cum vxore & filia perimitur.

Marcellinus & Petrus capite plectũtur.

Dorotheus baptizatur & pœnitentiam facit.

---

*ASSIO SS. PERGENTINI ET LAV-
entini fratrum martyrum. ex ea quæ est apud Su-
rium.*

Decius

Iunij 3.

DEcius Cæsar cùm furore in Christianos ebrius, varias cum ministris suis regiones peragraret, vt omnes religionis Christianæ cultores internecione deleret, tandem Aretium delatus multa ibidem de duorum fratrum Pergentini & Laurentini pietate & sacrarum literarum studio auditione percepit: quos statim Tiburtius, qui Cæsari à consilijs erat, suo conspectui offerri præcepit. Capti itaque à militibus, cùm ad tribunal ducerentur, Pergentinus ad fratrem conuersus: Mi frater, inquit, iam nostrum certamen propinquat. Cui Laurentinus: Noli formidare præsentis vitæ tormenta, sed illa potiùs quæ omnibus impijs & perfidis in omni æternitate constituta sunt, timeamus. Tum Pergẽtinus: Eamus igitur virili animo, spretoq; tyranni imperio, fidei nostræ præmia consequamur. Sed tu, inquit, frater iudici respõsa redde, qui me ad respondendum instructiores, & dicendi facultate vales plurimùm.

Offerentur iudici fratres.

Inter ea ventum ad Tiburtij cõspectum, qui eos insaniæ stultitiæq; arguere cœpit, quòd Christum à Iudæis in Crucem sublatum pro Deo colerent. At illi è contra Christi virtutem & diuinitatẽ prędicantes, potiùs insanæ mentis esse dixerunt, dijs omni turpitudine iniquitatis nullaque videndi vel audiendi facultate prędítis diuinos honores impiè tribuere. At Tiburtius quanquàm eo respõso martyrum ad iram prouocatus fremeret, illæsos tamẽ abire permittens, ait: Propter generis vestri nobilitatem in præsens quidẽ parco vobis, sed si secundò ad me delati fueritis, multiuarijs vos supplicijs excruciatos interficiam.

Abeuntes igitur omnibus iustitiæ ornamentis multò quã antè diligẽtiùs animos suos excoluere, & pa-

& precibus diuinique verbi prędicatione aliorum
etiam mētes clarissima sanctitatis specie ad Chri-
sti fidem allexerunt: Quorum studio & virtutibus
permoti infideles, iterùm compræhēsos ad Tibur-
tium adduxerūt immane vociferantes magicis eo-
rum artibus totum populū euerti. Quod cùm au-
diret Tiburtius è sede magno cum furore exiliens
dedit vestimenta sua, iussitq; Sanctos fustibus diu-
issimè cædi. Illi verò inter verbera Dei opem &
auxilium sine intermissione implorabant: & ecce
carnificum brachia subitò arefacta sunt, stupenteq;
Tiburtio, haud exigua astantiū turba vnà cum car-
nificibus, qui martyrum precibus restituti sunt,
Christum prædicârunt: eumque verum cæli ter-
ræque Dominum esse confessi sunt.

Secundò capiuntur & ducūtur ad tribunal.

Tum verò Tiburtius timore perculsus festinan-
ter martyres ad carcerem abduci, & cibo potuque
destitutos fœdoq; ergastulo reclusos relinqui iussit.
Illi autem post triduanum ieiunium & angeli-
ca visitatione & pane cælesti per eos allato refecti
sunt. Carcer verò immenso lumine illustratus cu-
stodes adeò exterruit vt viribus & sensu destituti
humi laberentur. Deindè illi qui crediderant vnà
cum Pergentina sorore eorum magnis cum mune-
ribus superuenêre, carceris custodes rogaturi, vt
sibi copiam ad Sanctos ingrediendi facerent. Sed
cum & carcerem apertum, & custodes humi stra-
tos mortuorum instar inuenirent, summo perfusi
gaudio ad pedes martyrum sese abiecerunt, mul-
tisque cum lachrymis precati sunt vt sese è mortis
periculo subducerent. Quod martyres constanter
recusabant, imò durioribus eos verbis increpabant
quòd oblatam cælestis gloriæ coronā blandimen-
tis suis eripere conarentur. Cumque hac via cha-

Cælesti pane reficiūntur martyres.

riſſima ſibi capita è carcere abſtrahere nō poſſent, obnixè per omnes ſanctitates rogarunt vt eorū ſaltem miſererentur, qui nondū vndis ſalutaribus expiati de ſalute periclitabātur. At martyres eis Cornelium quendam ſacerdotio initiatum indicārūt, vt illo in ſalutis negotio vterētur, qui eos iam ante & parentes ſororemq; eorum aquis luſtralibus tinxerat. Illi igitur his martyrū monitis acquieſcentes ad Cornelium abierunt qui viros circiter ſexaginta & fide inſtruxit & vndis ſalutarib' expiauit.

Illæſi calcēt ardētes prunas.

Martyres verò paulò poſt à Tiburtio ad idolū ſacrificandū euocati cùm eadem conſtantia recuſarent, ignitas prunas calcare iuſſi ſunt. Sed mox prunæ extinctæ ſunt. Tum iudex allatam, Iouis ſtatuam adorare iuſſit. At illi flexis ante ſtatuam genibus preces ad Dominum fuderunt: & ecce idolum mox inſtar ceræ liquefactum eſt. Tunc verò magni in populo animorum motus facti ſunt, & viri amplius ducenti ad Chriſtum conuerſi. Gentiles autem facto in Sanctos impetu, eos atrociter mactatos ac cæſos diutiſſimè, ſemiuiuos reliquerūt. Porrò Tiburtius prolata mortis ſententia capitis eos damnauit: quam læti extra vrbis portam exceperunt. Chriſtiani autem cum Pergentina ſorore eorum, noctu corpora martyrum ad mille ferè extra Aretium paſſus condiderunt.

Multi conuertūtur ad Chriſtum.

Plectuntur capite.

MARTYRIVM S. QVIRINI EPISCOPI Sciſciani. ex eo quod extat apud Suriū optima fide.

Iunij 4.

DIocletianus Imperator cùm diuerſis perſecutionum tempeſtatibus Chriſti Eccleſiam ventilaret, tum per Illyricum præcipuè in fideles ſæuiebat, multosq; egregia pietate facentes & Chriſti miniſtros ſacrilegis ſuis legibus, vel

parere

parere cōpellebat vel atrocissimis supplicijs confectos vita spoliebat. Inter quos Quirinus Scisciānus Antistes à Maximo Præside cōprehensus iussus est idolis immolare, ni mallet inauditis tormentis priùs excarnificatus vitam cum morte permutare: atque post mortē ignominia notari quæ nulla vnquam temporis longinquitate delenda esset. Cui Quirinus: Eam, quam tu mihi ignominiæ notam proponis, summa apud nos gloria est: & mors, quā minaris, si tamē promereor, vitam dabit æternam. Præses cernens viri constantiam istiusmodi minis non frangendam, fustibus eum cędi iussit, cęsum, ni resipisceret, Amantio Pannoniæ Pręsidi se trāsmissurum minatus est: qui suppliciorū atrocitate facilè illum superaret, vel certè morte crudelissima deleret. Post hasce verò minas amplissima ei dona & munera proposuit, & primam, inter honoratos Iouis sacerdotes, dignitatē obtulit. Quirinus verò Maximo respondens: An ignoras, inquit, summum apud nos sacerdotium esse, seipsum Deo vero & viuo sacrificium offerre. Ideoque si tu me maioribus supplicijs afficere pergis, tum maiore sacerdotij honore decorabis.

Quirinus cōprehenditur.

Præses ea martyris constantia victus ac pudore suffusus iussit eum cathenis oneratum in carcerem adduci. Quem vir sanctus lætus subijt, fusisq; proinde ad Deum precibus media nocte immensus splendor apparuit, tantaque admiratione Marcellum carceris custodem perculit, vt aperto carcere esse ad viri sancti pedes prosterneret: supplexque in numerum fidelium admitti postularet. Post triduum verò sacer Antistes ad Amantium Pannoniæ Præsidem transmissus est, à quo cùm de fide & religione interrogaretur tale respōsum dedisse fertur:

Mittitur in carcerem.

Marcellus custos carcetis credit.

Mittitur vir sanctus in Pannoniā.

Apud Scisciam verum Deum cõfessus sum. Ipsum colui semper, ipsum corde teneo. Neque tibi persuadeas velim, vllis vel minis vel supplicijs abeo me separandũ. Ad quæ Amantius: Miseret me ætatis tuæ, quàm tu mentis quodam furore contra naturæ leges crudeli supplicio obijcis. Sed resipisce, quæso, vitamque tuam deorum sacrificio redime, vt cana illa senilis ætatis prudentia cum gaudio & honore perfruaris. Cui rursus Quirinus: Ego à Deo meo didici, vt temporalem huius vitæ terminũ despiciam, si cupiã ad illam vitam, quæ nulla mortis intercisione clauditur, peruenire. Tũ Præses: quandoquidem nullis verbis animi tui dũritiẽ molliendam cerno, eris mortis tuæ exẽplo omnibus Christianis terrori: prorsus vt deinceps vitæ illos tedebit. Hæc cùm dixisset post alia atq; alia illata supplicia, iussit virum sanctũ molari lapide collo eius appẽso in vndas demergi. Cumq; de ponte in fluuiũ præcipitatus fuisset diutissimè supernatans, spectãtes fideles præclara oratione hortatus est, ne quẽ ea supplicia terrerent: néve suo exemplo fracti à confessione deficerent. Hæc aliaq; verbis sanè luculentis identidem repetẽs tandem submersus spiritum Creatori tradidit. Cuius corpus non longè ab eodẽ, quo demersus fuerat, loco inuentũ, honorificè à fidelibus in Scarabatensi basilica sepultum est.

Ligato ad collum. Saxo in flumẽ deijcitur.

Facta autem Barbarorum in partes Pannoniæ incursione, populus Christianus de Scarabensi vrbe Romam fugiens sublatum sancti martyris corpus secum asportauit, & via Appia tertio ab vrbe milliario, in loco qui ad Catacũbas dicitur, Sebastiani martyris sepultura celebri, condidit, extructaque nomini eius Ecclesia gloriosum certamen dignis laudibus prosecutus est.

Corpus eius Romã trãsfertur.

Vitam S. Bonifacij Archiepiscopi Moguntini & Martyris inueniet lector 14 Maij, vbi per errorem collocata est. Iunij 5.

VITA S. CLAVDII ARCHIEPISCOPI

Bisuntini. ex ea quæ est apud Surium fide bona. Interfuit Synodo Epaunensi, cui & subscripsit. Migrauit ex hac vita anno 4 Childeberti 3 Regis Francorum.

BEatus Claudius illustri Salinēsium siue Palatinorum Principum ortus familia, ad annum ætatis suæ vsque septimũ in domo parentum summa cura ac studio nutritus est. Indè liberalium artium disciplinis admotus præclaro dociliq́ue ingenio insignem eruditionem assecutus est, qua lubricos adolescentiæ annos tam egregiè moderatus est, vt nihil in eo puerile, nihil à summa prudentia aegrauitate alienum cerneretur. Inerat ei sermo sale sapientiæ mirè conditus, prorsus vt omnium in se studia & affectus prouocaret. Iunij 6. Familia eius.

Crescente verò prudētiq́ & sanctitatis eius opinione cùm iam vigesimum ętatis attigisset annum, contēpta militia seculari in Bisuntinæ ecclesiq́ Canonicorum collegium sese recepit: vbi in sanctis operibus & sacra doctrina breui temporis spacio adeò clarus euasit, vt in tota Burgundionum ditione parem sibi non haberet, quemadmodum ex editis ab illo lucubrationibus, quæ hodiè etiamnũ in Iurensi monasterio asseruantur, facilè perspici potest. Quotidiè, demptis Dominicis & solenniorib̃us diebus, ieiunabat. Crebrò noctes orãdo, legendo, meditando peruigil exigebat. Castitatis verò propositũ & mētis & corporis præcipuo quodam studio cõseruabat. Deniq; tanto virtutum splēdore lucebat, vt cuncti eum propter sanctitatis studium tanq̃ ciuem quendam cælestem sine fine mirarētur. Fit Canonicus.

Interim duodecimo à suscepti canonicatus eius anno, Bisuntinus Antistes aduersa correptus valetudine decedit: & ecclesia suo orbata pastore in luctu & lachrymis versatur. Cumque de eligẽdo pastore omnes soliciti dies noctesque precibus iungerent, eccè vox cælitùs demissa iubet eos, omissis lachrymis, beatum Claudium creare antistitem. Ea voce cuncti mirificè exhilarati virum sanctum confestim aduocant (recesserat enim ad parentes vt eam dignitatem, quam sibi imminere præuidebat, subterfugeret) & precibus lachrymisque cogunt, vt orbam pastore ecclesiam regendam tuendamque suscipiat. Victus his precibus, simulque ne diuinę resistere voluntati videretur, electioni consensit, quam Summus Pontifex ratam habuit cõfirmauitque: anno à Christo nato sexcentesimo vigesimo sexto. Factus autem Archiepiscopus eandem, quam priùs animi humilitatem ac modestiam in omnibus seruauit: placideque se ad omnes, quæ occurrere poterant, molestias viriliter ferendas composuit: annisque admodum septem cum summa sanctitatis laude eam dignitatẽ administrauit.

Diuinitùs designatur Episcopus.

Eo temporis spatio exacto, diuino eum amore magis ac magis perurgente, omnes mundi opes & pompas adeò fastidire cœpit vt episcopatu se abdicauerit: quò posset Christi spiritu suauiùs perfrui. Cumque varia cum animo suo, de loco, vbi Deo famulari posset, consilia agitaret, ab Angelo est admonitus, vt in S. Eugendi monasterio Bisuntinæ diœcesi finitimo, S. Benedicti institutũ complecteretur. Eò igitur se contulit vir sanctus, vbi tam præclaro perfectionis & sanctitatis lumine omnibus præluxit, vt Iniuriosus eius monasterij tũc Abbas, vir sanè eximia tum sanctitate tum prudentia mo-

Relicto episcopatu fit monachus.

ia monasterium ei regēdum obtulerit. Quod quidem vir sanctus cùm recusaret modestissimè, & omni via ac modo honores declinaret, post annos numen quinque Abbati Iniurioso cum magna metitorum copia ad Dominum migranti succedere vel inuitus coactus fuit. Fit Abbas licet inuitus.

Porrò in ea prælatura constitutus breui non ad suos tantũ sed ad exteros sanctitatis suę radios diffundere cœpit, prorsus vt & intra illa tecta parietesque angelorum in humanis corporibus quidam conuictus videretur: & multi omnium ætatum ac ordinum homines, Claudij consuetudine exemplisque incitati ad monasticæ vitæ disciplinã confugerent. Eius prælatũ regimen.

Anno autem quarto Childeberti Regis Francorum cùm iam annis quinquaginta seruis Christi in hoc monasterio multa cum laude præfuisset, deuenit planè ætate, leni quodam morbo correptus est. Idè magno lachrymarum imbre perfusus cæleste viaticum vltimum vitæ nostræ solatium recepit, atque ita defixis in cęlum luminibus sanctissimam animam reddidit Creatori. Corpus eius vsque in præsens in illa S. Eugendi ecclesia cunctis aduenientibus incorruptum & integrum monstratur innumeris miraculis coruscans. Moritur.

VITA S. NORTBERTI EPISCOPI *Magdeburgensis, & primi auctoris Ordinis Præmonstratensis. ex ea quæ est ab Hugone in regimine monasterij successore eius syncerissimè conscripta. Obijt diem anno Domini 1134. numeraturq; Sedis Magdeburgensis decimus quintus Episcopus.*

REgnante Henrico iuniore Cæsare Augusto, Paschali verò Summo Pōtifice Sedis Apostolicæ Iunij 6.

regimen administrãte, anno restauratæ salutis 1115 Nortbertus illustri Francorum & Germanorũ ortus prosapia, vir eximia & animi & corporis indole, summo Dei beneficio à miserabili errore certoque æternæ vitæ periculo, in quod cœca mente & iuuenili furore adolescẽs ruebat, ad rectum salutis iter reuocatus fuit. Natus fuit patre Heriberto, matre verò Hadevvige in municipio Xãctis, quod antiquitùs Troia dicebatur, cumq; haud ita seuera disciplina à suis educatus fuisset, atq; ab ipsis incunabulis profanos admodũ hausisset mores, adulta ætate, in aulam Imperatoris concessit: vbi domi forisq; in honore habitus ætatem aliquãdiù in omni seculi vanitate miserabiliter cõsumpsit. Indè aulicis iam planè imbutus moribus ad Fredericũ Coloniensem Archiepiscopũ, vbi pari mentis vesania per omnia vitiorum genera impetu consuetudinis abreptus est, se contulit. Veruntamen cùm altissimo peccatorum cœno sepultus quodammodo iaceret, ab alto pectore suspiria frequẽter trahebat: præsertim quando liquidò cernebat, quãtùm fucata & insidiosa voluptas à verò & solido gaudio distaret. Tandem verò summa animi ægritudine, quam ex istiusmodi voluptatũ nausea contraxerat, affectus, pedẽ ab aula retraxit, ac domi desidens expectabat, & quasi tyrocinia quædam futuræ conuersionis exercẽs apud se disponebat: & quicquid pauperrimus, quicquid afflictionũ, quicquid certaminũ accidere posset, infatigabili præmeditatione leuabat. Interitus itaque noua interioris virtutis gratia cùm dies instaret quo sacri ordines forent in ecclesia exercere celebrandi, vir Dei pia exultatione repletus, festinanter Fredericum Archiepiscopũ adijt, eidemque ad pedes procidens, cum lachrymis & gemitu peccã-

Parentes eius.

Fit in honore apud principes.

peccatorum suorum veniam postulans omnia sua consilia & cogitationes de imitatione Christi exposuit. Deinde ne se à sacrorum Ordinum communione repelleret rogauit. Antistes vehementi admiratione commotus primo conticuit, cumq; vir Dei vehementius instaret & precibus lachrymisq; vim inferret, Fredericus agnita virtute dexteræ excelsi tandem annuit, certus omnipotentem Deum præclarum aliquid per eum moliri.

Interim adueniente die Ordinationi præstituto inter alios Norbertus corporis ornatu elegantissimus aduenit, cunctis spectaculo rei nouæ commotis. Cumque custos sacrarij sacras ei vestes offerret, ille, in cuius pectore Spiritus sanctus iam tẽplum suum inchoauerat, astanti sibi famulo annuit, vt vestem pelliceam agninam, quam ad huiusmodi opus præparari iusserat, depromeret. Qua recepta, cunctis ad spectaculum auidè confluentibus, indumentum auro gemmisque fulgens, quo indutus erat, reiecit: vesteque vilissima & loci illius hominibus prorsus insolita sese alacer induit: ac fune præcinxit. Tunc ad sacrarij custodem manum conuertẽs, oblatis ornamentis ad sacros Ordines ritè suscipiendos se composuit. Sacris ergò omnibus initiatus ne pallio tenus philosophus foret, omni sibi ope extendũ putauit, vt illa exterioris humilitatis indicia ad intimos animi recessus transferret. Cõfestim egitur ad Sigebersense monasterium, quod tunc opinione sanctitatis celebre habebatur, sese contulit, vbi diebus admodum quadraginta diuinum numen intenta supplicatione propitiare sibi non desistit.

Hæc est mutatio dexteræ excelsi.

Degit aliquamdiu in Sigebergensi monasterio.

Indè domum reuersus sacro presbyterij numero apud suos (erat enim maioris Ecclesiæ canonicus)

ſanctiſſimè fungi cœpit. Cùm verò die quodam celebriori Decanus cæterique vrgerent, vt ſacra Miſſæ myſteria perageret, paruit ille: ſed vbi lecto Euangelio ad oblationem pergendum erat, zelo quodam diuini feruoris mirabiliter accenſus, ad eccleſiæ veſtibulum ſe conuertit, ibidemq; adeò luculenter conuocata concione de breuttate vitæ huius eiuſque vanis & perituris gaudijs diſſeruit, vt non pauci quos pręceps in omnem licentiam natura cupiditaſque corruperat, eius ſermone permoti ad meliorem frugem ſeſe receperint. Poſt hæc verò non deſtitit palàm, priuatim, opportunè importunè, corruptos hominum mores & præcipuè canonicorum corripere, hortarique omnes vt datum ſibi tempus ad negotiationem ſalutis æternæ diligenter expenderent. Cùm autem multas propterea inſidias & perſecutiones pateretur, iterum ſe ad Sigebergenſe cœnobium conferebat, aliquando verò ad canonicorum monaſterium, cui Roda nomen eſt, ſepius autem ad Lidulphum quendam miræ ſanctitatis & abſtinentiæ virum eremiq; cultorem inſignem: ad quos ideò diuertebat vt feſſum ſpiritum & mundanæ cõuerſationis puluere aſperſum diuinis ſermonibus purgaret recrearetq;. Indè rurſus ad intermiſſum prædicationis munus redibat. Et quia diuinæ gloriæ ſalutiſq; omnium mirè ſtudioſus erat, ne quid impedimento eſſet quo minus liberè diuini verbi ſemina ſpergere, & vberes indè fructus colligere poſſet, primò quicquid beneficiorum & reddituum, quibus plurimùm abundabat, in eccleſia conſecutus fuerat, Archiepiſcopo reſignauit: paternamque hæreditatem cum lautiſſima ſuppellectili pauperibus benignè diuiſit, nihilq; ſibi ex omnibus, præter decẽ marcas argenti, & mu-

Cum multo feruore concionatur apud Xanctẽſes.

Lidulphus eremita.

Abdicat beneficia eccleſiaſtica.

Venit omnia ſua-

lam

m reseruauit. Hoc tam exiguo viatico instructus
xemplo Patriarchæ Abrahę spoutaneam adijt pe-
grinationem. Cumq; ad castrum quoddam Hoyũ
omine peruenisset, ibi quidq; habuit pecuniarum,
cum id in Christi domini gratiam pauperib. di-
ribuit. Indè rectà, ad Gelasium Papam, qui pascha
successerat, contendit: cui cũ animi sui propositũ
agna animi submissione panderet, Pontifex viri
ncti ingenio & morib. delectatus eum secũ reti-
re voluit. At Nortbertus, ne id fieret, qualiter se-
sum in aulis regũ ac pompis pontificũ lasciuien-
dissipâsset, exposuit; orans atq; obsecrans, vt qđ
liquũ esset, in studio pœnitentiæ & salute proxi-
pcuranda exigere cõcederet. Põtifex igitur visa
minis cõstãtia & animi ardore publico diploma
euangelij munus ei cõfirmauit. Quo fretus, Nort
rtus nude pede, tunica lanea indutus, sine tecto,
certo domicilio, in op⁹ euãgelij tota mẽte acvir
incubuit. Tãta. n. mẽti eius in Deũ inerat fiducia
charitas, vt nec frigoris asperitas, nec inedia nec
poris lassitudo ab eo, q̃ cœperat, illũ reuocaret.

Pontifex Gelasius ei facit concionandi potestatem.

Cum igitur lætissima Euangelij sata vbiq; semi-
et tandem Valencenas delatus vnum ibidem è
rchardi Cameracensis episcopi familia suæ præ-
cationis comitẽ inuenit. Is erat Hugo vir iam an-
miro religionis studio incensus, qui sanè fidelẽ se
uini verbi ministrũ exhibuit. Eo adiutore multo
dẽtius in Euãgelij munere versari cœpit, prorsus
nõ tm̃ mansuetos humilesq; & ad studiũ pietatis
spõtè propẽsos, sed feros quoslibet & barbaros
omines aggredi nõ dubitauerit: vt instar boni agri
læ non tantũ rectas & fructuosas arbores, sed et-
m deprauatas excoleret. Inprimis autem pacis
nciliandæ fuit studiosissimus, tantaque soler-

Venit Valencenas.

Hugo se ei adiungit.

tia

Pacis est studiosissimus.

tia in mortalium animis à discordia ad vnitatem traducendis, vt vbicunq; pedem poneret, homines illum vt pacis & concordiæ angelum venerarentur. Et sanè quos rationibus à veteris odij rixis reuocare non poterat, diuina virtute vel inuitos à tetra peste liberabat. Cùm aliquandò in villa Cobrois de pace & cõcordia ad populum verba habuisset, fuit à concione quidam ad eum delatus quem inuidiæ tabes miserè confecerat: qui tamen viro sancto optimè monenti nullo modo aures præbere volebat: imò cùm acriori verborum stimulo premeretur, foras exiliens equum ascendit (miles eum erat) vt fuga se è conspectu viri sancti proriperet. Sed cùm admotis equo calcaribus fugam tentaret, equus in ipso vestigio immobilis perstitit: prorsus vt omnium cachinnis miser exciperetur. Northbertus interim precibus insistebat, ad quem reuersus supplex miles sceleris suum agnouit, prostratoq; in terram corpore veniam petijt.

Vide miraculum.

Gelasius Papa moritur & Calixtus succedit.

Hoc eodem anno, qui fuit seculi istius iuã. Gelasius Pontifex Maximus vita functus est, in cuius locum Calixtus Viennensis antistes summo omnium Patrum consensu substitutus est: qui cognita Northberti probitate ac vitæ sanctimonia voluit eum ecclesiæ B. Martini, quæ in suburbio Laudunensis est, cum potestate præesse. Quod munus obedientiæ cùm subterfugere non posset, admisit quidem, sed cùm degentes ibidem canonicos vita & moribus dissolutos ad seueriorem disciplinam reuocare non posset, noluit ibidem diutius oleum & operam perdere, neque tamen loco excessit sed pietatis pietatis operibus strenuè sese die noctequeexercens, Pontificis voluntatẽ præstolabatur.

Interea à Bartholomæus Laudunensis antistes hominem

...inem quibuscunq; modis poterat fouere, & quo-
...dianis precibus fatigare non destitit, vt aliquem
...manendi locum in Laudunensi episcopatu ex
...nibus eligeret. Circumducebat eum quotidiè,
...quæ fortè ecclesia, si qua solitudo, si qua terra
...ta vel inculta arrideret. Victus tandem ipsius &
...orum precibus, locum valdè desertum & soli-
...ium, qui ab incolis antiquitus Præmonstratum
...cabatur, delegit. Transacta igitur hyeme, vir
...Cameracum abijt, vt ibidem pro more, diuini
...bi semina iaceret. Ibi verò cùm de iustitiæ pul-
...titudine & suauissimo Christi iugo dissereret,
...dam egregia indole iuuenis Euermodus, statim
...ctis omnibus, ei adhæsit, tamque arcte intimo
...oris vinculo ei colligatus est, propter admirabi-
...rtutis studium, quod oculis intuebatur, vt non
...mortis violētia se ab eo separari passus sit. Per-
...ens deindè Niuellam, alium quendam pari pie-
...ac virtute iuuenem, Antonium inuenit, qui si-
...ter in eius disciplinam magno spiritus ardore
...cessit. Hi duo & tertius, quem priùs receperat,
...ces & fundamentum fuêre futuræ multitudi-
...quæ paulatim subsecuta est. Ante verò quàm
...ella discederet, procacem dæmonem è puel-
...odenaria, quam miserè valdè exagitabat, e-
...

Præmonstratum sibi deligit vir Dei

Quidam se ei adiungūt.

...ndè Coloniam abiens, fuit honorificè admo-
...à clero populoque vniuerso exceptus. Decre-
...ibidem vir sanctus fratribus suis aliquod pie-
...domicilium erigere, illudque sanctorum re-
...ijs, quarum fœlix Colonia diues est, quàm de-
...ssimè exornare. Hac de causa ipsum Archie-
...opum adijt, qui ei benignè omnia concessit &
...rendi reliquias potestatem fecit. Qua obtenta,
indi-

Vir Dei venit Coloniam.

indicto suis ieiunio, diuinam opem instanter implorauit, vt præciosa virginum & martyrum corpora, quę varijs in locis abdita nõ dubitabat, ostendere dignaretur: & ecce nocte vna, virgo quædam, ex numero vndecim millium, cuidam pervisionem & nomen & locũ vbi iacebat, designauit; quod manè integrum inuentum est. Sequenti verò die, Norbertus diuinitus admonitus, in medio monasterij S. Gereoni martyri sacro, vbi nullum alicuius sepulchri patebat vestigium, terram aperiri præcepit, vbi corpus S. Gereonis nobilissimi martyris integrum, absque cerebro, repertum, honorificè & cum omni diligẽtia collocatur. Susceptum estque corpus cum festiuo gaudio, & honore tanto martyre digno, parsq; inde viro sancto data; quod reliquum fuit magnificè à clero & populo repositum. Assumptis, non diu pòst, reliquijs, collectoq; fratrum collegio, quos Deo prædicationis verbo genuerat, reditum maturauit. Cumq; iam nominis celebritate vbiq; clarus, Namurcum veniret, nobilis comitissa Ermensendis, eum excipiens, villam ei Floreffiam obtulit, vt eam religioni cõsecraret, & monasterio, diuino cultui accommodato eternaret. Accepit vir sanctus piã matronę voluntatem egitq;, vt debuit, gratias, ibidemq; altero reliquiarum vasculo relicto, Premonstratum festinauit.

Inuenitur corpus integrum sanctę virginis.

Item S. Gereonis.

Monasteriũ Floreffiæ.

Adunatis igitur clericis fermè quadraginta & laicis quamplurimis, visum est viro sancto deliberandum religione quàm maximè ad Dei gloriam & animarumq; salutem consulere. Ad eamquippe diem communi tantùm officio ac pietate ducti, sine certis ac proprijs legibus vixerant. Ergò precationibus, ieiunijs, & sacrificijs, in eam rem, quam accuratissimè adhibitis, placuit post alias atque alias con-

Amplectitur cum suis regulam S. Augustini.

consultationes, nominatim in regulam beati Augustini iurare.

Interea pium hoc religionis institutum maiorem in modum crescere cœpit, multique certatim, ad militiam spiritalem, Nortberto nomina dederunt. Cumque locus ille planè incultus, arbustis, & paludibus, & cæteris incommodis occupatus, multis horrorem incuteret, suaq; asperitate Dei famulos terreret, Nortbertus, intenta supplicatione, diuinam mentem consuluit, vt alium quendam ædificandæ magis idoneum ostenderet: & ecce per visionem, eo in loco vbi nũc ecclesia sita est, Christus in cruce pendens apparuit: ad quem, ex quatuor mundi partibus, innumerabilis peregrinorum multitudo confluere videbatur. Loco autem hoc modo cælitus ad ædificandum assignato, mox vir sanctus fundamenta iacere, & architectos operi necessarios præficere non distulit: vt dum ipse ad extera loca, animarum saluti daturus operam, exterreret, illi sine intermissione operi, instarẽt. Sed accidit vt dęmon, his tam fœlicibus successibus incidẽs, insidias fratribus moliretur. Ipsa meridiana hora, dùm quisq; pro viribus labori incũberet, ecce tibi armata phalanx (dæmonum hoc præstigium erat) in eos impetum facit. Illi verò non segniter resistendum se comparant, arreptisque, quæ sibi offerebat, armis, irruentes repellere conantur. Cumque diu multumque certatum esset, quidam fratres aliundè venientes, quorum illi ijs præstigijs minimè tenebantur, illos insanos correptos existimabant. At illi qui pugnabant; non aspicitis, aiunt, quanta nobis vis ab inimicis feratur. Iam pænè in frusta concisi, summo cum dolore, morimur, & vos insaniam esse dicitis?

Visio de Præmonstrato.

Dæmon eos infestat quibusdam præstigijs.

Tunc

Vide vim aquę sacratæ & S. Crucis.

Tunc fratres scientes eos infestatione dęmonum illudi, aquam benedictam sparserunt, signoque crucis malignorum spirituum turbam in effusam fugam compulerunt.

Simplicioribus quibusdam illudit dæmon.

Sed quanquam hoc modo victi è prælio excedere cogerentur, nequaquā tamen victoriæ spem abiecerunt: sed nouis semper insidijs, præcipuè idiotas simplicioresque, agressi sunt. Et quidem nonnullos, quos per carnis illecebras arctius aliquandò possederat, falsa suæ illusionis sapientia ita replerunt, vt qui priùs literarum planè rudes, ne legere quidem nouerāt, iam ex libris magna quædam dicerent: & quasi prophetico afflati spiritu, stupenda prædicerent. Et sanè eo vsque progressa erat dæmonis arrogantia, vt in Angelum lucis mirè transmutatus, in publica concione, sermonem ad eos instituere non dubitaret. Et tamen miseri diuinitus se afflatos esse putabant, dæmonūq; præstigias diuinæ virtuti impiè ascribebant. Hæc autem omnia, viro sancto absente & Euangelij operi intento, acciderunt: cuius aduentu & dæmonis fraudes dissipatę & obsessa ab eo corpora liberata sunt.

Comes quidam conuertitur & fit monachus.

Inter hæc fama viri Dei, rerum gestarum gloria admodum celebris, longè lateque percrebruit, & ad aures Godefridi Comitis VVestphalię peruenit. Is sanctitate viri permotus, relictis omnibus, in eius disciplinam se tradidit. Certamen ingens. Vxor, frater cognatiq; oēs eius proposito se opponebant ac totis viribus reluctabantur. Sed cùm ille, monitis Nortberti instructus, egregiè pugnam sustineret, non modò vxoris vicit blanditias, sed fratrem etiam adeò permouit, vt leonino deposito furore, vnà cum illo religionis habitum susciperet.

Post hæc Nortbertus, vt Pontificis diplomate

institutam à se religionem firmaret, Romam pro-
fectus est: vbi à Papa Honorio honorificè suscep-
tus quidquid iustè petijt, ab eo, liberaliter admodũ
impetrauit. Indè verò Herbipolim iter habuit, quæ
ciuitas, pastore tunc temporis orbata, magno in lu-
ctu versabatur. Aduentu autem viri sancti nonnihil
recreata petijt ab eo, vt missam celebraret, hostias-
que Deo pro vtroq; orbatę lumine salute offerret.
Paruit ille, & eccè mulier peracta oblatione acce-
dens, afflaturis eius, visum recepit. Post hæc vir
sanctus maioribus indies miraculis clarescens, ad
Antuerpiensem ecclesiam gubernandam euocatus
fuit, quæ propter pastoris sui negligentiam & mo-
res planè corruptes, per præceps, in vitia ruebat &
per multos errorum aufractus, miserè deuiabat.
Qua occasione arrepta, seductor quidam & miræ
subtilitatis hæreticus, Tanchelinus numine, in ea-
dem gente, locum suæ imposturæ inuenit. Is cùm
ex occasione in hominum cœtus sese insereret, ver-
bisq; venatis, clericorum vitam ac mores summam
in inuidiam vocaret, eò dementiæ populum per-
traxit, vt lectiones eius biberent & reliquiarũ loco
disportantes, reconderent. Prætereà filias, in ma-
rum præsentia, sponsasq;, maritis videntibus, cor-
rumpebat, eosq; infœlices dicebat, qui huic nefariæ
coniunctioni misceri non meruissent. Hæa aũt de-
testanda hominis impostura, tam altas radices ege-
rat, vt ne post mortem quidẽ eius extirpari posset:
Erat duodecim clericorum congregatio, ab Episco-
po, in subsidiũ sacerdotis, qui solus, in Ecclesia D.
Michaeli sacra versabatur, instituta esset. Tum ve-
ro clerici euidenti necessitate compulsi, patri Noit-
berto, eiusq; fratribus, summa Episcopi voluntate,
tunc ecclesiam, cum quibusdam redditibus, tradi-

Romæ vir sanctus honorificè à Pontifice excipitur.

Cæcæ restituit lumen.

Venit Antouerpiam vir Sanctus.

Tãchelinus hęreticus dementat Antouerpienses.

derunt : confidentes, quòd Deus eorum meritis mortiferæ pestis auferret sæuitiam, & depulsis ignorantiæ tenebris, lumen veritatis repararet. Suscepta est ecclesia & clerici, eodem in oppido, aliam virgini Matri sacram ædificarũt, quarum vtraque, in hodiernum vsq; diem, Dei seruitio mancipata permanet. At Pater Nortbertus assumptis fratribus & pietate & eruditione præstantibus, mortifero vulneri salutare medicamentum adhibere cœpit, breuiq́ue, Deo bene iuuante, pestem ità profligauit, vt homines vtriusque sexus plurimi, lustris lachrymisque, ob contractas animi sordes, deformati, sacrosancta corporis & sanguinis Domini mysteria, quæ in cistis & foraminibus per decem aut quindecim & eo amplius annos abdiderant, viro sancto tum demùm proderent.

Ecclesia beatæ Mariæ extruitur Antuerpiæ.

Cùm aliquando noctem totam insomnem orando transegisset, astitit retrò eum sathan, horribilis vrsi aspectu, dentibus & vngulis impetum in eum faciens. Cumq́ue primò sanè expauesceret, mox tamen cognitis persecutoris sui insidijs, in fugam eum, virtute diuinorum verborum, compulit.

Per eos dies religione optimè iam ac firmissimè constituta, vt sanctissimam Christi fidem latius propagaret, fratribus suis vltimùm vale dixit, certamque pecuniæ summam, quæ in alimenta cẽtum viginti pauperum sufficeret, dono dedit: idq; eam ob causam, quòd aliquandò fratribus succẽsuerat, quòd se absente, quingentos pauperes, extrema famis tempore, alendos sumpsissent. Eam offensionis notam culpamq; vt expiaret, posterisq; beneficentiæ exemplũ relinqueret statuit, Assignata certa pecuniæ portione, præfatũ numerum perpetuò ibidem alendum.

Liberalitas Præmonstratensium in pauperes.

alendum. Hoc postremo virtutis exemplo suis relicto, iter ingressus est: ac primò Spiram delatus, inuenit Saxones & Clericos Parthenopolis ciuitatis, coram Lothario rege congregatos, vt Archiepiscopum Parthenopolitanis patre orbatis eligerent. Nec longa fuit consultatione opus, cùm protinus aduenienti Nortberto omnium suffragijs, volenti nolentique, ea dignitas obtrusa est. Cumq; vir sanctus, graui dignitatis sarcina onustus, ad sedem duceretur, conspecta procul ciuitate, ilicò detractis sibi calceis, nudis pedibus incedebat. Inde cum iam ad aulam ventum esset, & alij viri principes, magno vestium splendore fulgentes, ingrederentur, Nortbertus, vili amictus pallio, ab ostiario non agnitus, repulsam patitur. Dicebat enim: Iam ingens pauperum numerus intromissus est, non decet, vt te importunè ingeras & principem, ante alios, locũ præoccupes. Hæc cùm alij ponè sequentes, cernerent, magnis vocibus, ianitorem increpare cœperunt, & illum ipsum quem repellebat, antistitem esse clamabant. Tum ille confestim fugiens, latitabat, patre Nortberto eum reuocante & subridendo, dicente. Ne fugias, mi frater. Melius enim me nosti & perspicaciori oculo intuetis, quàm illi, qui ad tam alta palatia me compellunt, ad quæ non debueram qui tam pauper & abiectus appareo, sublimari.

Creatur vir Dei Magdeburgi Episcopus.

Vide Sanctã viri humilitatem in iãto honore.

In eo igitur honoris fastigio constitutus, mox animum ad dissipata & à principibus, per fas perque nefas occupata ecclesiæ bona colligendã appulit quò haberet vndè pauperum necessitatibus, pro viribus (sicut decet episcopum) subueniret. Hic quàm ingentem molestiarum cumulum deuorauerit, dictu est difficile, cùm ij, qui priùs im-

mensis laudibus eum extulerant, tunc, propter sacram auri famem, vituperijs & improperijs deijcerent. Sed nihil mouebant virum sanctum improborum calumniæ: qui sua constantia non modo dineptas ecclesiæ possessiones recuperauit, sed amotis etiam clericis, quorum vita, ab omni spe melioris frugis longè aberat, ordinis sui fratres in ecclesiam, cui præsidebat, introduxit: perpetuisque temporibus Dei cultum, ab ijsdem ibidem prosequendum, constituit. Fremebant interim Saxones, fremebant Parthenopolitani, ac diris odij & inuidiæ stimulis concitati, nefaria de eius morte consilia captabant. Aderat dies, memoria vltimæ illius cœnæ à Christo cum discipulis peractæ celeberrimus, quo homines contractas animi sordes per sacram confessionem eluere solent: cùm ecce quidam, sub specie pœnitentis, pallio amictus, ad Episcopum intromitti postulat. Cumq; semel atq; iterum repulsam passus esset, tandem, cum alia populi multitudine, irruit. Sed mox vt conspectui ministritis oblatus est iussus pedem vlterius non inferre, substitit. Tum aduocatis ministris pallio, quo induitus erat, spoliatus est, sub quo cultellum, vtraque parte acutum, abdiderat, vt eo ipso viro sancto necem inferret. Quæsitus deinde cur sic armatus venisset, tremens stupeusq; vtpotè nefandæ crudelitatis sibi conscius, ad pedes viri Dei se abiecit, seq; ad necem illi inferendam, à viris quibusdam primarijs, promissionibus inductum esse confessus est. At vir iustus, hilari facie & vultu sereno: Quid mirum, inquit, si hostis antiquus, per instrumentum suum, hæc in nos molitur, qui in hac sacratissima nocte, ipsum caput nostrum, Christum Iesum ijsdem insidijs aggredi non dubitauit. Alia verò quadam nocte, Cle-

Sicarius specie pœnitentis immittitur ad cædendum virum Dei.

Clericus quidam nefarius, ex insidijs, eum ad diuina properantem petiuit, sed errore deceptus, alium pro eo vulneribus concidit. Neq; hîc tamen inimici rabies conquieuit, sed nouo quodam furore, populum vniuersum adeò in virum sanctum concitauit, vt strictis gladijs, diuinis in templo rebus intentum peteren, Neque non priùs recessuros clamitarent, quàm pontificem suum, mortis, vt ipsi dicebant, reum vita ac dignitate spoliassent. Hic autem tantus populi furor, ex sparsa de viro sancto calumnia, originem traxerat: quòd nimirum, cum vniuerso Ecclesiæ thesauro, fugam meditaretur. Iamque eò rabies eorum peruenerat, vt quidam ex eis, qui antistitem iam trucidatum existimabant, vnum ex eius cubicularijs fœdis vulneribus miserè laniarent; cùm ecce vir sanctus contempto mortis periculo, in mediam turbam prosilijt, vt ab alijs sibi chariſſimis, suæ potius vitæ interitu, mortem propulsaret. Cernens autem eum ille idem, qui ministrum eius, mortiferis concisum vulneribus, pene exanimem reliquerat, diabolico furore plenus, euaginatum eumque cruentum adhuc gladium, summis viribus in eum vibrauit, sed ictus quanquam sanè validus, nullam omninò lęsionem; cunctis ad tantæ rei miraculum stupescentibus, viro sancto inferre valuit. Neque tamen potuit concitatus semel furor tam præclaro etiam miraculo sopiri: sed paulò pòst, coactis iterùm peruersis conuenticulis suis, sese delusos asserebāt, sensusque arte magica ac tenebrarum caligine perstrictos fuisse dicebant, quod hominem illum vinere permisissent, qui honorem ipsorum, dignitatemque vrbis violare non metuéret. Consultatione itaque nefaria habita, certa dies cædi eius

Seditio populi excitatur in virum Dei.

Illustre miraculum.

destinata est, & ne qua ratione, ab audaci facinore tardarentur, statutum est, vt singuli certam vini mensuram exhaurirent, quo mente magis effrænata sanguinem funderent. Estque prætereà inter ipsos sancitum, vt quicunque decreto huic non obediret, domus eius, totaque suppellex direptioni subiaceret. Adfuit intereà dies præfixus, cùm subitò ciuitas immensis clamoribus perstrepere cœpit. At sacer antistes, comperto nefario eorum conatu, quòd fratres eius, ecclesia eijcere vellent, subridens, ait: Plantatio, quâ plantauit pater cælestis, eradicari non potest. Ipse tamen eorum furori cessit, & in suburbiũ ciuitatis, ad Abbatim S. Ioanni sacram concessit, inde Hallam ad quoddã episcopatus sui castrum: sed ab inimicis præoccupatum inuenit. Inde omni humano auxilio destitutus, totus ad opem diuinam, de more, confugit, qua tantum valuit, vt omnium voluntates repente immutatæ fuerint: vt qui ad perimendum venerant, ex hostibus, in defensores prodirent. Et has quidem aliasque graues, sanè molestias, anno pontificatus sui tertio pertulit, quinq; verò alios, quos in ea functione compleuit, maiori tranquillitate, ac fructu animarum vberrimo exegit. Cùm enim & nominis eius fama, bonusque odor virtutum manaret, quotidie latius, vndiq; ad eum concursus fieri cœptus est: vt à viro tanto tantaque constantia, in rebus dubijs & afflictis & consilium & opem peterent. Quibus ille sanè benignè admodùm cõsulebat. Bonos incredibili amore complectebatur, schismaticos & sanctæ Ecclesiæ perturbatores persequebatur, pauperes & orphanos viduasque, singulari patrocinio defendebat, ac larga manu sustentabat: deniq; cunctis se affabilem ac comem exhibebat.

Nouus in eum tumultus excitatur.

Inter

Inter hæc fuit ab Innocentio, qui ad summi pontificatus honorem ac regimen legitimè electus fuerat, euocatus, vt secum vnà Romam pergeret. Quidam enim Petrus Leo dictus, vi atque armis, sanctam sedem inuaserat, humanisque viribus fretus, contra Innocentium sese munierat: vt, si fortè vis inferretur, eam summa contentione propulsaret. Itaque vt sacrilegum illum, quem spiritalis gladius, quo iam sæpissimè concussus fuerat penetrare non poterat, materialis tandem conficeret, expeditione in Italiam facta, Romam peruenerunt, Papamque Innocentium, inuitis hostibus & aduersarijs, in sancta sede collocarunt. Eo negotio fœliciter peracto, Nortbertus Parthenopolim reuersus est, vbi non diu pòst, graui ægritudine correptus, eadem, post menses quatuor, pœnitus confectus, è vita migrauit, anno Restauratæ salutis millesimo centesimo trigesimo quarto. Octauo Idus Iunij. Pontificatus Innocentij Quinto, regni verò Lotharij nono. Corpus eius diebus aliquot inhumatum, in maximis æstatis caloribus, ab omni corruptione ac fœtore illæsum permansit: ac tandem, cum multis suorum lachrymis, præ desiderio eius, fusis, ante Altare Sanctæ Crucis, in medio monasterij sepultum fuit. Indè verò, post annos aliquot, vt tanti Patris memoria perpetuò ante oculos eorum versaretur in claustrum illud transtulerunt, vbi in tumulo honorificè adornato conquiescens, diem, certa resurrectionis & gloriæ spe expectat nouissimum.

Petri Leonis Antipapæ nefarij actus.

Innocentius in sua sede collocatur.

Fœliciter vir sanctus migrauit à corpore.

VITA S. PAVLI ARCHIEPISCOP. Constantinopolitani, contra impietatem Arrianam bellatoris egregij. Martyrium subijt anno Domini 355. Arbetione & Lolliano conss.

7. Iunij.

COnstantio Constantini Magni filio regnante, cùm Arriana persecutio acerrimè in Orthodoxæ fidei cultores deseuiret, Alexandro Bizantinæ vrbis antistiti fœlici morte sublato Orthodoxorum suffragijs suffectus est Paulus vir & doctrina & virtutibus per omnia clarus. Sed Constantius cùm haud ita multò pòst Antiochia Constantinopolim redijsset, iratus electo, quòd ex eius sententia non processisset, congregato Arrianorum conciliabulo condemnauit Paulum, & Eusebium Arrianæ factionis hominem ex Nicomediæ antistite vrbis regiæ creat episcopum.

Paulus succedit Alexandro in Episcopatu Bizantino.

Eijcitur è sua sede.

Interim Paulus è sede sua eiectus cum Athanasio alijsque non paucis insigni virtute episcopis Romam abijt; vt illatam matri ecclesiæ ac ipsi Christo iniuriam apud vicarium eius Iulium iustitia ac pietate vindicaret. Quod viro sancto nequaquam difficile fuit. Iulius enim mox cognita aduersariorum fraude atque calumnia non modò Paulum sed & ipsum Athanasium cæterosq; Catholicæ fidei antistites suis sedibus restituit. Sed Constantius vt cognouit Paulum restitutum misit cōtinuò Hermoginem exercitùs sui Ducē qui eum ex ecclesia exturbaret. Et ille quidem cùm venisset Constantinopolim non seginter Imperatoris sui voluntatem exequi voluit: sed populus tantarum in antistitem suum iniuriarum impatiens & illum arreptis armis interemit: & domum eius flammis absumpsit. Cuius rei fama commotus sanè

Paulus recipit sedem suam.

sanè Constantius, ipse indignatione ac furore repletus Bizantium venit, & Paulum quidem ciuitate expulit: ciuitatem verò multis ornamentis, & præcipuo quodam rei frumentariæ beneficio à patre eius vrbe collato spoliauit. Beneficium autem illud octoginta millia panum quotidianorũ summam excedebat.

Rursùs expellitur.

Paulus autem hoc modo pulsus iterum Romam venit, & Iulio Pontifici illatas denuò iniurias exponit: qui rursus & suis & Constantis Imperatoris literis eum munitũ ad Sedem remisit. Fuit quidem magno ciuium gaudio exceptus, sed Constantius ea re grauiter offensus statim eum exilio multauit ac Macedoniũ per vim intrusit. Impius autem Macedonius cum Philippo præfecto, collecta militari manu, ecclesiam inuasit, crudeli prius ferro tribus hominum millibus & quinquaginta miserabiliter deletis.

Iterùm redit & paulò post in exilium deportatur.

Cùm autem triennio hoc modo suis pastoribus & vero fidei cultu ecclesiæ spoliatæ iacerent, Constans Imperator, qui orthodoxæ fidei partes strenuè tuebatur, literas ad Constantium fratrem dedit, quibus vt Athanasium & Paulum suis restituere sedibus persuadere conabatur: nì faceret, intentabat minas, se vi & armis impetraturum, quod æquitate ac iustitia consequi non poterat. His sanè perterritus Constantius Paulem quò minùs redire non prohibuit; Athanasium verò literis peramanter scriptis ad Sedem occupandam inuitauit. Sed hos fœlices successus Magnentius impia tyrannide mox subuertit. Nam & Constantem Imperatorem interemit, & sopitas nonnihil Arrianæ insaniæ procellas turbulenta tempestate vehementiùs excitauit. Itaque Athanasius rursus fuga sibi salu-

Paulus relegatur Cucusum, & ibi strangulatur.

tem quærere, & Paulus Armeniæ pietatis defensor Cucusum relegatus iniquorum ibidem insidias declinare coacti sunt. Quo in loco hic, impijs noctu irruentibus, per laqueũ martyrio cõsummatus est.

Intereà Arriana hæresis liberè grassabatur donec pietate Theodosij exterminata, vera fides longo exilio reuocata est. Quo tempore celeberrimũ illud Concilium œcumenicum Constantinopolitanum sacratissimas sancti viri huius reliquias è Cucuso maxima cum celebritate transferendas decreuit. Ibi tum videre licuit ingentem populi frequentiam ad eam translationis solennitatem confluentem: præsertim cùm tanti tamque eximij Patres qui Concilio præfuerant ipsi per se id muneris obirent: & eum honorem sanctissimi viri corpori deferrent, quod reconditum fuit in ecclesia Macedonianis nuper ablata: quorũ sæuitia sæpius pulsus & quater exilio mulctatus grauissima passus fuerat.

Celeberrima reliquiarum eius translatio.

VITA S. ROBERTI ABBATIS Cistertiensis Ordinis in Anglia, ex ea quæ optima fide apud Surium extat. Migrauit ex hac vita anno Domini 1159.

Iunij 7.

RObertus optima indole puer ex Eboracensi prouincia oriundus literis & pietate ab infantia imbutus, propter morum probitatem adulta iam ætate animarum curæ in ecclesia quadam præfectus est. Sed cùm periculosum admodum illud regimen sibi esse prudenter intelligeret, eo protinus abdicato monasticę disciplinę in VVitebiensi cœnobio sese tradidit. Per id tempus Richardus monasterij S. Mariæ Eboracensis locum quendam à Turstino Archiepiscopo accepit, vt in eo Ci-

Monastico se subdit instituto.

Cistertiensium mores (qui præcipua quadã sanctitatis opinione florebãt) vitamque æmularetur. Præstitit hoc egregiè: prorsùs vt nocte dieque in laboribus versaretur, & in summa vitæ asperitate propter conscientiæ puritatem incredibili sanè gaudio exultaret. Ijs vitæ spiritalis delicijs captus Robertus, eandem in sodalitatem summa Abbatis in voluntate concessit: in qua annis admodum quinque exactis tantam sanctitatis apud omnes opinionẽ consecutus est, vt nobilis quidam in Northumbriæ regione amplissima possessione eũ inuiserit, vt nouum monasterium ibidem exstruere, suisque precibus mala cuncta profligaret. Paruit ille & Abbas loci illius constitutus tanta cura & solicitudine pro commissi sibi gregis salute insudabat, vt cælitùs quãdoque vocem audiret precibus suas à Deo exauditas esse.

Creatur Abbas.

Porrò quàm grata ea solicitudo, quã pro omnium salute gerebat, Deo fuerit, nõ erit abs re exemplo declarare. Cùm quandoq; per nouum castrum iter haberet, incidit in copiosam iuuenũ turbam, inter quos vnus procaci vultu huc atque illuc discurrebat, & quasi ad rẽ arduã extimulabatur. Animaduertẽs vir sanctus id esse dæmonis ludibrium, iussit illum relicto officio se sequi. Confestim ille demisso vultu Abbatis vestigia tanquã ad caudas equorum alligatus, per lutum platearum, cũctis ad mirandam rem valde attonitis sequutus est. Vbi autẽ ex urbem ad semitarũ diuerticula ventum est, stans vir Dei: Quisnam, inquit, tu es, & tibi cũ illis quid rei erat? Ad quẽ ille: Quis ego sum non te latet, & conatus meos probè nosti. Nuptiæ magna cũ pompa in vico illo celebrantur: & ego eam in curã intentus eram, vt sponsus ab æmulis suis in cõuiuio cæde-

Dæmonis malignos conatus impedit.

cæderetur, sicque ira & ebrietate occæcati mutuis se vulneribus conficerent. denique vt intra vrbem seditione concitata, multorum animæ, trucidatis corporibus, in nostras manus peruenirent. Iamque mihi persuaseram de parta victoria gaudiũ ingens me principi meo allaturum: at nunc per te dissipato cõsilio, vacuus & inanis abscedo. His auditis vir Dei nequitiam eius execrans, præcepit ei in nomine Domini vt ad deserta se loca conferret, neque deinceps hominibus illuderet. Ad eam iussionem nequam spiritus euanuit ingenti horrore relicto, prorsus vt equi vix vllis habenis cohiberi possent.

Videt demonem fratrũ culpas explorãtem.

Nocte quadam vir sanctus vidit malignum ad chori aditum consistere & fratrum actiones attentè obseruare, si quid fortè in ijs deprehenderet, quod calumniari posset. At vir Dei instantiùs pro fratrum suorum salute orare & singulos sui officij monere cœpit, hostemque tãdem indignatione repletum expulit. Mox tamen reuersus reperit tunnenem quẽdam inter nouitios animo ad illicita euagantem, imò clandestinam fugam meditantem. Animaduertẽs igitur illum suæ sortis esse, fuscinula apprehensum in fiscellam suam coniecit, & celeriter indè se proripuit. Cernens id vir Dei anxius pro salute illius preces multiplicauit, sed ille ante auroram vagus & profugus, excusso suauiugo Christi, sequutus erat inimicum. Adiunxit tamen se hominibus sceleratis deditusq; latrocinijs non diù post captus est & capite plexus miserrimè è vita excessit.

Apostata miserè perit.

Gedricus vir pietate & eruditione inclytus, qui Roberto cõfitenti aures præbere solebat, vidit animam eius niueo candore fulgentem, cùm è corpore migraret, angelorum manibus ad cælos deferri.

Corpus

Corpus verò in terris conditum multis admodum miraculis clarum, cuius apud Deum meriti esset, egregiè declarauit.

VITA S. MEDARDI EPISCOPI NOuiomensis. ex ea quæ est per Fortunatum presbyterum. Migrauit ex hac vita anno Domini 556.

Iunij 8.

Patria eius.

BEatissimus Medardus egregiæ sanctitatis vir, patre Nectardo, matre verò Protagia genitus apud Salentiacum, hæreditariam prædecessorum suorum possessionem, natus atque altus est. Iter itaque sanctus sub parentum tutela diligenter educatus, studioque literarum adhibitus, breui temporis spatio præ cæteris consodalibus suis scientiæ limine eminentiùs claruit. Porrò adhuc puerulus præcipuo quodam pauperum alẽdorum studio tenebatur: adeò vt frequenter & cibum & vestrum sibi necessarium detraheret, ac pauperibus reuolè admodùm largiretur. Et quanquàm non sub ea propter parentum indignationem incurreret, pius tamẽ puer cui pauperum cura assiduò sub pectore viuebat, nullo modo ab eo benefaciendi studio reuocari poterat.

Benignitas eius in pauperes.

Cùm die quodam parens eius ex itinere fessus, equos suos in prato viridi custodiendos committeret, & fortuitò hominẽ quendam ephippijs onustũ transire videret, percunctari puer cœpit, qua causa tam graui onere onustus incederet: cùm via satis laboris ac molestiæ adferret. Cumq; tristi voce responderet, equum suum casu defecisse, puer, qua erat benignitate, statim vnum ei patris sui equis obtulit, ac hæsitanti viatori pœnitentiæ obtrusit. Eques tam insperato munere declaratus cum multis gratiarum actionibus læsus abscessit.

Post

Post eius discessum cùm iam instructo prandio puer per quendam seruitorum ad mensam vocaretur, ille qui ad id missus venerat, eminùs prospiciens, vidit puerũ propter effusam imbrium vim latẽbras quærentẽ: & ecce aquila expansis super eum alis volitans tam congruenter puerum cooperuit, vt cùm circumquaque pluma illa grassaretur, puer tamen nullam eius iniuriam perciperet. Quo viso seruulus ingenti sanè admiratione captus cõcitus reuertitur, & parentibus totique familiæ non sine multa stupefactione, aquilę super puerum ex ordine pandit obumbrationem. Illi auditis mirabilibus ruunt certatim ad locum, si fortè visu etiam probare possent, quod auditu didicerant. Vbi verò illo ventum est, intuentur diligentiùs & ipso suorum oculorum testimonio miraculum veraciter confitentur. Pater & mater præ gaudio super filio illachrymantes Deo puerum commendant, ac non sine multa deuotione charissimæ suæ sobolis innocentiam retractant. Inter hęc milites, quibus equorum cura incumbebat, recensitis equis, vnum deesse reperiunt: quem à puero indagantes, blandè ac leniter paruulum demulcent, instanter ab eo requirentes, si quam per eum damni huius adiuuare possent recuperationem. Cumque à famulisca de causa & priuatim & publicè argueretur, appropinquans patri rem ei ex ordine pandit. Miratur pater filij benignitatem, & licet damni aliquantulum sibi non ignoraret imminere, tamen de optima pueri indole sibi gratulatus est plurimùm. Laterim Christus Dominus qui nulla re magis, quam benignè faciẽdi disciplina delectatur, ipso eodem momento, magnum subitò dignatus est declarare miraculum. Nam cùm denuo equorum suorũ so-

Aquila eum à pluuia tuetur.

licitè

licitè recenserent numerum diuina sic operãte maiestate, totam eorũ integritatem ex improuiso reperiunt. Mirantur astantes, familia cuncta lętatur. Pater cũ matre filium q̃ familiariter amplexatur, & vt in altiora se subrigat, lachrymabiliter cohortantur. Fili, aiunt, omnia nostra tua sunt: Tuo, aiũt, & nostro, vt tibi visum fuerit, in Dei gratia vterq patrimonio: vt nos tecũ consortes perẽnis vitę habeas in præmio. Nõ diffidebãt enim se eius oratiõe liuari quẽ tãtis à Deo virtutib⁹ illustrari videbãt.

Equus diuinitus restituitur.

Accidit postmodũ, vt inter indigenas de terminis nõ modica oriretur altercatio. Cumq; post longum contentionem ad dirimenda agriculturæ suæ processissent cõfinia, contigit & puerum Medardũ adesse. Vbi verò ventum est ad locũ, cùm diuersi diuersa sentirẽt, puer cernens lapidem terræ fixũ, qui agrorum terminos distinguebat, super eum pedem posuit, dicẽs: Hic est terminus & huius cõtentionis finis certissimus. Et ecce ad leuissimũ eius contactum lapis ille ità subsidit, velut cera à facie cãdentis ferri liq̃scit. Apparet equidẽ figura plãtæ pedis puerilis in eadẽ caute adeò subtiliter expressa, vt nullo artificum expressiùs exsculpi possit. Ita cõtentione sedãta Dñm, qui magna operatur in minimis, glorificãtes, redierunt in sua. Extat idẽ lapis in hodiernũ q; diẽ, magnæq; apud oẽs veneratiõis habetur.

Vestigium pedis eius in saxo perdurat.

Perspicientes autem boni parẽtes bonæ sobolis indolem, Episcopo eum, qui tunc Viromandẽsi præerat ecclesiæ, cõmendauerunt; qui eum beneuolo amplexatus in omni disciplina ingenuè & liberaliter admodũ educauit. Decursis autẽ magna cũ honestatis laude inferiorũ graduũ ordinib⁹, tãdem sacerdotale coactus est ad officiũ. Postquam verò sacerdotio initiatus est, Deus per multa eũ insignia

Fit sacerdos.

mundo

mundo non dedignatus est declarare. Intereà Viromanduēsis antistes magno sui relicto desiderio ad superos migrauit: & Medardus licet inuitus ad ecclesiastica gubernacula admotus est. Quod verò inuitus suscepit fœliciter & intētè administrauit. Plurimos siquidem de ipsis mortis faucibus ad vitam & verbo & exemplo reuocauit. Verùm cùm vniuersa ferè Gallia ante deuastata esset, quàm ad eā Sedem promouereturr, & adhuc infinitis subiecta miserijs, intolerabiles VVandalorum, Hunnorum, Hungarorum & aliarum gentium irruptiones lamentaretur: prorsus vt præ nimia desolatione ad internecionem vsque indigenæ omnes pœnè deuenissent; vir sanctus Viromanduēsem Sedem, sano satis vsus cōsilio, Nouiomum transtulit. Dum autem hæc fiunt Eleutherius Tornacēsis Antistes (qui à puero intima familiaritate Medardo coniunctus fuerat) vitę munere sanctè perfunctus ad cælos migrauit, & Medardus regis ac procerū ac plebis denique totius voluntate, eiusdem ecclesię curam suscipere cogitur. Igitur cùm importunis populi clamoribus volens nolensque ad eam pariter dignitatem traheretur, paruit vir sanctus & duas illas ecclesias, vtrique tamen Cathedrali suo honore permanente, vnam fecit. Ibi verò quot & quantas à fera & barbara planè gente & idolorum superstitioni nefariè addictæ, passus sit iniurias, nullis verbis explicari potest. Vicit tamen viri sancti constantia impios eorum conatus, quibus non rarò ad supplicium eum expetebant. Vicit, inquam, & diuriora adamante infidelium corda pietatis studio ita emolliuit, vt ferocem illam Flandrensium gentem suæ Nouiomensi ecclesiæ associasse gauderet: quas totis quindecim annis, licet aliquo itinere inter-

Creatur Viromandēsis Episcopus.

Episcopat. Nouiomen. instituitur.

Suscipit curam ecclesię Tornacēsis.

interuallo remotæ essent, ad diuinum cultum informare non destitit.

Huius autem temporis spatio in omni sanctitate transacto grauissima corporis infirmitate correptus migrauit ad Dominum. Ijs fortè diebus Clotarius Rex decumbẽtem inuiserat, atque vt se post mortem Suessionem transferri pateretur, & precibus & auctoritate peruicit. Itaque vt primùm obitus eius certior factus est, per medias plorantium lachrymas cum Episcopis irrumpens rex suis in humeris corpus sanctissimũ sustulit, & ad vrbem Suessionicam trãstulit. In via verò cœcus quidam ad feretrum accessit eiusque contactu, fidei virtute qua mirabiliter incensus erat, oculorum lumen recepit.

Obitus eius.

ex Clotarius suis humeris corpus gestat.

Cùm verò ad locum sepulturę peruentum esset, quidã vastis cathenarum loris brachia surasq; deuinctus, per medias sese properãtium turmas non sine multa difficultate iniecit. Cui mox vt sancti Confessoris concessum est tangere operimentum, omnia diffiluêre repagula cathenarum, diruptisq; compedum vinculis, cum multa gratiarum actione lætabundus exultabat. Postquàm verò sacratissima membra tumulo clausa fuêre duæ niuei candoris columbæ cælitùs demissæ alarum applausu sancto gratulari visæ sunt: & eccè alia quædam de tumulo descendens pari candore cum duabus illis ad cælos euolauit.

Peractis autem beatissimi athletæ inferijs Rex Clotarius viri sancti corpus nouæ ecclesiæ fabricæ honorare voluit, sed morte præuentus id negotij Sigeberto filio suo commisit; qui ecclesiam, sanè digni opere visendam, construxit & auro atque argento ac necessarijs in officio ecclesiastico orna-

mentorum varietatibus exornauit egregiè, ac postremò censu redditibusque regijs excellenter ditauit: & quod multo præclariùs est viros pietate & eruditione præstantes vndecũque euocauit: qui die nocteq; diuinas ibidem Deo laudes exoluerẽt. Ibi verò per beatissimi Põtificis Medardi meritum gloriosa fulgent miracula: ibi varijs detenti infirmitatibus grata consequuntur remedia: ibi peccatores graui conscientię pondere pressi subleuamen sentiunt & Christi gratiam abundanter obtinent: quam nobis idem Dominus sancti Confessoris sui intercessione quoque largiri dignetur.

MARTYRIVM SS. PRIMI ET FAELICIANI. ex eo quod est apud Surium. Passi sunt anno Domini 303. Marcell. Pap. 7. Dioclet. & Max. 20.

Iunij 9.

PRimus & Fælicianus ciues Romani, ac Christianæ religionis cultores eximij, eam maximè ob rem compræhensi & in vincula missi sunt: quòd idola negarent se responsa dare posse, nisi prius hi duo athletæ dijs sacrificarent. Sed cùm illi Christi bonitate egregiè confisi non modo vincula sed mille mortis genera impio dæmoniorum cultui præponerent, lætique carceris squallorem vincti subirent, nocte concubia Angelus Domini fractis cathenarum vinculis illæsos abire cõcessit.

Angel⁹ eos è carcere liberat.

Post dies verò aliquot iterùm compræhensi, Imperatorib⁹ Diocletiano & Maximiano oblati sunt, qui eos ad phanũ Herculis deduci iusserunt, vt thura idolo offerrent. At illi, spreto eorum imperio, constanter amentiam redarguerunt impietatemq; detestati sunt. Igitur carnifices cùm cernerent beatos martyres in cõfessione Christi immobiles mortem in desiderio habere, virgis eos crudeliter cõciderunt:

derunt: sed eo supplicio virtutē illis constantiamque maiorem addiderunt. Quod cùm ex militū relatu Imperatores audirent, irati vehemēter, tradiderunt eos Promoto Numentanę ciuitatis pręsidi, qui eos ferro vinctos, tertiodecimo milliario, via Numentana, in carcerē misit: vbi sancti martyres precibus & hymnis Dei bonitatem nunquam celebrare cessarunt. Post multum verò temporis, in foro ad tribunal producti dijs sacrificare iussi sunt. Cumque eadem constantia, qua prius tam immane scelus execrarentur, alter ab altero separatus est, vt diuisos faciliùs ad impietatem impelleret. Et primò quidē Fæliciano minæ pariter ac blanditiæ adhibitæ, quas ille cùm irrideret plumbatis immaniter cęsus est. Cæsum deindè Præses interrogat: vellene potiùs dijs immolare & iucūdos cum gloria dies eligere: quàm nouis iterum supplicijs macerari. Cui Sanctus: Quos tu mihi dies iucūdos commemoras? Octoginta iam ætatis annos habeo & viginta plus minus Christi cognitione illustratus, & summa cum animi mei voluptate deseruio: & tu mihi caduca & vana huius mūdi oblectamēta impiēda persuadebis? Ego verò Christo Deo meo optimo ter Maximo, ad extremum vsque vitæ spiritum adhærere decreui, qui me tuis è manibus liberabit. Hæc & his similia dicentem Præses, ad stipitem ligari & manibus pedibusque acutos clauos fugi pręcepit. At ille confixus in Christi laudibus permansit immobilis, totoque triduo varijs tortus supplicijs, Deo sine fine gratias agebat, cælestique ammonia refectus, tyrāni inuidiam mirabiliter superabat. Ea res Præsidem habebat pessimè. Itaque præcepit vt flagellis cæsum è ligno deponerent, & sui solatio destitutum in custodia seruarent.

Cæsantus atrociter virgis.

Rursus in carcerē mittuntur.

Fælicianus plumbatis verberatur.

Atrocissimè cruciatur.

Eo amoto confestim Primum adduci iussit, cui falsò persuadere conatus est, Fælicianum, abiurato Christi cultu, dijs immolasse. At Primus ab Angelo iam antè de Fæliciani constantia edoctus, constanter Pręsidem mendacij redarguit, dixitque fratrem suum in vinculis pro Christi nomine coniectum, haud secus atq; in paradyso lętari. Tunc Præses fustibus eum validissimè cædi, & latera lampadibus exuri iussit. At ille in eculeũ leuatus & lampadibus vstus psallebat. Igne nos examinasti, sicut examinatur argentum. Post hæc, Domine, dicebat, benedico te, Iesu Christe, Rex meus, quia in te cõfidens nihil sentio eorum, quæ mihi à Sathanæ ministris inferũtur. Præses his auditis in furorem conuersus, iussit eum de eculeo deponi, simulq; bullientem plumbum in os eius infundi. Hęc autem supplicia, præsente Fæliciano, ei inferebat, vt is, horrore eorũ victus, à cõfessione resiliret. At Primus plumbum, instar aquæ frigidæ exhausit, dixitq; Præsidi: Ecce non est à me separatus quem tu dicebas dijs vestris immolasse. En adunati sumus in gloriam redemptionis, ne vlla nos tenebrarũ caligo circumueniat.

Primus fustibus immaniter cæditur.

Psalm. 65.

Vide tyrannidem.

Tunc Præses, ceu furijs quibusdam agitatus, iussit eos in amphitheatrum deduci, simulq; duos leones ingentes, quorum rugitus omnes eius vrbis ciues exterruit, immitti. Sed leones, cum impetu currentes, mox vt ad martyres venêre, ad pedes illorum se volutantes, mirè illis blandiri & gratulari visi sunt. Voluit igitur Pręses, vt illis reuocatis, vrsi ferocissimi dimitterentur, sed illi quoque omnis feritatis obliti, ad eorum se vestigia prouoluebant. Tum verò martyres: En Pręses inique, inquiunt, ferę agnoscũt creatorem suum, & vos cœcitate mentis percussi, non agnoscitis eum, qui vos ad imagi-

Leones in martyres immissi mãsuefiunt.

Item vrsi.

nem

nem & similitudinem suam creare dignatus est? Tum verò populus inter se fremitus dare & infinitos in cælum clamores tollere cœpit: & viri amplius quingenti fidem ex animo amplecti & Christo cum omnibus suis nomina dederunt. Multi credunt.

Cernens verò Præses se illos superare non posse, permultosq; eorum constantia permotos, ad Christum accedere, capitis in eos sententiam protulit: quam læti martyres exceperunt. Corpora autem illorum canibus proiecta sunt: sed neque canes, neque aues, neque muscæ quidem ea attigêre. Porrò noctu à Christianis fidelibus rapta, & ad Arcus Numentanos intra arenarium deportata sunt. Vbi hymnis & psalmis per dies triginta fideles vacantes honorificè ea sepelierunt. Magna verò illic beneficia in præsentem vsque diem exuberant. Annis autem aliquot euolutis, cessante persecutione, honorificam eis basilicam ibi construxerunt quartodecimo ab vrbe Roma milliario. Cæduntur capite martyres.

PASSIO ET MORS S. PELAGIAE *virginis Antiochenæ. ex præclaris Encomijs S. Chrysostomi.*

BEata virgo Pelagia tanta cum voluptate ad mortem cucurrit, vt neque carnificum manus expectârit, neque in iudicium ingressa fuerit, sed proprij animi studio & summa alacritate illorum sæuitiam anteuerterit. Parata erat ad cruciatus, tormentaque, & omne suppliciorum genus perferendum: sed metuebat tamen ne virginitatis coronam perderet. Cùm enim capta à militibus, ad iudicem ducereetur, illa se consilium mutasse prudenter simulauit: atque vt eius rei fidem faceret vultu ipso hilaritatē præ se ferebat. Figmento igi- Iunij 9. Mira alacritate properat ad mortem.

to igitur illo milites capti & puellæ hilaritate decepti, humaniùs in illam se gerere cœperunt. Quę cùm ab ipsis petijsset, vt tamdiu liceret abesse, quoad ornatum iponsæ conuenientem sibi indueret, eundi potestatem milites ei concesserunt, quippe qui ea re non solùm illi virgini gratum facturi essent, sed futurum etiam cogitabat, vt à iudice ipso magis laudarentur, si puellam veste ornatam duxissent. Illa verò consilij sui compos facta, statim se veste induit, quæ verè decora est. Cùm enim animi fortitudine & resurrectionis spe multa se corroborasset, ad ipsius tecti vestigium cucurrit, & illinc seipsam præcipitem dedit.

Virgo sancta se præcipitio interficit.

O puellam genere quidem & sexu fœminam, animo autem ipso marem. O virginem duobus nominibus extollendam, quod in virginum grege, & martyrum choro numerata sis. O puellam ita continentem, vt neque adspectu quidem ipso fruendi facultatem intemperato iudici præbueris. Huius igitur puellæ temperantiã & nos imitemur & contra voluptates ipsas victoriæ trophæa erigamus.

MARTYRIVM SS. GETVLII, CEREALIS, Amantij & Primitiui ex eo quod est apud Surium. Passi sunt anno Christi 138. Sixti Papæ 8. Hadriani Imp. 19.

Junij 10.

GEtulius diuinæ legis peritissimus, Hadriani Imperatoris temporibus, in Sabinorum regione, haud procul ab vrbe Roma degens, studio religionis Christianæ propagandæ mirificè flagrabat. Itaque permultos quotidie, tum ex Italia, tum Græcia conuocabat, quos ad omnem pietatem diligenter instituebat: & alimentis rebusq; omni-

Getulii humanitas in Christianos

omnibus ad vitam necessarijs sustentabat. Eius rei fama cùm ad aures Hadriani peruenisset, misso confestim Cereale Vicario eum comprehendi iussit. At Cerealis ingressus cubiculum, vbi Getulius magna cum audientium voluptate & profectu de rebus diuinis disserebat: Audistine, inquit, quæ à principibus edicta sint proposita? Cui Getulius? Iníne principum iussis parere necesse est? Tu ipse, quæso, edicito, cui obtemperare æquius sit? Mortaline homini & mox in putredinem abituro, an verò præpotentis Dei filio? Tùm Cerealis: Velim, inquit, edoceas quo signo nosse liceat, eum verum Dei filium esse, quem vos tantis laudibus extollitis. Respondit Getulius. Certè non potest non fides adhiberi ei qui mortuos solo verbo suscitauit, cæcos illuminauit, leprosos mundauit, siccis planis mare inambulauit, ventis & tempestatibus imperauit, dæmones ex obsessis corporibus profligauit: & postremò diuinam virtutem omnibus in rebus declarauit. Cerealis his auditis animo in Christi fidem propendere cœpit. Getulius verò, vt eius incredulitatem pœnitus expugnaret, Amantium tribunum fratrem suum aduocauit, qui Hadriani metu latitabat. Porrò Cerealis tantam ex Amantij conspectu voluptatem hausit, vt Imperatoris edicti planè oblitus, sermonem cum eo conferre vehementer cuperet. At Getulius vehementiùs eum compellere cœpit, vt nefario dæmoniorum cultu relicto, Christi fidem amplecteretur. Similiter & Amantius vrgere non destitit, ne oblatam cælestis illi coronam negligeret.

Amantius tribunus frater Getulij.

Tum verò Cerealis pijs eorum hortatibus inflammatus, paratum se ostendit, etiam pro Christi gloria sanguinem fundere. Getulius verò ea re

Cerealis vicarius Hadriani conuertitur.

mirificè exhilaratus, triduanũ omnibus ieiunium indixit, vt toto illo tempore, intenta supplicatione, diuinam mentem consulerent, quo ordine Cerealis in numerum fidelium referendus esset. Vna igitur nocte in vigilijs & precibus exacta, dilapsa cælitùs voce, admoniti sunt, vt Sixtũ Romanæ vrbis Episcopum vocarent, qui eum cælesti lauacro expiaret. Porrò Cerealis cùm sacro latice tingendus esset, videns Spiritum sanctum è cælo descendentem, ignarus quid esset, exclamauit: Ecce video lumen quoddam ipso Sole illustrius in me delabi.

Cerealis baptizatur.

Eodem tempore officiarij Cerealem quærentes, intellexerunt eum, relicto idolorum cultu, Christianis sacris initiatum esse. Qua re vehementer offensi, Hadriano detulerunt, qui protinùs Licinio viro consulari in mandatis dedit, vt sacrificare recusantem ignibus cremaret. Igitur Licinius vrbem Sabinorum ingressus, Cerealem, Getulium, Amantium & Primitiuum, diuinis rebus intentos inuenit, quos statim vinculis constrictos, in carcerem abduci iussit. Indè in ciuitate Tyburtina suo oblatos tribunali, atrociter cędi iussit; cæsosque iterum carcere concludi: vbi diebus septem & viginti in precibus & gratiarum actione mirabili alacritate perdurârunt.

Sancti martyres in carcerem mittuntur.

Post hæc Hadrianus certaminum illorum certior factus, furore percitus flammis eos exuri iussit. Ducti igitur sancti martyres ad flumen Tyberim tertiodecimo ab vrbe Roma milliario, manibus pedibusque arctissimè ligatis, in rogum iniecti sunt. Porro Getulius in medijs flammis illæsus persistens, alios luculentis verbis ad constantiam hortabatur, & solutis vinculis, Christi gratiam, summis

Flãmis obijciuntur.

ſummis laudibus extollebat. Qui tandem, poſt alios omnes, fuſtibus crudeliter verberatus, glorioſam martyrum palmam adeptus eſt. Quorum corpora beata Symphoroſa Getulij coniunx in arenario prædij ſui honorificè ſepeliuit. Quæ ſion longè pòſt eundem ipſum martyrem cum ſeptem filijs, pari virtute ac conſtantia ſecuta eſt: nam 27. eiuſdè menſis, glorioſè, de hoſte triumphata, cum chariſſimis pignoribus cælos conſcendit.

Symphoroſa cum ſeptẽ filijs necatur.

VITA S. MARGARETAE REGINAE Scotiæ, ex ea, quæ eſt apud Surium.

MOrtuo Edmundo rege cumprimis ſtrenuo, qui ab Anglis, propter inſuperabilem fortitudinem, ferrei lateris cognomen acceperat, Canutus rex, Angliæ conquæſtor, filios eius Edmundum & Eduardum, propter fœdus cum patre illorum ictum, præ pudore ferire non valens, ad regem Sueuorum feriendos tranſmiſit: qui pietate motus, eos vlterius ad regem Hungarorum Salomonem, vitæ reſeruandos miſit. Edmundo verò ſine liberis decedente, Eduardus frater eius Agatham Imperatoris filiam duxit, ex qua ſanctam Margaretam, poſteà Scotiæ reginã progenuit. Quæ cùm, primæua adhuc florente ætate, inſigne pietatis ſpecimen de ſe præberet, ſuorum magis quàm propria voluntate, Regi Scotorum Malcolino in matrimonium collocatur. Vbi licèt ea quæ mundi ſunt, agere compelleretur, attamen mundi rebus & deſyderijs poſt poſitis, pietatis operibus ſedulò incumbebat.

10. Iunij.

Parentes S. Margaretæ.

Nubit Malcolino regi Scotiæ.

In loco, vbi nuptiæ eius fuerant celebratæ, ſanctiſſimæ Trinitati nobilem eccleſiam conſtruxit: eamque varijs magni pręcij ornamentis decorauit.

Liberos suos cum omni diligentia nutriri & honestis moribus institui voluit: eosque frequenter ad Dei timorem hortabatur & præcipua fidei nostræ capita docebat.

Rege cũm magno comitatu aliquò proficiscente comites & satellites eius tanta seueritate coercebat, vt nemo vel leuem alicui iniuriam inferre præsumeret. Porrò ne qua peccati macula in illa resideret, crebro suum admonebat confessarium, vt quicquid in ipsius dictis vel factis reprehensione dignum inueniret id secretò indicare non dubitaret. Quod cùm ille rarius & remissius, quam ipse vellet, faceret, importunam se illi ingerebat, somnolentum illum & suæ salutis incuriosum ac negligentem vocitans.

Cùm autem in gente illa Scotorum multa contra vniuersalis Ecclesiæ consuetudinem illicita fieri videret, varia adhibuit consilia, vt ad veritatis viam errantes reduceret. Solebant Scoti, neglecta Dominici diei reuerentia, quemadmodum alijs diebus, laboribus insistere. Quod illa summæ impietatis esse, & ratione & auctoritate peruicit. Illicita etiam nouercarum coniugia, similiter & vxorem fratris defuncti superstitem ducere, quæ ibi anteà fiebant, nimis execranda ostendit, & à fidelibus, velut ipsam mortem deuitanda. Multa quoq; alia contra morem Ecclesiæ inoleuerant, quæ pia regina de regni finibus extirpauit.

Scoti nõ colebant diem Dominicũ.

Illicita Scotorum coniugia.

Quando prodibat in publicum, miserorum, orphanorum, viduarum greges, quasi ad matrem pijssimam confluebant. Interdum quicquid erat regis proprium, egenis erogandum abstulit, Neq; enim sua dumtaxat, sed seipsam quoq;, si licuisset, pauperibus libenter impendisset: atq; interim omnibus

Liberalitas in pauperes

paup-

pauperibus ſuis, erat ipſa pauperior. Illi enim non habentes, habere cupiebant; illa verò, ea quæ habebat diſpergebat. Neq; modò pauperibus indigenis, verumetiam omnium pæne nationum, ſuam munificentiam impendit, innumerabileſq; captiuos, dato præcio, libertati reſtituit, quos de gente Anglorum hoſtilis Scotorum vis in ſeruitutem abduxerat. Occultos etiam exploratores per prouincias miſit, vt qui duriore premerentur ſeruitute, eius liberalitate redimi poſſent.

Chriſti ſeruos & à mundi ſtrepitu ſeparatos ſumma veneratione proſequebatur, eorũ alloquio gaudebat plurimùm: Diuinis laudibus & precib. in Eccleſia perſolui ſolitis, ſumma cũ attẽtione, ſemper intererat. Quib. finitis, in cubiculũ rediens, ſex pauperum pedes lauabat: eoſq; pecunijs alijſq; reb. neceſſarijs iuuabat. Deinde parumper ſopori indulgebat. Mane facto ſurgẽs, nouem infantulos orphanos, omni auxilio deſtitutos, prima diei hora, ad ſe introductos, cibis molliorib. flexis gẽib. reficiebat. Præter hæc, trecentos pauperes in aulã conſuetudo erat introduci, & clauſis oſtijs, rex ab vnà, regina verò ab altera parte, Chriſto, in pauperib⁹, ſeruiebat, ciboſq; ſpecialiter præparatos offerebant. Quo facto regina ad eccleſiã ſe conferens, prolixis precib. & lachrymis atq; gemitibus, ſeipſam Deo ſacrificium immolabat. Ante refectionem, 24. pauperes, magna cum humilitate eis miniſtrando, reficiebat. Deindè tenui cibo potuq; ſeipſam potius refocillabat, quàm reficiebat. Quadraginta ante Paſcha & paſcalem Chriſti dies, incredibili abſtinentia ſe affligebat ſemper, ſed propter nimium ieiunij rigorem, vſq; ad finem vitæ ſuæ, acerrimos paſſa eſt ſtomachi dolores: nec tamen ægra corporis valetudo virtu-

Nota eximiam regis & reginæ pietatem.

virtutem operis debilitare potuit. Sacris lectionibus & precibus, die noctuque intenta, animum ad cælestia erigebat.

Confitenti ei aures præbebat Turgotus secundus Dunelmiæ Prior. Illo ergò ad se accersito, vitam suam cum profuso lachrymarum imbre detegere cœpit. Cumq; de necessarijs sermonem pertexuisset, se suosque liberos ei commendauit, vt eorum curam gereret; & cum quemlibet eorum ad culmen terrenę dignitatis euectum conspiceret, illum strenuè officij sui admoneret: ne propter mundi prosperitatem, æternæ vitæ fœlicitatem, sua negligentia, amitteret.

Dimidio post hæc anno, ingrauescente morbi molestia rarò è lecto surgere potuit: quarto autem antę obitum suum die, cùm rex Malcolinus in expeditione esset, tristior solito effecta assidentibus ait: fortè hodie tantum mali regno Scotorum accidit, quantum vix multis retrò temporibus. Post dies aliquot, nunciorum relatione, eodem die, quo regina dixerat, regem cum filio Eduardo fuisse occisum cognouerunt: quem illa, ceu futurorum præscia, multum prohibuerat, ne quoquam tunc cum exercitu progrederetur. Et quanquam multis esset angustijs oppressa, in altissimo tamen diuinæ prouidentiæ consilio conquiescens, Christo Domino gratias agebat: quòd eam, in hac potiùs vita, quam in futura, ab omni peccati macula, multiplici afflictione mundare dignaretur.

Malcolini regis cædes.

Cùm verò mortis circumuenta doloribus iam iam anima è corporis ergastulo vocaretur, Christi Iesu nomine suauiter inuocato, ad cælos migrauit, fœlicitatis eorum particeps effecta, quorum virtutis est exempla secuta. Facies, quæ tota in morte pallue-

Fœliciter migrat ad Dominum.

palluerat, ità post obitum rubeo, candore per fusa est, vt dormienti magis quàm mortuæ similis appareret. Corpus eius fuit in ecclesia Sanctissimę Trinitatis, quam ipsa construxerat, ante altare honorificè tumulatum.

VITA S. BARNABAE APOSTOLI, EX ea quæ est per Alexandrum. Castigata tamen ad Eruditissimi Cæsaris Baronij Chronologiam, qui plurima à diuersis de hoc Apostolo scripta refutat.

BEatissimus hic vir Barnabas de tribu Leui ortus, auorum & proauorum stemmate valdè clarus fuit. Qui vt diuitiarum, ita multo magis religionis opinione: apud omnes, celebres ac honorati fuêre. Cùm autem bellorum tempestas ingrueret, ad Cypriorum regionem migrârunt, ne aliquod religionis suæ detrimentum paterentur. Porrò quòd diuitiarum & possessionum amplissimarum gloria excellerent, non hoc ex cupiditatis vel superbiæ radice, quasi vitium, pullulabat, sed eam maximè ob rem facultates multas, Hierosolymis, & agrum propè vrbem, ædificiorum magnitudine valdè illustrem possidebant: quòd Esaias Propheta ita scriptum reliquisset: Beatos illos fore qui semen in Sion haberent & domum in Hierusalem. Cuius Prophetiæ sensum, Hebræorum filij, carnali sensu interpretantes, diligentissimè operam dabant, vt aliquid Hierosolymis possiderent.

11. Iunij. Barnabas Leuitica stirpe ortus.

Porrò parentes eius in Cypro cùm degerent, ex sanctissimo matrimonio, hunc Barnabam, eleganti forma puerum procrearunt. Cui mox nato, Ioseph nomen imposuerunt, vt simul cum nomine veteris

In Cypro natus. Barnabas primo Ioseph dictus

veteris illius Patriarchæ vitam moresque tanto ardentiùs æmularetur. Cùm verò ætate iam adulta, literarum studijs idoneus esset, parentes eum Hierosolymam perduxerut; & Gamalieli, qui cognitione rerum diuinarum admodum celebris habebatur, legem ac Prophetas edocendum tradiderunt. Habuit autem studiorum suorum sodales Paulum & Stephanum, viros, quorum memoria in omni æternitate, apud omnes viget. Barnabas verò tum virtute, tũ eruditione, mirificè quotidiè proficiebat; prorsus vt tenaci memoria leges & reliqua diuina scripta tam excellenter comprehenderet, vt literarum monumentis non admodum indigeret. Quam ob rem apud omnes nomen eius in magna existimatione & gloria erat.

Traditur Gamalieli instituendus.

Accidit autem vt, tempore illo, Dominus Iesus Christus Hierosolymam veniret, & paralyticum in probatica piscina sanaret, aliaq; sanè quamplurima admirandæ virtutis signa & prodigia in templo ederet. Quæ Barnabas cùm attentè consideraret, sanè obstupuit ac statim ad Christi pedes se abijciens, eius benedictionem precatus est. Cui Christus sacratissimis manibus benignè, quod petebat, impartiens, eum diuini sui congressus participem fecit. Qua Christi charitate magis magisq; inflammatus, quamprimùm adijt domum Mariæ materteræ suæ matris Ioannis, qui posteà Marci nomen obtinuit. Ad illam igitur vt peruenit cuncta quæ à Christo patrata viderat miracula, enarrare cœpit; addiditque multis, illum ipsum, qui venturus erat, Messiam videri.

Fit Christi Discipulus.

Hæc cùm audisset mulier illa, relictis omnibus, concito gradu ad Iesum, in templum perrexit; eiusque se pedibus prosternens, vt ancillæ suæ domum

domum subire dignaretur humillimè rogauit. Eius petitioni Christus Dominus assensus est: quem mulier illa incredibili gaudio delibuta, in cœnaculum suum accepit. Ex illo igitur die, quoties Dominus Hierosolymam venisset, illic vnà cum discipulis versabatur, quibuscum & Pascha illic fecit & mysteriorum sacramenta eosdem discipulos suos edocuit. Porrò Barnabas ex illo die Christo adhærens in Galilæam Hierosolymis reuertentem secutus est. Cùm autem indies credentium numerus excresceret & multi ad eum confluerent, designauit septuaginta illos discipulos, quorum dux & antesignanus erat Barnabas. Fuit autem hoc nomen viro sancto impositum propter sanctitatis præstantiam, qua omnibus consolationi fuit: vt quemadmodum Iacobus & Iohannes propter virtutem filij tonitrui, ita & Barnabas virtutis suæ causa, filius consolationis appellatus sit.

Hospitium Christi in Hierusalem

Septuaginta discipuli.

Cum autem Dominum docentem audisset, vt quicunque nunquam deficientem in cælis thesaurum inuenire vellet, venderet quæ possideret, faceretq; sibi sacculos qui non veterascunt, Barnabas nihil moratus pręciosissima cuncta à parentibus sibi relicta vendidit, & egentibus distribuit: vnico tantum agro in alimẽtum sibi reseruato. Post quàm verò à morte & resurrectione Domini, vberiori spiritus sancti gratia afflatus fuisset, illum etiam agrũ vendidit: præciũq; ad pedes discipulorũ deposuit, exemplo suo, oẽs ad eandẽ virtutem allexit. Post hæc fidei Christianę propagãdę cupidissimus, vbiq; mirabili pietatis splẽdore, horrẽdas impietatis tenebras fugabat. Ardebat aũt incredibili cupiditate luddi Saulũ, & nõ rarò cũ illo disputationẽ instituebat: sed Saul' accurata legis institutione subnixus,

Lucra

Barnabas omnia suavẽdit & dat pauperibus

Disputat cũ Saulo, [illegible]

Barna-

Barnabam tanquam in fraudem impulsum irridebat, & in Christum maledicta iaciens, fabri filium, idiotam & agrestem hominem appellabat, quem vt & morte violenta sublatum deridebat. Verùm cùm expleto in Stephanum furore, Damascum pergeret, vt Christi Ecclesiam internecione deleret, cælitus à Christo in terram prostratus, tandem errorem agnouit, mentisque aciem ad cæli celsitudinem erexit. Cùm verò Hierosolymam reuersus esset, dabat operam, vt Christi discipulis adhæreret, quem tamen omnes, hominis sæuitiam formidantes, fugiebant. At magnus Barnabas illi occurrens auditis ijs, quæ in via illi acciderant, manu, apprehensum duxit ad Apostolos eisq; ait: Quid pastorem fugitis, lupum existimantes? Cur bellatorem optimum, vt proditorem execramini. Hunc sibi Dominus pro pastore elegit; Tunc Paulus fusius narrauit quomodò sibi Dominus in via prostrato, tanquàm abortiuo apparuisset & singulari benignitate ab ipsis mortis sempiternæ faucibus ad vitam reuocasset.

Barnabas Paulum ad Apostolos ducit.

His auditis Apostoli obstupuere & lachrymis præ gaudio profusis in oscula & amplexus eius ruerunt; iterumque eum Damascum Euangelizandi gratia destinarunt: Barnabā verò Antiochiam miserunt vt adunatum ibidem Christi gregem fidelis pastor regendum susciperet. Posteà ad AEgypti vrbem Alexandriam venit: vbi, sparso diuini verbi semine, omnes deinde vrbes peragrauit, quoad iterum Hierosolymam veniret. Cùmq; florentem Ecclesiæ Antiochenæ statum percepisset, rursus eò contendit: atq; vt omnibus tandem bonis eam mirificè exornaret Tarsum abijt, vt Paulum secum in opus Euangelij Antiochiam perduceret. Ibi verò vtrique cùm

Barnabas Antiochiā mittitur.

Paulum Antiochiam ducit.

cùm annum integrum incredibili cum fructu exegissent, fideles, primùm Christianos appellarunt. Igitur cùm eam ecclesiam bonis omnibus mirificè efflorentem reddidissent, rursus Hierosolymam, quartodecimo à nece Christi anno, ascenderunt. Completo autem ministerio dextrisque ab Apostolis datis & acceptis, vt ipsi gentium salutem procurandam susciperent, descenderunt Antiochiam, Marco in ministrum assumpto. Inde impulsu Spiritus sancti Cyprum venerunt, totamque insulam peragrantes Salamina Paphum vsque Euangelium prædicarunt.

Inde multis iam ad Christum conuersis, discedentes venerunt Pamphyliam. Ibi tùm Marcus cùm videret Apostolos in hoc mundo inglorios degere, & infinitis mortis periculis expositos intrepidè certamina quæuis subire, ipse turpi formidine victus ad pericula subeunda claudicare cœpit: deorsus vt relictis Apostolis Hierosolymam ad matrem suam rediret. Sed cùm paulò pòst eosdem varijs mortis periculis & verberibus constanter superatis robustiores & multis honoribus claros videret, inconstantiæ suæ pœnitudine ductus supplex Barnabam cum lachrymis adijt, orans vt superioris errati venia concessa, iterum in beatam eorum admitti posset. Quibus permotus Barnabas benignè eum suscepit, hortatusque, vt omisso metu, animum ad constantiam firmaret, eum se sequi iussit. Interea Paulus omnes vrbes cum Barnaba peragrare: & maiora quæque ad Christi gloriam moliri constituit. Tunc Barnabas vt Marcum, nepotis illius socium admitteret, rogauit. At Paulus contra, Marcum rogabat vt hominem periculorum & mortis timidum & fragili adhuc fide præditum

Marcus ab eis recedit.

Assumitur iterum à Barnaba.

Paulus & Barnabas à se inuicem separantur propter Marcum.

ditum domi residere permitteret. Hinc inter eos pia quædam animarum dissensio oborta est: prorsus vt alter ab altero seperaretur: diuina prouidentia vtiliter id permittente, quæ Marcum populorũ & gentium multarum pastorem ac magistrum destinabat. Neque enim iracundiæ aut furoris impulsu à se inuicem separati sunt, sed magno pietatis zelo: cùm Paulus accuratam censuram Apostolicæ professioni congruentem requireret; Barnabas verò ad humanitatem propensior, aliquid humanæ imbecillitati tribuendum putaret.

Vide Baron. Tom. 1. Annal. vbi docet falsum esse Barnabam Romæ Euangelium omniũ primum prædicasse.

Igitur Barnabas assumpto Marco Cyprum profectus est, ac visitatis confirmatisque quæ ibi erant ecclesijs in Italiam nauigauit, & in Liguria Euangelium prædicauit, nobilissimamque Mediolanensium ecclesiam erexit ac longè lateq; Christi fidem fœliciter propagauit. Postremò Salaminam petijt vbi cùm incredibili ardore Iudæorum perfidiam in Synagoga expugnaret, quidam è Syria Iudæi legis Mosaicæ scientia tumidi venerunt, qui maledicta in eum iacientes turbam concitârunt vt hominem (quemadmodùm ipsi dicebant) perfidum & Deo ipsi contrarium supplicio traderent: meritasque de eius blasphemia pœnas expeterent. At Barnabas cùm à Christo admonitus vltimũm sibi certamen instare non ignoraret, conuocatis fratribus postremam ad eos orationem instituit, luculenter sanè multa de spe vitæ æternæ & fluxa huius mundi glória differens, hortans vnumquemque vt in percepta Christi gratia & fide perseueraret. Hæc aliaque cùm suis dixisset, diuina mysteria, insigni cum pietate peregit, populo interim vberrimo fletu & crebris singultibus dolorem, quem ex imminenti, vt prædixerat, recessu conceperat, attestante

Missam celebrat.

Post

Post hæc Synagogam ingressus igne diuini amoris mirabiliter incensus, iterum Iudæis Christum prædicauit. At illi furore perciti, coniectis in eum manibus, in obscuram quendam Synagogæ illius cellam vsque ad multam noctem custodierunt. Tandem educentes multis eum cruciatibus affecerunt, ac postremò lapidibus obrutum flammis exurendum tradiderunt. At sacræ reliquiæ ab igne planè illæsæ permanserunt, ac postridiè Marci vigilantia ex impiorum ludibrijs subductæ in spelunca quadam, stadijs ferè quinque ab vrbe distante, sepultæ sunt: vbi postmodum infinitis admodum miraculis eius sanctitas coruscauit: adeò, e multo tempore ab eius morte, propter multiplicem beneficiorum gratiam, quæ omnibus atque alijs calamitatibus oppressis ibidem conferebantur, Regionem illam sanitatis locum appellarent.

A Iudæis in Cypro interficitur.

Marcus eius corpus sepelit.

Sanitatis locus.

Cùm autem causam copiosæ illius gratiæ incognorarent, qua demùm ratione idipsum cunctis innotuerit non erit alienum explicare. Ea tempestate qua Zeno Isaurus imperium tenebat, Petrus Fullo dolo acriter in ecclesiam grassabatur, & Antiochenæ vrbis sedem inuaserat: eoque audaciæ & impietatis homo nefarius proruperat, vt spretis Patrum decretis, postquàm innumerabilibus magnis Orientis ecclesias affecisset, etiam Salaminæ vrbis Episcopatum sibi subdere contenderet. Ei tunc præerat Anthemius vir cunctis virtutibus egregiè ornatus & vitæ innocentia admodum clarus: sed in hæreticorum versutijs cognoscendis superandisque pænè nullus. Is igitur cùm anxij animi cogitatione fluctuaret, incertus num pro Ecclesiæ defensione Constantinopolim pro-

Petrus Fullo persecutor Ecclesiæ.

Anthemius Salaminæ Episcopus.

S. Barnabas apparet Anthemio Epicopo.

ficisci deberet, vidit secundum qietem virum quendam diuina specie præditũ, & multo luminis splendore conrutcantem: qui blandè placideque cur tanta tristitia absorptus iaceret, quæsiuit; nihilque ab aduersarijs mali passurum promisit. Anthemius hac visione perterritus corpus è strato corripuit ac humi stratus multis cum lachrymis Deum precatus est, vt secundò & tertiò, si ea consolatio diuina foret, ostendere dignaretur. Intereà Episcopus, vt precibus attentiùs vacaret, ab omni hominum congressu remotus degebat: & ecce nocte insequenti idem qui prius sacro decorus habitu apparuit, eumque monuit vt prompto animo Constantinopolim pergeret. At Episcopus peractis Deo gratijs multùm anxius, tertiam visionem præstolabatur: & ecce tertia nocte idem astitit vultu graui, & ad seueritatem composito, increpans eum vt sine mora iter Constantinopolim susciperet nihil ab aduersarijs mali passurus. Tum Anthemius: Quæso, inquit, Domine quis es tu, qui mecum loqueris. Tum ille: Ego sum Barnabas Christi Iesu discipulus. Huius rei signum hoc habebis. Egredere extra vrbem Occidentem versus stadijs quinq;, in eam regionem quæ Sanitatis locus appellatur, & subarbore Siliqua effodias, speluncam ibidem atque arcam inuenturus: in qua corpus meum integrum & Matthæi Euangelium manu mea propria scriptum recondita iacent. Et quia aduersarij tui sursum & deorsum omnia miscentes, Antiochiæ sedem Apostolicam esse contendunt: tu contrà ius tuum opponas, sedem quoq; tuam Apostolicam esse quippè qui Apostolum habeas in patria tua. His dictis Barnabas discessit.

Iterum eĩ ꝯ apparet.

Itemq; tertio.

Anthemius verò, clerò populoque vniuerso

conuocato eoque in modum supplicationis celeberrimè instructo, ad locum abijt, quo paulùm effosso, speluncam lapidibus obstructam inuenit. Quibus sublatis apparuit arca illa: quâ detecta, venerandas sanctissimi Apostoli reliquias suauissimum odorem spirantes inuenerunt, codice Euangelij super pectus eius decenter imposito. Tùm Episcopus incredibili gaudio exultans, sine morâ Constantinopolim abijt, & coacto Concilio Patriarcham Fullonem illum ad dirimendam litem conuocauit. Adfuit ille superbia tumidus faciemque sibi victoriam promittens sublatis superstitijs Anthemium despexit. At ille paulùm moratus Salaminam quoq; sedem non minùs Apostolicam quàm Antiochenam esse dixit: vtpotè quæ Apostoli Barnabæ sanctarum laudum præconijs celeberrimi integris reliquijs diues adhuc esset. Hoc cum Anthemius opposuisset, aduersarij responso tam iusto perculsi conticuere: Imperator verò cum vt eius rei certior factus est, ingenti admiratione permotus, Cypri antistitem ad se accersiri iussit, pleniusque ab eo edoctus valdè gauisus est, quod tam illustri miraculo Deus Imperij sui temporibus illustrare dignatus esset. Itaque Antiochinæ sedis episcopum illinc expulit & Salaminã sedem integra libertàte donauit. Porrò Euangelium illud manibus ab Anthemio impetrauit & Constantinopoli honorificè asseruari præcepit. Barnabæ verò in Cypro templum insigni opere construxit, sacrum tãti Apostoli corpus multo maiore cum honore illic requiesceret.

S. Barnabæ reliquiæ reperiuntur.

Anthemius fullonem confutat.

Zeno Imperat. extruxit templum S. Barnabæ.

VITA S. PARISII BONONIENSIS, excerpta ex libris Iacobi de Voragine à doctissimo viro Carolo Sigonio.

12. Iunij. Parisij patria.

BEatus Parisius Bononię natus circa annum salutis 1150. magna à primis annis singularis & insolitæ cuiusdam in illa ætate probitatis ac sanctitatis argumenta dedit. Postquàm verò sese corroborauit, eodem illo religionis studio sic arsit, vt seculo relicto, Camaldulensibus adscribi se cœnobitis voluerit. Ibi verò cùm per annos aliquot ita vixisset, vt non dubium omnibus summæ temperantiæ, eximiæ castitatis, omnisque demum monasticæ moderationis opinionem attulisset, visus est cœnobij præfectis idoneus qui sacerdotis officio, quem Capellanum appellant, monachas S. Christinę Taruisij gubernaret. Quam curam libenter ille obedientiæ Christianæ causa suscepit, ac munus illud plurimos annos maxima cum sui laude administrauit, vita assiduè in ieiunijs vigilijs, diuinis precationibus, corporis afflictionibus & manuum operibus sine vlla omninò hominum obtrectatione, aut virginum ipsarum querela, traducta.

Fit Monachus Camaldulensis.

Præficitur monialibus

Valde grandæuus decedit.

Quin etiam in eo officio iam effœtis corporis viribus, vt qui annos circiter centum sexdecim ageret, expirauit, cùm annus salutis ageretur 1250. tertio Idus Iunias, Cæterum cùm & viuens & mortuus aliquot miraculis editis hominum in se oculos conuertisset, Albertus Episcopus Taruisinus homo grauissimus faciendum sibi putauit, vt vitam eius, certis adhibitis de more Ecclesiæ testibus, exploraret: atque constanti eorum testimonio cognitum est, superiorem omnem longissi-

mæ illius vitæ consuetudinem morti sanctissimæ obitæ, & multis signis illustratæ, facilimè respondisse.

VITA S. ONVPHRII EREMITAE, EX ea, quæ est à Paphnutio Anachoreta conscripta.

QVodam die incredibili desyderio interiorem solitudinem penetrandi accensus, inueni in quadam spelunca impressum hominis vestigium: quo viso magnā in spem adductus sum aliquem ibi sanctitate admirabilē latitare. Cumq; integro ibi die hominis egressum vel aduentū præstolarer, ecce à longè inter bubalorum gregem vidi quendam veste nudum pilis autem toto corpore tectum. Qui vt primùm me conspexit, ratus spiritum esse, constitit: ego verò eam opinionē illi adimens vt me ad cellulà suā perduceret enixè rogaui. Fecit hoc perquam libenter & me instante totius vitæ suæ seriem in vasta illa eremo transactam narrauit. quam ad aliorum vtilatem & profectum absque non erit explicare: Is itaq; non sine lachrymis & crebro singultu dæmonis fraudem in quam miserè impulsus fuerat pandebat. Cùm enim ex Thebaidis cœnobio maioris perfectionis studio in eam solitudinem concessisset, quædam religiosæ vitæ fœmina paulò pòst eò venit, cuius ille miser amore inflammatus turpi se libidine contaminauit: & menses admodùm sex in eo scelere permansit. Posteà verò singulari Dei Beneficio è tantis mentis tenebris ereptus commissum facinus agnoscere acerbissimeque lamentari cœpit: ac protinùs ab impure se mulieris conspectu subducens in vastam illam solitudinem & horridam sanè spelunca confugit. Ibi verò cùm rerum omnium indigus digeret

12. Iunij.

Eremita inter Bubalos.

nihilque, præter vnam palmam quæ tenuem ei victum suppeditabat, inueniret, cœpit acerbissimis iecoris doloribus conflictari: prorsus vt iam iam mortis aculeo se configendum putaret. Cumque abiecta spe vitæ prostratus iaceret, subitò vir quidam insigni ornatu decorus astitit, qui manus suæ contactu languorem depulit & integras planè corporis vires restituit dicens: Ecce iam sanitati restitutus es: vide ne deinceps aliqua te peccati contagione macules, sed quod reliquum est vitæ, id strenuè in Dei seruitio expendas. Hæc mihi Timotheus (hoc namque viro illi sanctissimo nomen erat) cùm narraret, ego quasi facibus quibusdam accensus eandem cum illo societatem vitæ expetij: sed illo dehortante ac dicente maiores dæmonum insultus esse, quam à me superari vt possint mœstus acquieui: eiusque munitus benedictione eandem solitudinem latiùs peragrare cœpi.

Diuinitus iecur eius curatur.

Timotheus eremita

Cumque septemdecim dierum iter in magnis angustijs & frequenti mortis periculo confecissem, vidi procul virum venientem aspectu valde terribilem, hirsutum pilis, eisque toto corpore instar feræ tectum. Erat veste nudatus, lumbos herbarum folia velabant. Aspectus eius tantum mihi terrorem incusserat, vt homicidam eum existimarem; quare concito gradu montis cacumen conscendi, illo interim anhelo spiritu subsequente, & clamante, vt eius me conspectui sisterem & sermones conferrem. Parui tandem, ac cognita protinus viri sanctitate, humi ad eius pedes me abieci enixè contendens vt vitæ suæ rationem ac seriem panderet. Consedimus pariter, ac pri-

Onuphrij forma terribilis propter vitæ asperitatem.

ac primùm debitis Deo laudibus persolutis, sic exorsus est: Quid est quod me serue Dei & Sanctorum amice ita fugeres? Homo sum, nec quicquam à me humani alienũ puto. Sexagesimus iam annus agitur, ex quo in hac vasta eremo me Deo consecraui, quo tempore hominem omninò nullum, te solo excepto, videre merui. Cùm enim anteà in cœnobio in vrbe Hermopoli Thebarum degerem, & multa de admiranda sanctitate Eliæ & Præcursoris Christi eorumque vita planè cælesti, quam in eremo Angelicæ puritati conformem duxerãt, auditione perciperem, idem institutum vehementer æmulari cœpi: ac tandem Christi gratia adiutus è cœnobio in hanc solitudinem Angelo duce cõmigraui. Hæc ego cùm audirẽ gauisus plurimùm rogaui vt si quos conflictus cum aduersario subijsset, narraret. Tum ille ingemiscens: Mi pater, inquit, labores quos primo ingressu sustinui nullis verbis explicari possunt. Sed cùm maxima eorũ mole oppressus diuino auxilio me planè destitutum putarem, tùm plerunque splendor diuinæ bonitatis in horrendis tenebris emicabat, qui pulsa desperationis caligine, incredibilem animo tranquillitatem inferebat. Cùm autem extrema inedia exhaustus nihil haberem quo languentem naturam roborarem, Angelus Domini quotidianum mihi alimentum suppeditabat; prorsus vt tanta Dei bonitate mirificè consolatus, nullas deinde afflictiones formidarem. Iam enim re ipsa cognoueram Christi seruis nihil omninò, nõ modò quę ad necessitatem, sed & quæ ad voluptatem faciunt, vnquam deesse. Exultabam itaque die noctęque in tantæ Dei erga nos clementiæ consideratione, & in vasta hac solitudine tanquam munitissimo propugnaculo se-

Sexaginta annis nullum vidit hominem.

Angelus ei cibum suppeditat.

curus ac lætus dormio & requiesco.

Hæc aliaque suauissima sanè consolationis verba vir sanctus cùm dixisset: Ecce, inquit, Paphnuti Pater, hodie è corporis huius ergastulo à Domino vocor: ac statim insitæ pietatis & admirandæ religionis documenta præbens placidissimè corporeis vinculis solutus, in cælum Angelorum comitatus obsequio, qui suauissimo cantu eum prosequebantur, immigrauit.

MARTYRIVM S. AQVILINAE VIRGINIS. ex ea quæ est apud Metaphrasten.

Iunij 13.

IN vrbe Palestinæ regionis, quæ Biblos dicebatur, inter alios insigni pietate viros, qui ab ipsis Apostolis Christi cognitione imbuti fuerant, Entelmius sacro matrimonij vinculo alligatus, Aquilinam genuit, puellam egregijs sanè Christianę virtutis trophęis inclytam. Cùm enim Volusianus, Diocletiani Imperatoris anno septimo, prouinciæ Palestinæ administrationem accepisset, homo nefarius, vt terrenì Imperatoris oculis placeret, eiusque animum grato obsequio sibi deuinciret, inaudita quadam tyrānide omnes pietatis cultores persecutus est. Cumque multi admiranda animi fortitudine certamina maxima sustinerent, Aquilina nullo modo Christianæ pietati pro sua parte defuit; sed quotidie, quascunque poterat virgines & matronas, ad suum colloquium pertrahebat: eisque & Christianę religionis præstantiam & impium idolorum cultum ardenter sanè exponebat. Hæc cùm fortè Nicodemus quidam audiret, statim ad Proconsulem detulit, Aquilinam, spreto Imperatorum edicto, Christianam religionem colere, & diabolica fraude multas virgines matronasque

Aquilinæ patria & parentes.

Volusianus crudelis Palestinæ Præfectus.

Aquilina fœminas piè prouocat ad fidē.

nasque à deorum cultu auertere.

Hac accusatione audita Proconsul Volusianus, suo eam tribunali sisti iussit. Annum tunc agebat virgo sanctissima duodecimum, eratque pulchritudine eximia, & specie adeò liberali, vt Proconsul multis blanditijs eam frangere cuperet, ne magno animi sui dolore, tam teneram tamque preclaram virginem carnificum manibus tradere cogeretur. At illa cùm Proconsuli assisteret, eiusq; blanditias & amplissima promissa audiret, animo planè virili respondit: Nolo vt me misericordia prosequaris: nam ea, quę à te misericordia æstimatur, maiori me damno afficiet: quare peto vt ferocem teostēdas & sæuitiam in me maximam expromas; quo cognoscas vires nostras Christi sanguine roboratas, nullis supplicijs frangi posse.

Aquilina sistitur Volusiano.

Constantia S. Aquilinę.

Hæc cùm Volusianus puellam dicentem audiuisset, iussit carnifices colaphis eam cædere, & insultans, ait: Vide, Aquilina, num istæ tormentorum primitiæ tibi suaues & iucundæ videantur. Ad hęc Aquilina: Tu quidem, tyranne, non veritus es Dei imaginem colaphis fœdare; sed nec tibi Deus in die iudicij parcet. Proconsul vt conceptum animi sui furorem expromeret, iussit eam à duobus carnificibus distentam acriter verberari. At Christi martyr in eo supplicio exultans, tyranni cruciatus contemnebat. Volusianus autem aures eius ignitis subulis perforari, ac cerebrum ipsum candenti ferro exuri iussit. Eo cruciatu virgo sancta aliquamdiù fatigata, tandem concidit, & oppressis, præ dolore, sensibus, instar mortuæ iacuit. Proconsul itaque ratus eam vitali spiritu destitutam, corpus eius canibus ac volucribus proijci iussit. Cùm verò Aquilina totum diem tanquàm exanimis in

Colaphis cæditur.

Candētibus subulis perforatur.

via,

via, ludibrium vulgi, proiecta iacuisset, ecce nocte concubia, Angelus Domini eam erexit, & integra sanitate cum admirabili decore restituta, ad portam vrbis perduxit: qua statim patefacta, Vade, inquit, ad Volusianum, eiusque insaniam constanter redargue.

Ab Angelo sanatur.

Iuit illa, & Proconsulem his verbis affata est: Nondum, ô tyranne, Christi potentiam agnosces? Etsi enim cordis lumine à patre tuo diabolo priuatus es, at corporeis saltem oculis crede. Ego sum Aquilina, quæ hîc incolumis, vt vides, assisto. Proconsul ingēti stupore oppressus animum in omnes partes tacitùs versabat. Tandem ait: Pessima hæc Christianorum sectæ propugnatr .., quæ veneficijs suis vim tormentorū superat, gla .io feriatur. Hac lata sententia virgo Christi, præ gaudio exultans Creatori suo gratias egit. Vt autem ad locum certaminis ventum est, obtento orandi spatio, hora vna, ardenti spiritu Christi numen precata est: & ecce antè quàm cruentus carnifex gladium in virgineam eius ceruicem vibraret, placidissimè animam efflauit. Carnifex tamen vt sententiam Proconsulis exequeretur, sacrum eius caput præcidit, ex quo pro sanguine lac in terram defluxit. Christiani autem cùm præstò essent, eius reliquias gemmis præstantiores sustulerunt, & pręciosis vnguentis ac linteis nouis inuolutas, in monumentum apud vrbem Biblon sepelierunt.

Sententia Volusiani in eam.

Expirat nec dum cæsa à carnifice.

VITA S. ANTONII OLISSIPONENsis, professione Frāciscani. ex ea quæ extat apud Surium. Migrauit ex hac vita anno Domini 1231. Sequenti verò anno à Gregorio Nono Rom. Pont. receptus est in numerum Sanctorum.

Olyſ-

Olyssipone in regno Lusitaniæ templum est Virgini matri sacrum, in quo beati Vincentij martyris sacrũ corpus honorificè asseruatur. Ad eius templi partem occiduam B. Antonij parentes domicilium habuêre ipsis templi foribus valdè propinquum. Ibi natus Antonius (qui in sacro fonte Ferdinandi nomen accepit) ab ipsis incunabulis multa morum probitate ac vitæ integritate admirabili, optimorum parentum studia, sedulo æmulatus est. Pater eius vir nobilis Alphõsi regis miles, Martinus nomine, honoratus fuit. Mater eius Maria non infimo genere nata, virtutum splendore, generis quoque claritatem superauit.

Iunij 13.

Patria S. Antonij.

Parentes eius.

Vt autem puer rationis capax factus est, à parentibus in ea, quam diximus, ecclesia literis traditus est imbuendus, simulque Christi ministris, cuius erat futurus præco, ad omnem vitæ sanctitatem informandus. Cùm verò accedentibus annis improbos corporis motus spiritui acriter reluctãtes sentiret, ne impotenti eorũ dominatu opprimeretur, ad Augustinianorum monasteriũ extra vrbis muros situm se contulit, vt ibidem apud viros spectatę religionis, quos Canonicos Regulares vocant, ætatem fragilem à peccati illecebris tueretur. Igitur dulcissimo pietatis studio captus, spretis mũdi oblectamẽtis, in eodem vitæ instituto, Deo se ibidem consecrauit. Sed cùm biennio illo, quo apud eos mansit, crebra amicorum visitatione, ab ardentiore cælestium rerum meditatione, plurimùm retardaretur, locum delerere decreuit: vt apud exteros Dño trãquilliùs & liberiùs vacare posset. Impetrata igitur à superiori recedẽdi copia non vitæ institutũ sed locũ mutauit, ad monasteriũ S. Crucis de Conimbrica zelo seuerioris disciplinæ cõmigrans,

Traditur literis.

Fit Canonicus Regularis.

Cùm

Reliquiæ martyrum Franciscanorum.

Cùm autem per id tempus sanctorũ martyrum quinque Franciscanorum reliquias, dominus Petrus Infans serenissimi Lusitaniæ Regis filius primogenitus, Marochio adduxisset, & se illorũ meritis à magnis periculis liberatum per omnes Hispaniæ prouincias diuulgâsset: Christi seruus Fernandus, multo cœpit desiderio flagrare, instar illorum, pro Christo hauriendi martyrij calicem. Itaque cùm die nocteque intẽta supplicatione Deum rogaret, vt mẽti ipsius adspirare dignaretur, quod & illius voluntari gratiùs & proximorum saluti vtiliùs esset, tandem summo Abbatis sui consensu ad D. Francisci institutum transmigrauit. Et quia parentum suorum molestias vehemẽter formidabat, simul cum habitu nomen mutauit, ac deinceps Antonium se dici voluit.

Fit Franciscanus.

Nomen suum mutat.

Intereà cùm ardens martyrij sitis magis magisq; eum extimularet, à fratribus ad Saracenos proficiscendi copiam postulauit. Qua impetrata celeriter se in viam dedit, sed præpotens Deus, qui eum plurimorum saluti seruabat, conatus eius vi morbi, qui eum in itinere inuasit, repressit. Qua re compulsus, vt affectam grauiter valetudinem curaret, ad natale solum nauigare constituit: sed ventorum impulsu in Siciliam se delatum sensit.

Cupit apud Saracenos mori pro Christo, sed impeditur.

Non longè tunc aberat dies, qui apud Assisium fratrum omnium conuentu celeberrimus habetur. Id vbi Messanæ ex fratribus vir Dei resciuit, eò licet affecta valetudine profectus est. Eo autem conuentu soluto, cùm ille, quem Ministrum dicunt, cómmissos sibi fratres ad loca sua remitteret, solus Antonius, vtpotè ignotus & pro homine nihili habitus, à nemine expetitus fuit. Itaque vir Dei Antonius Fratrem Gratianum (qui tunc Ministri officio in

Ex Sicilia venit Assisium ad Capitulum generale.

cio in AEmilia fungebatur) adijt eumque supplex rogauit vt ipsum in AEmiliam, disciplinis regularibus illic erudiendum perduceret. Gratianus eius petitioni libenter assensus est, secumque eum in AEmiliam abduxit: vbi venia impetrata, ad eremũ Montis Pauli, quietẽ animi captare volẽs, secessit. Perstitit illic vir sanctus in precibus & vigilijs, tãtaque inedia carnẽ maceruit, vt hora refectionis ad fratres rediturus, nutante præ nimia imbecillitate gressu seipsum interdum sustẽtare non posset. Nec deerant illi crebræ dæmonum infestationes, quas mirabili constantia, spei suæ anchora in cælestibus solidissimè defixa, elidebat.

Degit solitarius.

Accidit interim vt fratres sacris Ordinibus initiandi ad forũ Liuij, quæ est AEmiliæ ciuitas, confluerent: inter quos cum Antonius adesset, & Minister, instante collationis hora, singulos vrgeret, vt salutis monita depromerent, & illi recusarent, iussit tãdem Antoniũ, de cuius eruditione nihil comperti habebat, quicquid spiritus Dei suggereret, in medium proferre. Et certè cùm tantus ille esset, vt memoria pro codicibus vteretur, & mystici eloquij gratia mirè affluueret, peritior tamen apud fratres habebatur abluẽdorum culinæ vtensiliũ, quàm scripturæ sanctę mysteria explicãdi. Verum enimuerò cùm ministri volũtati & omniũ precibus parere cogeretur: primò quidẽ cum timore Dñi simpliciter ad eos orsus est dicere, sed in oratiõis progressu tanto verborum splendore, tãta mysticarum sentẽtiarum altitudine vsus est, vt oẽs in summam admirationẽ adducerentur: nec affirmare dubitaret, eiusmodi sermonẽ se nunq̃ antehac audiuisse.

Celat diu scientiam suam.

Non diu pòst huius rei fama ad aures Ministri perlata, illius voluntate compulsus est rupto

diutur-

Mittitur ad concionandum.

diuturno silentio in publicum prodire: & diuini verbi sata vbique dispargere. Igitur ex eremi cultore factus Dei præco, ad conciliandam proximorum salutem strenuè se contulit: eam in concionibus suis iustitię adhibēs æquitatem, vt siue magnis, siue paruis loqueretur, veritatis iaculis indifferenter omnes feriret. Qui iam ante passionis calicem sitienter concupierat nulli mortis discrimini pro veritate cedebat: sed mirabili strenuitate etiā potentium tyrannidi sese opponebat. Videbatur quasi alter quidam prodijsse Elias zelo Dei feruens, qui ignitis sermonibus tepida auditorum accendebat corda. Personas quasdam sublimes reprehensione dignas, tanta nonnunquam seueritate obiurgauit, vt plerique alij celebres concionatores ad intrepidam illius constantiam trepidarent, vultusq; suos quodam pusillanimitatis rubore perfusi obtegerēt. Circumibat per vicos, castra, vrbes, & agros, & plurimos quotidiè è fæcibus peccatorum ad salutares pœnitētię fructus reuocabat. Arimini cùm multos nefaria hæresi correptos inueniret, conuocata concione, versuta eorum dogmata luculenter confutauit. In quibus Boniuillū hæresiarcham triginta annis errorum tenebris occęcatum ad sanitatem adduxit, effecitque vt ad mortem vsque Ecclesiæ mandatis deuotus staret.

Zelus eius.

Boniuillum hæreticum conuertit.

Posteà verò, priuato quodam negotio vrgente, à Ministro Ordinis Romam missus est: vbi ore tam fœcundo Scripturæ mysteria depromebat, vt Pontifex Maximus eum arcam Testamenti appellaret. Nec immeritò à Pontifice hoc illi tributū fuit. In enim vtriusque instrumenti paginas memorię planè affixas habebat, vt instar Esdræ potuerit, si sic res postulasset, omnes scripturas diuinas in integrum de suā

Arca Testamēti vocatur à Pontifice.

de sua memoria, etiam codicibus omnibus prorsus abolitis, restituere.

Multa verò insignia Ordinis sui monasteria scientiæ lumine illustrauit. Cùm enim per id tempus Ordo propter imperitiam apud plerosque in contemptu esset ipse, consentiente beatissimo Patre Francisco, primus omnium Bononiæ in Theologica facultate suis præfuit, & scripturas diuinas è cathedra professus est. Cùm in ciuitate Podiensi, Gurdiani, vt vocant, ministerio fungeretur, erat illic notarius quidam omninò lubricus, carni & mundo totus addictus. Eum vir Dei obuium sibi magna solebat veneratione prosequi. Ille verò existimans se ludibrio peti, eamque venerationem in sui derisionem fieri, quodã die sanè exacerbatus dixit Antonio: Profectò nisi diuinũ numen reuererer istud ludibriũ quo me afficis ego ferrò in te vindicarem. Quid ita me ridiculum facis? At vir beatus: Equidem libens, inquit, Deo me martyrem obtulissem, sed ego ea gloria dignus non sum. Tu verò præclara martyrij corona ornatus cælos conscendes. Oro quoque, vt vbi ad martyrij agonem perueneris, mei quoque memor esse velis. Hoc audiens risit ille: sed non multo pòst tempore Podiẽsis antistes Hierosolymam profecturus notarium illum itineris sui comitem habere meruit. Cumque episcopus ad Saracenos frequenter concionem haberet, & frigidus Christi fidẽ propugnaret, notarius, instar Vindonij, facibus amoris diuini accẽsus antistitem increpans, multo cum feruore ipse Saracenorum impietatem redarguit, & Mahumetem Satanæ filium constanter asseruit. Qua hominis libertate pariterque constantia irritati Saraceni, per triduum eum supplicijs excruciant: ac postremò martyri,

Primus prælector in suo Ordine fuit.

Lubrico homini præstat reuerentiam tanquam futuro martyri.

Vetax eius prophetia.

tyrij palma insignitum ad cælos transmittunt.

Porrò Antonius vt liberiùs animarum saluti incumberet, ab omni fratrum regimine absolutus in opus Euangelij totus destinatus est. Habuit autem in concionibus tantam auditorum frequentiam, vt ad patentes sese campos ex ecclesiarũ ambitu trãsferre cõpulsus sit, quò ita demùm salutaris doctrinæ pluuia irrigaret sitibundos. Confluebat ex vicinis pagis, castris, vrbibus innumera propè hominũ multitudo. Surgebant intempesta nocte, & alijs lios nitebantur anteuertere: & qui in multam lucem priùs stertere consueuerant, absque vlla molestia vel tædio concionaturũ vigiles expectabant. O quot ille tum odia inexpiabilia & implacabiles inimicitias ad pacem & concordiam reuocauit, quàm multos diuturna captiuitate miseros libertati restituit, quot ille res, per vsuram & nefariam vim alijs ereptas, restituendas curauit. Cœperunt tum primùm homines cateruatim sese verberando & pia cantica deuotè depromendo procedere. Atque ea consuetudo à tanto auctore profecta, deinceps suis est aucta incrementis, ità vt in omnibus ferè Italiæ locis accuratissimè hodieque obseruetur.

Frequentissimum habet auditoriũ dum concionatur.

Fructus concionũ eius.

Fuit autem viri Dei id præcipuum semper, studium & conatus perpetuus, vt pestilẽtes hæreticorum sectas internecione pænitùs deleret. Tantã autem virtute fraudes & versutias eorum detegebat, tantisque viribus impios eorũ conatus retundebat, vt passim ab omnibus indefessus hæreticorum malleus diceretur. Nec fuit sine fructu labor viri Dei, plerisque hæreticis cum ipsorum fautoribus ad veritatis agnitionẽ & obedientiam S. Matris Ecclesiæ reuertentibus. Cùm aliquandò in partibus Tolosanis

Est malleus hæreticorũ.

nis in hæresiarcham quendã insigniter perfidiosam incidisset, qui veritatẽ corporis ac sanguinis Christi in Eucharistia pernegabat, multis eum rationibus & varijs scripturæ locis ita pressit, vt planè victus veritati accedere cogeretur. Tandem verò post multa & varia, per quæ elabi nitebatur, argumenta in hæc verba prorupit: Omissa verborum contentione ad res veniam. 5. Tu si miraculo testatum facere potes, verum corpus Christi in Eucharistia contineri, omni perfidia abiurata, mox ceruices meas Catholicæ fidei iugo submittam. Tum hæreticus iumentum quoddam triduana inedia macratum, in populi conspectum adduxit, & ex vna quidem parte pabulum ei proposuit, ex altera verò virum Dei cum sacrosancto illo pane consistere voluit, atque: Si iumentum, posthabito pabulo suo, properauerit ad adorandũ illum Deum tuum, vestræ fidei decretis totus accedam. Assensit vir sanctus & ingenti Catholicorum frequentia stipatus, hæreticorum etiam caterua nequissima concurrente, peracto Missæ sacrificio, cum corpore Domini foras egreditur. Tum imperato silentio, bruto animanti, cum fiducia ait: In virtute & nomine Creatoris tui, quem manibus indignus gesto, tibi præcipio, vt confestim huc accedas & eam, quam par est, illi reuerentiam exhibeas: vt hinc perspicuè intelligat hæreticorum peruersitas omnem creaturam suo creditori subditam esse, quem dignitas sacerdotalis in altari contrectat. Necdum Christi seruus dicendi finẽ fecerat: & ecce iumentum illud, neglecto pabulo, ad poplites vsq; submisso capite accessit, & corã illo viuifico corporis Christi Sacramento genu curuauit. Mox ingenti gaudio perfusi Catholici, benedicunt Deũ, & hæresiarcha,

Insigni miraculo, mulus adorat Eucharistiam.

abiurata coram omnibus perfidia, ex animo Catholicæ fidei nomen dedit.

Cùm Patauij degeret vir Dei, Olyssipone duo ciues inexpiabili odio laborantes, mutuo sibi necem machinabantur. Accidit autem vt alter alterius filium hora vespertina per summam crudelitatem iugularet, & intempestę noctis silentio, in horto parentum viri Dei facta fouea sepeliret. Mane facto cædis auctor & cadauer diligenter quæsitum est, ac tandem in horto Martini inuentum. Itaque pater viri sancti cum tota familia in vincula coniectus, tanquam cædis reus habitus est. Eius rei vt per spiritum Patauij certior factus est vir Dei, eadem nocte magno miraculo Olyssiponem perductus est: & proxima luce ad iudicem se conferens, petijt vt insontes è vinculis dimissos, domum abire pateretur. Illo omnibus modis recusante, petijt cadauer peremptipueri ad se adferri. Quo allato iussit defunctum edicere num parentes cædis illius rei essent. Res stupenda puer defunctus corpore se erigens respondit illos cædis eius prorsus conscios non esse. Mansit toto illo die cum parentibus suis honorificè ab omni suspicione patratæ cædis absolutis, & mane angelico ministerio Patauium reductus est. Neq; hoc solo miraculo sed alijs sanè plurimis admirandæ virtutis insignibus claruit.

Defunctus loquitur.

In vltima verò ætate cùm signis minimè dubijs, terminum vitæ appropinquare cerneret, ab hominum turbis planè recessit, & arcta se solitudine cōclusit, vt spiritum ab omni rerum terrenarū contagione repurgaret, & sic demùm lætus ad cælestia regna tenderet. Cùm autem leui infirmitate correptus, eaque paulatim crescēte, tandem ad extrema festinaret, sublatis sursum oculis Christum Iesum videre

Obitus viri sancti.

videre meruit, eiusque conspectu mirificè exhilaratus iunctis manibus psalmos, quos Pœnitentiales vocant, cum fratribus perlegit. Iodo quasi dimidia elapsa hora inter adstantium manus dormienti similis leniter exspirauit.

ILLVSTRE CERTAMEN VITI SANctissimi pueri, Modesti & Crescentiæ. ex eo quod est apud Surium. Passi sunt anno Christi 303. Marcelli Papæ 7. Diocletiani & Maxim. 20.

QVo tempore Valerianus Præses acerbissimã in Christianos persecutionem mouebat, Vitus Hylæ nobilissimi viri filius, insigni religione & pietate adeò clarus extitit, vt ipsi dæmones publica voce admiranda ipsius merita fatentur. Nam & cœcis visum diuina gratia conferebat, & dæmonia, mirabili virtute, ex obsessis corporibus profligabat. Hęc Valerianus vt resciuit, patrem pueri accersijt, eumque sedulò monuit, vt si filium saluum & incolumem vellet, à Christi cultu abduceret. Pater minis Præsidis vehementer exterritus, & de filij sui capite sollicitus, nullum non mouit lapidem, vt filium sibi vnicũ ab imminẽti mortis periculo eriperet. Fili dulcissime, dicebat, discede ab hac mentis tuæ stultitia, qua inani labore mortuũ hominem venerando conflictaris, ne princeps pro suæ potestatis furore sæuiat in te, ad tui perniciem & augmentum doloris mei. At Vitus ætate quidem paruulus, sed mente canus: Vtinam, dicebat, mi pater, veritatis lumen intra mentis tuæ penetralia admittere velles, profectò tu mortuum illum hominem, qui crucis suppliciũ propter scelera nostra voluntariè sustinuit, pari mecum veneratione prosequereris: à cuius charitate, quod te

Iunij 15.

Hylas nobilissimus, pater Viti.

Nititur Vitum a Christo auertere

certissimum habere volo, nemo me vnquam quacunque afflictione poterit separare.

Sistitur ad tribunal.

Inter hæc Præses & Hylam & Vitum suo tribunali sisti iussit: Et Hylam quidem blandè iterum atque iterum monuit, vt videret quo imminentem suppliciorum atrocitatem à filio & sempiternam ignominiã à familia sua ad eum vsque diem illustrissima auerteret: Vitum verò minis horribilibus terrere conatus est, vt relicto Christi cultu dijs sacrificaret. At Vitus Spiritu plenus intrepidè ait Præsidi: Ego dæmonibus nõ assentior, neq; sculptilibus vllã venerationem impẽdo. Habeo enim Dei filium Deum viuũ, cui fideliter seruit anima mea.

Baronius pro cathomo (Latomijs) restituendũ putat. in Notat. hoc die.

Præses pueri constãtia ad iram prouocatus fustibus eum mactari, mactatumq; cathomo cẽdi iussit. Sed cùm ministri manus in eũ injcere vellent, brachia eorũ, & manus quoque Præsidis protinùs arefacta sunt. Tunc Valerianus: Hem, inquit, hic puer magicis nos artibus superat. At Vitus: Non magicis artibus, sed diuina vos vindicta persequente hæc fiunt. Ego enim seruus Christi Iesu sum, cuius virtute manus tua restituti potest: & eleuatis ad cælum oculis Deum precatus est, statimque sanam & incolumem eam recepit.

Curat manũ aridam Præsidis.

Valerianus admiratione defixus Hylam aduocauit, traditoque ei filio, mandauit vt secum domum illum abduceret: & ad mentem saniorem deorumque cultum reuocaret. Parens igitur, recepto filio, magna cum lætitia domum abijt: ac varijs illecebris piam pueri mentem emollire studuit. Tandem post cymbala & organa, post epulas & cantica, post varia puellarum blandimẽta nequicquam adhibita, cubiculum tapetijs & inæstimabilis pretij gemmis ornari, & omnibus delicijs instrui iussit:

Tentatur varijs modis S. puer.

vt in eo puer luxurians, paulatim in obliuionem rerum cælestium veniret. At Vitus flexis genibus sine intermissione Christi numen precabatur, ne à diabolo in fraudem pelleretur. Interim dum hæc fiunt, incredibilis quędam odoris fragrantia totum illud cubiculum implenit: adeò vt parens totaque familia accurrerent: & studiosè tanti odoris causam explorare vellent. Sed cum Hylas introspicere vellet, ecce miser vtroq; lumine orbatur. Erant tum cum Vito angeli Dei, quos ille impuro mentis aspectu, cùm vellet contēplari, protinùs excœcatus est. Itaq; amissis luminibus miser, præ nimio dolore horrendè eiulari cœpit: prorsus vt ad eius clamores tota ferè ciuitas cum ipso Præside cōflueret. Porrò Valerianus vt vidit Hylam inter seruulorū manus luminibus orbatum, & ingēti stridore clamatem sollicitè perquisiuit, quinam id accidisset. Cui Hylas respondit, deos cum filio in cubiculo adesse, radiātibus, instar stellarum, oculis, & aspectu planè fulgureo, quorum splendorem intueri cùm vellet, oculorum acie priuatum esse. Tum Valerianus collaudata deorum potentia, ad Iouis fanum eum deduxit: vbi multis precibus & votis diu frustrà sudatum est: quò amissum lumen recuperaret. Sed cùm acrioribus dolorū stimulis vrgeretur, domum redijt & ad Viti pedes se abiecit. Tum Vitus: Si, inquit, sanitatem cōsequi velis, necesse est vt renuntiato idolorū cultu, Christum verū cæli terræq; Deum agnoscas. Ille doloris aculeo victus: Agnosco, inquit, mi fili, tantùm sanitatē restitue. Cui Vitus: Hæc cōfessio nequaquàm ex fide procedit. Verumtamē vt cognoscat omnis populus Christi Domini virtutem, eius potentia visum consequeris. His dictis, manibus oculis patris admotis amissum

Hylas fit cœcus.

Recipit lumen Hylas per filium.

lumen illi restituit. At ille qui iam erat dæmonis vinculis miserè astrictus, nequaquàm Christi gratiam agnouit, sed beneficium à Deo sibi collatum dæmoniorum virtuti impiè attribuit.

Hanc tam immanem patris sui impietatem Vitus cùm execraretur, & pater interim animo volueret, quibus potissimũ supplicijs filium suum excarnificaret, fuit, angelo duce, ad locum quendam, quem Alectorium vocant, deductus. Adiunxerat se illi Modestus vir religione & pietate haud mediocri, qui Viti curam iam antè habuerat. Itaque cùm nauicula ad Silerum fluuiũ appulsi essent, fessa labore membra quieti tradiderunt. Ibi verò cùm se totos pietatis studio traderent & cælestium rerum meditatione puritatem angelicam ęmularentur, fuit illis aquilæ ministerio cibus porrectus, tũsque ab hominibus eò quotidie cõfluentibus honor exhibitus, vt dæmonia, quę ex obsessis corporibus fugabantur, eorum virtutes longè lateq; diuulgarent. Peruenit tandem fama eius ad Diocletianum, cuius filius ab impuro spiritu miserrimè exagitabatur. Nec mora, Imperator, si quã fortè per Vitum filio suo opem adhibere posset, per milites suos eum adduci iussit. Adductus cum Modesto Vitus, Diocletiani filium nõ sine multorum strage infideliũ qui impias in Christi numen voces iactabat, à dæmone liberauit. Imperator & pueri virtute, & formę eius elegantia raptus, blandè comiterq; hortari eũ cœpit, vt dijs sacrificaret, seq; ab omni supplicijs ignominia vindicaret, & opibus ac honoribus circumfluẽs inter regni sui primates ostentaret. Ad quæ Vitus: Ego verò, inquit, & regnũ & diuitias & honores flocci facio: totusq; ex vno Christo Iesu Deo meo dependeo, qui stola immortalitatis me induet.

Modestus se Vito adiungit.

Aquila eis cibos adfert

Accitur S. Vitus à Diocletiano.

Blanditur ei tyrannus.

Diocle-

Diocletianus hoc pueri responsum vehementer admirans, iussit eum vnà cum Modesto ferro octoginta pondo oneratum, teterrimo carcere concludi. Inclusi ac omni solatio destituti, votis precibusque, Christi opem implorârunt: & ecce repente ingenti terræmotu carceris fundamenta quassata sunt, & ferrea vincula, instar cineris, dissipata, & voces angelorum cum suaui melodia auditæ, aliaq; multa, quibus exterriti carceris custodes, panidi cuncta Imperatori nunciarunt. At ille furore percitus, iussit Vitum in clibanum plumbo, resina & pice feruentem conijci. Mox autem adfuit Angelus Domini, qui excussa ignis flamma, puerum planè illæsum & niueo candore nitentem eduxit.

Mittitur cũ modesto in carcerem.

In Clibanũ ardentẽ conijcitur S. Vitus.

Imperator ea re in furorem ac rabiem versus, ferocissimo eum leoni obiecit: quẽ Vitus, edito Crucis signo, ita domauit, vt prouolutus ad pedes eius, plantas illius lamberet. Tum Vitus: Nondum, inquit, ô impijssime, agnosces creatorẽ tuum, quem bruta animalia venerantur? Eo miraculo mille ferè homines permoti Christi fidem amplexati sunt. Diocletianus verò furijs totus agitatus, beatum Vitum cum Modesto & Crescentia, quæ Viti prædicatione in Christum crediderat, in catasta atrociter torqueri iussit: adeò vt dissipatis ossibus viscera apparerent. Cùm autem tam atroci supplicio cruciarentur, Vitus ingenti voce exclamauit: Deus in nomine tuo saluos nos fac, & in virtute tua libera nos. Statimque terræmotus extitit, & terribiles fulgurum coruscationes, & crebra tonitrua omnes in effusam fugam compulerunt: & stragem ingentem cum ruina idolorum in populo ediderunt. Sancti verò martyres è supplicijs erepti, fuêre angelico comitatu ad Silerum flumen perducti, vbi paulò pòst corpo-

Signo crucis leonem domat.

Multi credunt.

Torquentur SS. martyres atrocissime.

Migrant ad cælum.

corporeis soluti vinculis ad cælos migrarunt: & corpora eorum à fidelibus pręciosis condita aromatibus honorificè in loco, qui Marianus dicitur, sepulta sunt.

De Viti trãslatione.

Porrò anno Dominicæ Incarnationis 836. Indictione 14. Ludouici Imp. anno 23. VVarinus Abbas monasterij noui Corbeiensis, obtinuit à viro religioso Hildeuuino Abbate monasterij S. Dionysij Parisiensis, beati pueri Viti Lucani sacratissimum corpus, (à temporibus enim Pipini regis Frãcorum vsq; ad illam diem, in eo loco, multis insigne miraculis, permanserat, postquàm Folradus S. Dionysij Abbas, Roma in Franciam transtulit) illudq; magna cum celebritate ac honore Saxonię finibus inuexit, atq; idibus Iunij in Corbeiam nouam perueniens, spem salutemq; patriæ, totiusq; Saxoniæ specialem patronum, cum incredibili populorum gaudio, illic deposuit. Ab eo verò tempore, vt in Gestis Saxonicis legitur, sub tanti defensione aduocati, res Saxonum ita crescere cœperunt, vt dilatatæ iam ipsa sua magnitudine laborent. Vnde non solùm in Saxoniæ, sed in cunctis pæne Europæ finibus, eius nomini permultis constructis & consecratis templis, illius fidele patrociniũ imploratur ab omnibus, quantique apud Deum sit, miraculis declaratur.

VITA S. LANDELINI ABBATIS CRIspiniensis, ex ea, quæ extat apud Surium, claruit anno Domini 660.

15. Iunij.

LAndelinus claris Francorum natalibus in villa, quam Vallem vocant, ciuitate Cameracensi, Dagoberti inclyti regis temporibus ortus,

tus, Autberto antistiti, qui eum de sacro fonte susceperat, literis & pietate imbuendus traditus est. Cumque & insita naturæ bonitate, & optima præceptoris educatione, non mediocres in omni virtute progressus faceret, prorsus, vt relictis mundi vanitatibus, se totum Deo consecrare proponeret; quidam eius cognati venenatis sermonibus eum ab amore rerum cælestium planè abduxerunt; falsisq; promissis eò impietatis optimæ indolis iuuenem impulerunt, vt relicto clanculum Autberto nefandis se totum sceleribus traderet, ac tandem cædibus ac rapinis, prædonum instar, se suamq; familia turpissimè inquinaret. Et vt liberius per omnia flagitiorum & cædium genera vagari posset, mutato nomine Maurosum se appellari voluit, scilicet ne nomen quandoque proderet eum, qui se in perditionis latebris totum abdiderat.

Autbertus Cameracensis Episcopus.

Landelinus seductus vixit flagitiose.

Maurosum se vocat.

Interea Autbertus Pontifex, quanquam incredibili mœrore affectus planè contabesceret, non tamen salutis eius spem pænitus abijciebat: sed precibus varijsq; corporis afflictionibus, die nocteque diuinum numen fatigabat, vt errantem ouiculam tandem aliquando in viam reduceret. Nec despexit Deus preces supplicantis. Cùm enim nocte quadam, insigni flagitio, diuitis cuiusdam domum cum socijs diripere statuisset, & quidam ex eius complicibus è vita excederet, Landelinus morte eius vehementer afflictus, membra sopori dedit: viditq; miseri illius animam (dictu mirabile) in Tartarum abduci. Cumque non sine ingenti tremore id adspiceret, adstitit ei Angelus Domini & voce terribili hoc modo Landelinum compellat: En præmia laboris tui Landeline: vide vt anima socij tui, ad inferorum æterna supplicia pertrahatur: simulque consi-

Pervisum ab Angelo acriter admonetur, vt se corrigat.

consydera, vtrùm tibi prestabilius sit in barathrum æstuantis gehennæ ita protrudi, an nobiscum potius gaudijs perfrui sempiternis. Missa igitur fac opera satanæ, & amplectere Christi militiam. Excute iam iam à ceruicibus tuis iugum diabolicę seruitutis, vt post breuis huius vitæ curricula, possis æternùm regnare cum Christo. His alijsque multis Landelinus non mediocriter terrefactus relictis omnibus pedes Cameracum festinat, & S. Autberti pedibus se aduoluens, pro admissis criminibus pœnitentiæ mulctam sibi irrogari orat. Ille verò pius pater, gaudens pœnitentem suscipit, & quem diu à se profugum fleuerat, lætabundus sanctę matri Ecclesiæ restituit.

Redit ad sanitatem & agit pœnitẽtiam.

Itaque Landelinus, sathanico vulnere sanato, in monasterium se recepit, vbi corpus ieiunijs ac vigilijs macerans debitum de sceleribus suis supplicium sumpsit: ac tandem diuturna pœnitentia excoctus cælestis militiæ chlamydem se induit. Eo autem diuinæ gratiæ munere affectus, vt peregrinationis etiam labore se afligeret, Romam ad prædulcia Apostolorum limina, accepta antistitis benedictione, abijt: vbi persolutis votis precibusquè, celeriter in Gallias redijt: ac Diaconatus officium, virtutis & sanctitatis opinione prestans, ab Autberto accepit. Præstitit verò illi Deus tantum animi ardorem, vt communi pietatis officio minimè contentus, crebro lachrymarum imbre se perfunderet, nec vlla omninò seuerioris disciplinæ studia prætermitteret.

Romæ visitat limina Apostolorũ

Fit Diaconus.

Non multò post secundò Romam perijt, expletisque pro voto, quæ illic facere constituerat, ad beatum Autbertum redijt, qui eum presbyterij sacro honore insigniuit. Porrò ad eum honoris gradum euectus,

Fit presbyter.

euectus, tantùm sanctitate excreuit, vt omnibus ingentem sui admirationem commoueret. Volens autem sibi cumulare labores, licet iam defesso esset corpore, tertiò se Romano cõmisit itineri, cum duobus discipulis, Adelino & Domitiano, qui ei iamdudùm in verbi Dei prædicatione adhæserant: adoratisque Apostolorum liminibus, fœliciter ad sua redijt: impetrataque à beato antistite facultate Haynauum locum Sabi fluuio adiacẽtem adijt, qui à riuulo in hunc ipsum fluuium decurrente, Laubacus vocatus, atque illic sibi & discipulis monastica domicilia construxit. Aliud quoque monasterium, in pago quem Alnam dicunt, ædificauit, quod sacris principis Apostolorum pignoribus egregiè ornatum, præclaris eiusdem virtutibus communitur. His addidit tertium in in pago Templutensi, quod sicut & superiora principi Apostolorum consecrandum curauit. Et hæc quidem duo postrema monasteria egregiè ditauit. Laubias verò regijs auxit muneribus, quæ regum liberalitate & munificentia, passim per Francorum regna ei collata fuerant.

Sabis vulgò Sambra.

Construit monasteria.

Laubiense monasterium.

His ita gestis, diuino, vt credimus, instinctu ad alium quendam locum Hon fluuio vicinum concessit, vbi in sylua quadam Ambliagis, ex tirpatis virgultis, oratorium Virgini Mariæ sacrum construxit. Sed cùm locum illum extrema aquę penuria laborantem fratribus inutilem cerneret, & omnia circumquaq; loca perlustrans, frustra huic malo remedium quæreret, fusis ad Deum precibus, bis scipione suo terram percussit, statimque fons crispantibus aquis largiter manans erupit: quæ res loco nomen dedit, viro sancto illum Crispinium appellante. Interim & nominis & sanctitatis eius fa-

Fõtem suis precibus impetrat. Crispinum.

ma

fama vbique diuulgata S. Martinus Papa prædicandi munus ei iniunxit, quòd adeò nauiter impleuit, vt magnus quotidie, ex diuersis partibus, ad eum concursus fieret. At ille cùm cerneret populi frequentiam diuinæ lucis radios multum impedire, quò minus mentis eius domicilium penetrarent, haud ita procul ab eo loco recedens, solitarium sibi habitaculum delegit. In loco autem vbi fons Crispinij in flumen influit templum principi Apostolorum sacrum condidit. Ibi verò non multò post leni febricula correptus fratres aduocauit, & in cinere ac cilicio iacens, astantibus, quos vndequaque ad Christum adduxerat charissimis filijs, animam bonorum operum floribus redimitam, Christo reddidit. Discipuli venerabile corpus multis cum lachrymis, quas desyderium eius prouocabat, eodem in monasterio honorificè condiderunt: vbi eius meritis & intercessione multis ac stupendis miraculis clarum requiescit.

VITA S. ABRAHAE ABBATIS EX EA quæ est per Gregorium Turonensem Episcopum Claruit circa annum Domini 460.

15. Iunij. Abrahæ patria.

ABraham super Euphratis fluuij littus exortus, à puero pietatis operibus mirificè deditus, adulta iam ætate AEgypti solitudines visitare constituit. Eò autem cùm tenderet, à paganis compræhensus & multis, pro Christo, verberibus affectus, in vincula missus fuit in quibus annis admodum quinque, exultans, tandem ab Angelo libertati restitutus est. Indè Occidentalem plagam, religionis ergò, lustrare volens, Arternos ad-

Mittitur in carcerem à paganis.

uenit

uenit vbi ad Basilicam S. Cyrici monasterium collocauit. Erat autem tantæ virtutis, vt dæmones fugaret, cæcis visum, & alijs quibusquis morbis oppressis, sanitatem restitueret. Cùm autem festiuitas supradictæ basilicæ aduenisset, iussit Præpositum, populo qui solennitati intererat, cibum potumque ministrare & vasa vino plena in atrio, ex more, componere. Monachus ea re offensus: Quid, inquit, vix nobis quatuor vini amphoræ supersunt & vnde quæso tantam populi multitudinem reficerem? At ille: Aperite, inquit, mihi penum. Quo aperto, ingressus est, & mox eleuatis cum insita pietate ad cælum manibus, ac infusis fletu luminibus: Domine Deus, inquit, ne deficiat, quæso de hoc vasculo vinum, donec cunctis ministretur in abundantia. Quo dicto vinum adeò redundauit, vt populo ex eo abundè promeretur, neque tamen vel tantillum die altero minutum inueniretur. Ex hoc sancti viri virtus in populis declarata est. Obijt autem in ipso monasterio plenus dierum ac operum bonorum, ibidemque cùm honore sepultus, requiescit: cuius laudes Sidonius tunc temporis antistes, eleganti Epitaphio prosecutus est. Ad huius autem beati Abrahæ sepulchrum plerunque frigoritici decubantes medicinæ cælestis præsidio subleuantur.

Miraculis claret.

Vinum precibus obtinet.

MARTYRIVM SS. ET MAGNORVM Martyrum Quirici & Iulittæ, ex actis quæ Simeon Metaphrastes fideliter conscripsit. Suntq; (teste Baronio) alia ab ijs quæ Gelasius Papa inter apocrypha numerat.

Iulitta

16. Iunij.

Patria Quirici & Iulittæ.

IVlitta admiranda sanè pietate matrona, nobilissimo genere, Lycoaniæ Icono ciuitate oriunda, postquàm marito, cui breui temporis spatio sanctissimo matrimonij vinculo copulata fuit, orbata est, totum amorem suum ad Christum transtulit. Erat ei filius vnicus Quiricus trium admodum annorum puer in quo, propter insitam naturæ bonitatem, magnam spem repositam habebat. Cùm autem furor Diocletiani, qui ea tempostate imperium administrabat, acerbissimè in nomen Christianum sæuiret, locaque omnia pietatis opinione præstantia popularetur, Iulitta, vt à charissimo sibi capite imminens discrimen auerteret, relictis possessionibus sanè amplissimis, Seleuciam abijt. Sed Imperatoris rabie loca omnia peruagãte, cùm nec Seleuciæ quidem diu agere liceret, indè Tharsum, non longo ab ea ciuitate interuallo distãtem, confugit.

Iulitta se cõfert Seleuciam.

Inde Tharsum.

Eam protinus Alexander præses, immani crudelitate pone insecutus est: & vix ciuitatem ingressam comprehendit. Et quidem cùm multis blanditijs frustrà eam à Christi fide auertere conatus esset, iubet ipsam infante ab eius vlnis auulso, crudis bonum neruis atrocissimè flagellari: puerum verò osculis & promissis deliniri. At puer manibus pedibusque renitens & pro viribus repugnans, inimici oscula auersabatur. totoq; animi studio ad matrem contendebat. Sed manibus præsidis mox interceptus, iterim è laqueis venatoris, vnguibus faciem eius lacerans, pedibus verò latera pulsans, modis omnibus euadere conabatur. Tùm præses, homo natura ad cædem propensus, apprehenso pede et alto tribunali subiectis gradibus lapideis eum allisit, vnaque cum sacro capite totum athletæ corpusculum

Cõprehenditur.

Cęditur bonum neruis.

pusculum aduersis petrarum aculeis miserando valde spectaculo contriuit. Sic corporis confracta compage victrix eius anima cælos petiuit.

Infans à tyranno interficitur.

Porrò mater eius cùm cerneret dulcissimum ventris sui pignus gloriose triumpho coronatũ, incredibili gaudio exultans his verborum insultibus Tyrannum sauciabat: Noli putare, dicens, me esse adeò timidi & pusilli animi, vt vincar à tuis supplicijs? Non enim me terrebit carnis laniatio, neque me membrorum conturbabit ruptura, non ossium fractiones, non ignis minæ, nec mortis denique, quæ ea consequitur, me separabit à charitate Christi.

Fortissimus animus S. Iulittæ.

His verbis Iudex vehementer irritatus, & furore percitus in ligno egregiam victricem suspendi iussit, carnesque ferreis laniari pectinibus; ac bullienti ex lebete pice perfundi: & lacera matronæ membra inauditis supplicijs torqueri. Ea verò Christi spiritu roborata cùm hisce tormentis omnibus inuicta animi fortitudine resisteret, seque sine intermissione Christianam esse diceret postremo capitis sententia præclarum certamen finiuit.

Valdè eius corpus laceratur.

Gladio cædi tur.

VITA LVTGARDIS SANCTISSIMAE Virginis, ex ea, quæ est per Thomam Cantipratensem eius contemporaneum. Obijt anno Domini 1246.

16. Iunij.

Lvtgardis virgo ex illa quondam Tungrorum celeberrima ciuitate patre ciue, matre nobili originem trahens, cùm & insita quadam naturæ leuitate & patris simul hortatu vehementer nuptias ambiret; mirumq; in modum ornatu vestium

Patria Lutgardis.

delectaretur; mater, quæ tota pietatis studio dedita erat, modò minis modò blandimentis ab ea mundi vanitate eam auocare conabatur: hortabaturq; assiduò, vt Christo potius quàm mortali sponso nubere in animum induceret. His alijsque piæ matris excitata stimulis anno ætatis suæ duodecimo, in monasterio Sanctę Catharinæ, propè oppidum Sancti Trudonis in Hasbania sito, diuino se seruitio mancipauit. Occulto namque diuini spiritus instinctu adeò monebatur, vt iam tum amatoriæ leuitatis pertæsa nihil suauius esse crederet, quàm mundi vanitate calcata, totum amorem ad Christum transferre. Interim non deerant grauissimæ dæmonum infestationes per impudicos iuuenum quorundam amores excitatæ, qui eam sibi sponsam expetebant, sed illa Christi amore iam ebria mortale coniugium planè respuebat.

Tradit se monasterio

Cumque assiduis precibus & ieiunijs ad cælestium rerum amorem indies magis magisque seipsam prouocaret, mirabiliter commiserationis affectu erga pauperes & ægrotos permoueri cœpit, adeò vt nulla re magis, quàm miserorum calamitatibus affligeretur. Contulit autem illi Dominus gratiam curationum sanè admirandam: in vt ad contactum saliuæ vel manus eius affectarum gritudine membra sanarentur. Igitur vt tantarum gratiarum fulgor omnibus appareret, vno omnium consensu, eodem in monasterio, ad Priorissæ officium (neque enim Abbatissæ nomen consuetudo loci admittebat) electa est. Sed cùm virgo humilitatis studiosissima, grauissima, hac in re, iniuria se affectam putaret: diuino instinctu & hortatu etiam Iohannis Lyrani Leodiensis diœcesis, viri eximia sanctitate prædita, abdi-

Pius eius affectus erga pauperes.

Fit Priorissa

abdicato Priorissæ officio, ad Aquirianum Cistertiensis ordinis monasterium se transtulit.

Transfert se ad Ordinem Cistertiensem.

Ibi verò cùm incredibili spiritus feruore die noctéque Domino seruiret & ardentes pro omnium salute preces funderet, vidit noctu quadam meditationi vehementius intenta, Virginem Mariam vultu lugubri & quasi graui luctu deformatam. Cui compatiens in visione Lutgardis cùm quæsiuisset ab ea vnde tantus esset faciei squalor, quæ alioqui plena esset omnis gratiæ, beatissima virgo respondit: Eccè ab hæreticis & pseudochristianis rursus conspuitur, rursus crucifigitur filius meus. Tu ergò assume tibi lamentum, & perpetuo septem annorum ieiunio imminentem vniuerso orbi diuini numinis iram placare stude. Grassabatur eo tempore sæuissima Albigensium hæreticorum pestis. Itaque virgo sacra, vt pro suarum virium tenuitate pestem profligaret, & iratum Chiisti numen ad misericordiam inflecteret, toto septennio tale sibi ieiunium indixit, vt pane & cereuisia contenta totam se lamentis daret: adeò, vt si aliquandò superiorum voluntate coacta tentaret aliquid pulmenti ore haurire, protinus nausiante stomacho illud reijceret.

Videt beatæ Virginem.

Assumit septenne ieiunium.

Expletis autem septem illis annis, rursus aliud pro peccatorib. ieiunium iniunctum fuit, quod mirabili charitate alijs septem annis solo pane & aere transegit. Porrò eo tempore sacratissimum Christi corpus sub specie panis singulis Dominicis diebus percipiebat: quod cùm Agnes Abbatissa, parùm cauto vsa consilio, ei interdixisset, ea Lutgardis æquo & tranquillo id quidem tulit animo: sed admonebat illam Christũ eam iniuriam

Aliud septẽne ieiunium.

vlturum. Nec defuit dicto fides. Nam Agnes paulò pòst intolerabili morbo correpta non priùs vel pedibus insistere, vel ecclesiam ingredi potuit, quàm agnita indiscretionis suæ culpa Lutgardem pristino more, cælesti pane frui permitteret.

Ab angelis virgo sustentatur.

Vt autem quarundam monialium, quæ minus dignè de illa sentiebant, temeraria iudicia compescerentur illiusque meritum clariùs innotesceret, accidit, præclaro sanè miraculo, vt die quodam Dominico ad altare pergens, cùm præ nimia corporis debilitate sub graui casu periclitaretur, angelico fulciretur ministerio: prorsus vt sacræ virgines viso splendore immenso, qui eam circundabat, timore perculsæ summa eam deinceps veneratione prosequerentur. Quin & aliorum quorundam sanctorum familiari colloquio Dominus eam in vita consolari dignatus est. Ipsa verò mira solicitudine afflictos & tentatos consolabatur: adeo vt nemo non eius sermonibus se refectum gauderet.

Exercetur sacra virgo.

Vndecimo ante obitum suum anno, instar Patriarcharum Isaac & Iacob ambobus est orbata luminibus, pro quibus cælestis luminis splendoribus solito clariùs perfusa, tandem ad liberas auras supernæ Hierusalem exultans & lætabunda euolauit.

Moritur fœliciter.

VITA S. AVITI PRESBYTERI, EX EA *quæ est apud Surium.*

17. Iunij.

Patria S. Auiti.

AVitus apud Aurelianos plebeio sanguine natus matrem habuit ciuitate Virduno oriundam, quæ vt inopię & egestati suæ subueniret, Aureliam se conferre coacta est: vbi sacro matrimonij vinculo cuidam Belsicolæ sociata Auitum egregia indole filium peperit. Is autem in ipso sio

ortu

ortu tanto cum lumine prodijt: vt obstetrices ab officio deterritæ & miraculi stupore perculsæ, cælestem splendorem ausæ non fuerint intueri.

Cùm autem puer infantiæ rudimenta superasset ad Mictianense monasterium deuotus aduolauit, vbi tãto pietatis ac religionis studio, Deo seipsum consecrauit; vt cibo suo clàm egenis impartito, ipse ieiunus permaneret: detractisque sibi vestibus aliorum nuditatem tegeret. Abbas igitur cum cerneret eum cælestibus rebus præ cæteris deditum, ne eius ieiunandi vigilandique assiduitas inuidiæ pateret, cellulam ei longè ab alijs semotam construxit, vt ibidem tranquillo animo totus diuinarum rerum studio vacaret. Vt verò omnes manifestis iudicijs vitæ eius integritatem cognouerunt, inuito prorsus cellarij munus demandârunt. Sed cùm ab immiti familia, propter illam ministerij sarcinam crebis insidijs appeteretur, nocte quadam, depositis eant ad lectum Abbatis clauibus, relicto onere ad Calauniæ loca abditissima secessit: vbi constructa è vilibus virgultis cellula, multis diebus delituit: donec Maximino monasterij Abbate vitæ munere magna cum laude perfuncto, à fratribus tandem repertus & in defuncti locum frustra reluctãs constitutus est.

Fit Monachus.

Secedit in locum desertum.

Fit Abbas sui monasterij.

Tùm verò ingrato sub fasce humilitas sublimata gemiscens rursus fugam meditatur. Vno igitur puero comite contentus vastas Pictiacæ syluæ solitudines expetijt, vbi exigua ex corticum fragmentis domo congesta, longè à villarum culminibus clandestinum amplectitur exilium: & diu multumque ruricolis ignotus pomiferis dapibus, quas syluа ministrabat, sese sustentat.

Rursus fugit in eremum.

Per id tempus, vberrimos glandium prouentus nemus omne suppeditauit: cumque duo subulci immensam illam vastitatem lustrarent, vnus iam olim mutus longo silentio fratrem per auia comitabatur. Itaque pastorali ritu inter cæruleæ noctis spatia accensis tedis vagantem pecudem illis sequentibus, subitò tedis ab immenso imbre extinctis, pecus ab oculis euanuit, nec vllam spem recuperandi luminis eremi vastitas offerebat. Interim formidantes gregi oculis maiori cura inuigilant. Tandem viso procul igne, instar stellæ radiantis Olympi, mutus eò properat. Vbi ad tugurium beati viri peruenit fixus in limine balbutiensque protensa teda nutibus rogat sibi ignem dari. At vir Dei in medijs densæ noctis tenebris cernens hominem tetra facie, deformi capillo, vilibus pannorum fragmentis semitectum nonnihil perterritus quod putaret se aliquod immanis eremi monstrum videre, aut inter nocturnas tempestates dæmonem sibi apparere, mox ad orationis præsidia suo more confugiens humi se prosternit, & diu multumque Dominum cum lachrymis deprecans tandem surgit: ac Crucis signum contra hominem manu pingens sic affatur ignotum: Quisnam sis tam subitò meo illatus tugurio prorsus ignoro: sed per Christum omnipotentis Dei filium cruci suffixum te adiuro, vt cuius generis monstrum sis, vel quid in desertis his locis agas, mihi edicas. Mox ad imperantis vocem insontis lingua laxatur, voxque intra fauces renascitur: indicat homo quid necessario petiturus venerit: fatetur maiora se accepisse, quàm perierit, quippè qui lumen solum expetens, etiam vocem sanctio pretio referat. Deindè sentiens viri Dei virtutem, ad eius

Mutus loquitur à sancto viro interrogatus.

ad eius se pedes abijcit, immensas gratias pio collata sibi medicina agit.

Porrò effrenis porcorum grex cum custode longiùs abscesserat, nec iam scirè potuit homo, vbi illum inter opaca syluarum & noctis vmbras quæreret. Mox nouo iubilo complet nemus, & fratris nomen crebra voce compellat. Ille vt nomen suum audit iactari per auras, obstupescit, turbatusque animo miratur quis vel muto reformarit vocem, vel importunis clamoribus ipsum auder appellare, vel priùs incognitus eò aduenerit. Hæc autem illo inter arborum vmbras cogitante, lumen obuium conspicitur, aduentantisque vultus exploratur. Postquàm ergo prodente lumine fratrem incolumen vidit, irruit in collum eius eumque complexans gaudia lachrymis permiscet, sciscitatur de medico, virtutis vim illo narrante cognoscit.

Sole orto ambo properant ad hominem Dei: prostrati ingentes agunt gratias, grandem pro impetrata sanitate porcum offerunt sacerdoti. Sed cùm ille omnem sibi carnis esum penitus interdixisset, noluit accipere, iubet suo gregi porcum restitui, obsecrat, ne vel ipsum vel locum aut rem gestam vlli reuelent. Sed celari diu non potuit, quòd cælestis virtus, ipso Domino iubente, prodebat. Mox in vicinos rei gestæ fama diffunditur & Auitus vbique celebratur. Vndique deuoti confluunt populi, languentium ingens turba eum attingere cupit. Morbus omnis depellitur, languores omnes curantur, tolluntur in cælum voces Deum laudantium. Cumq; vir Dei immensa populi multitudine pressus, nocturnis horis occultiora loca exquirere vellet, tam populi

Vir Dei perpetuò abstinet à carnium esu.

Multi ad eũ morbidi cõfluunt & sanantur.

Monasteriũ construit.

quàm præsulum & precibus & auctoritate flexus monasterium eodem in loco sanè egregium construxit, in quo in hunc vsque diem priscorum patrum Pauli & Antonij instituta inconuulsa seruantur.

Signo crucis cæco reddit lumen.

Per id tempus Aureliam proficiscebatur liberaturus miseros qui in ergastulis vincti tenebantur. Venit autem ei obuiam immensa turba languentium; è quibus paruulus vnus à natiuitate cæcus Crucis signo per eum lumen recepit. Tantis autem & tam egregijs vbique fulsit miraculis, vt ijs iudicum superba potestas permota vinctos omnes, eo rogante, relaxarit. Fertur quoque vita functum vir sanctus precibus ad vitam reuocasse, quemadmodum Sanctus Leobinus Carnotensis antistes se ab ipso fratre, cui tantum beneficium collatum fuerat, didicisse testabatur.

Excitat vita functum.

Is S. Leobinus floruit anno Christi 525.

Tandem multis admodùm virtutibus clarus vir beatus certaminis sui finem obtinuit & spiritu ad cælos abeunte, corpus Aniano coniunctum fuit, quorum virtutibus vrbs Aurelianorum circumsepta seruatur in medio. Porrò Childebertus Rex, inclytus Francorum princeps postquàm illustri de Hispanis victoria potitus sospes & triumphans in regnum redijt, insignem viro sancto ædem exstruxit, vbi assiduis miraculis virtutum gesta clarescunt.

MARTYRIVM S. LEONTII ET SOCIORUM, ex ea, quæ est per Cyrum scribam. Extat in Metaphraste.

18. Iunij.

QVo tempore Vespasianus Romanum tenebat Imperiũ, Adrianus vir Senatorij ordinis, animo

mo crudeli & valdè immani ab Imperatore potestatem petijt vt quoslibet Christiani nominis studiosos supplicijs subijcere & pro sua libidine excarnificare posset. Itaque ea potestate obtēta, cùm audisset in vrbe Tripoli virum Christianæ religionis opinione præstantissimū Leontium nomine degere, hilaritate non mediocri affectus suum eò tribunum cum manu militum destinauit: vt eius sanguine fauces suas auidè sitientes inebriaret. Cùm verò tribunus militū caterua stipatus vrbi appropinquaret, repentina febre correptus triduo incredibili ardore æstuauit: adeò vt miser humano auxilio destitutus deorum suorum opem sine intermissione implorare cogeretur. Nocte autem vna extremis angustijs oppresso, ecce Angelus Domini idololatræ astat, monetque vt si vellet optata salute potiri, Leontij Deo supplex cum militibus suis fieret: & ab eo sanitatem minimè dubiā expeteret. Hanc visionem vt audiuit Theodulus, vnus è militibus, plus cæteris obstupuit & ieiunio ac peruigilio se macerās solicitè visionis illius rationem cognoscere studuit. Interim tribunus visioni parens protinùs à febre liberatus, cælestique lumine illustratus idolorum vanitatem execrari cœpit.

Adrianus Senator sequissimus.

Angelus apparet tribuno idololatræ.

Igitur recuperata valetudine festiuè ad vrbem contenderunt, vt venienti Adriano Leontium vinculis alligatum sisterent. Accidit autem vt vir sanctus illis obuius fieret, comiterque salutans omnes, quæsiuit quæ causa aduentūs ac tantæ festinationis esset. Tum illi: Missi, inquiunt, ab Adriano huc venimus vt Leontium quēdam virum primarium & militaris virtutis gloria insignem, & deorū etiam cultorem eximium, inquiramus: eumque, quo par est, honore Vespasiano Imperatori sistamus. Qui-

bus Leontius: Quandoquidem, inquit, vos videam peregrinos & huius regionis ignaros, adeste, ego vobis Leontium exhibebo, non quidem vt vos existimatis deorum amicum sed Christi Iesu fidelem seruum. His auditis illi dubitare & secreta secum consilia inire cœperunt quid facto opus esset. Tandem singulari Leontij humanitate inuitati alacres eum secuti sunt.

Vt autem domum peruentum fuit, rebusque necessarijs corpora refecerunt, tribunus & Theodulus vrgere cœperunt vt quamprimùm Leontium eis indicaret: ne apud præsidem breui affuturum malam gratiam inirent. Tum Christi martyr hilari fronte: Ego, inquit, sum Leontius ille quem vos queritis: ego sum ille Christi miles: ego sum, quē Adrianus per vos insequitur. Tribunus & Theodulus his auditis ingenti stupore perculsi in facies se prostrauerunt, & sceleris sui veniam postulantes dixerunt: Serue Dei altissimi, libera nos ab idolorum fœditate, & nos tecum pariter Christo associa. Tum verò Leontius præ gaudio lachrymas fundens, humi stratus prolixa admodùm oratione Christi numen illis propitiauit: adeò vt stupendo planè miraculo nubes aquę cęlitùs dilapsa eos perfunderet & à veteris vitæ delictis mirabiliter expiaret.

Leontius prodit sese.

Tribunus & Theodulus credunt, & baptizantur mirabiliter.

Eo miraculo Grecorum multitudo permota tumultus ciere, Leontium magica arte imbutum clamare, minas iactare ac mortem denique intentare cœpit. Dum hæc fiunt & ciuitas ingenti seditione commota deorum iniuriam vindicare parat, Adrianus adueniens totus furore accensus tres Christi athletas in carcerem abduci: & manè primo diluculo Leontium verberibus contundi iussit. At ille cùm

Sancti Martyres mittūtur in carcerem.

Leōtius verberatur.

cùm verberaretur, erectis in cælum oculis: Tune, inquit, Adriane putas cruciatum mihi adferre, qui teipsum crucias?

Hanc inter supplicia vocem cùm accepisset Præses, cerneretque animi eius fortitudinem maiorem, quàm vt leuibus adeò tormẽtis superari posset, iussit illum in carcerem recipi: & tribunum ac Theodulum carnificinæ adhiberi. Et quidem tribunus è ligno suspensus vnco laceratus fuit: Theodulus verò in terram prostratus verberibus atrociter cęsus: Qui in medijs tormentis nullam aliam præter hanc vocem ediderunt: Salua nos Domine, quoniam defecit sanctus. Adrianus verò cùm animos eorum in Christi confessione stabiles cerneret, capitis in eos sententiam tulit: quam sancti Martyres magno cum gaudio psalmi illius versiculum canentes: Tu es protector noster Domine, exceperunt.

Tribunus laceratur, & Theodulus cæditur.

Capite plectitur.

Post hæc iterùm adductus Leontius, à quatuor carnificibus humi stratus atrocissimè cæsus est. Indè in ligno suspensus hinc indè dirè laceratus: prorsùs vt latera & crura carnibus nudata horrendum astantibus spectaculum exhiberent. Adrianus cùm tam inuicti animi fortitudinem sat is mirari non posset è ligno solutum deponi iussit, dicens: Videte quanta dij nostri hominem istum beneuolentia prosequuntur, dum eleuatis ad cælum oculis numen eorum precatur. Ad hæc Leontius: Pereas tu cum dijs tuis hominum omnium infœlicissime. Ego enim Deum meum precor qui mihi robur ac vires largitur, quo tormenta tua sustinere possim.

S. Leontius dirè torquetur.

Adrianus & martyris constantia inflãmatus, iussit eum deuoluto in terrã capite è pedibus suspẽdi, & in-

Vide supplicij genus immane.

& ingenti ſaxo ceruici alligato vehementer cruciari. At Sanctus generoſo & forti animo cruciatus perferens intentis cælo luminibus Deum precabatur vt eadem virtute & conſtantia cum tribuno & Theodulo victoriam de hoſte obtinere poſſet. Porrò Adrianus cùm omnes furoris ſui conatus ab inuicto athleta irrideri cerneret, iterũ illum in carcerem abripi mandauit, vbi Angelica viſitatione martyr conſolari meruit. Inſequenti verò luce denuò productus primò ingentibus promiſſis à Preſide oppugnatus eſt, vt dijs aliquem honorem tribueret. Cumque illis Adriani ſermonibus per ſummum cõtemptum ne aures quidem præbere veller, diceretque ne totius quidem mundi opes & honores tãti eſſe vt vlla ex parte cum cæleſti gloria conferendi eſſent: Præſes incredibili furore agitatus hanc in eum ſententiam tulit: Leontium deorum contemptorẽ iubemus è quatuor vectibus ſuſpenſum tam diu plagis verberibusque fatigari donec animam tradat.

Inter verbera reddit ſpiritum.

Cùm igitur ſanctus Martyr diutiùs cæderetur, vulneribus ac plagis toto corpore cõcifus tandem beatum Deo Creatori ſuo ſpiritum tradidit. Corpus eius in ipſius Tripolis portu ſepultum omnibus Chriſti fidelibus inſigne virtutis monumẽtum reliquit.

Hæc Commentaria beati Martyris Leontij Cyrus ſcriba in tabulis plumbeis exarata apud ſancti Martyris monumentum depoſuit: vt ex ijs poſteri glorioſi triumphi exemplum caperent.

Vitam SS. Geruaſij & Protaſij habet lector 28. Aprilis. Item Vrſini & Vitalis.

VITA S. ROMVALDI ANACHORETAE

Camaldulensium monachorum patris. ex ea quæ est à Petro Damiano conscripta.

ROmualdus Rauennæ illustrissima Ducũ stirpe progenitus, quanquã in prima adolescentia mũdi vanitatibus supra modum deditus, ab omni religionis cultu penitus alienus videretur, insita tamen naturæ quadam bonitate in pietatis studium acriter ferebatur: adeò vt frequenter cùm inter syluas & lustra ferarum venationi operam daret, incredibili quodam desiderio eremum incolendi accenderetur; nemorumque recessus ad melioris vitæ frugem eum inuitarent. Erat ei pater, Sergius nomine, homo secularibus negotijs totus implicatus, qui propter terrenarũ rerum possessionem, exorta cum propinquo quodã suo contentione, turpiter se homicidij crimine contaminauerat: ac filium etiam Romualdum ad eiusdem sceleris consensum vehementer allexerat. At Romualdus quãquàm tota mente immane facinus detestatus fuisset, tamen quia corpore presens fuerat, tantum ex admisso patris peccato dolorem concepit, vt ad Classense monasteriũ beati Apollinaris, homicidarum instar, quadraginta dierũ luctu sceleus expiaturus, se receperit. Vbi cùm se totum ex animo pœnitentiæ laboribus daret, mens eius continuis fletibus emollita, suaue Christi iugum appetere cœpit. Nec multò post monachorum pedibus prouolutus, precibus & lachrymis habitum monasticum extorsit: totoque triennio admirabili vitæ austeritate rebelles animi motus compescuit, vnaque secum laxioris disciplinæ fratres ad arduam perfectionis semitam cùm verbo tùm exẽplo impellere conatus est. Sed cùm illi seuerioris vitæ disciplinæ

Iunij 19.

S. Romualdi patria & genus.

Sergius pater eius.

Romualdi pœnitentia ob admissum à patre homicidiũ.

Fit monachus.

ſciplinam non modo deſpicerent, ſed impia etiam
consilia agitarent, vt cæleſtis diſciplinæ cupidum
interficerent, Romualdus vt illis tantæ iniquitatis
barathrum clauderet, ad Marinum quendam ere-
miticæ vitæ cultu in Venetiarum partibus admo-
dum inſignem commigrauit.

Improbi monachi ei necem moliuntur.

Eodem verò tempore, Petrus cognomine Vrſe-
olus Dulmatici ducatus gubernator, ductus pœni-
tudine, quòd iuſto parùm titulo ad eum dignitatis
gradum aſcendiſſet, relictis diuitijs, ſpretaque di-
gnitate in Gallias ad S. Michaelis cœnobium con-
fugit: vbi ſub Guarino eximia ſanctitate viro, di-
uino ſeruitio ſe mancipauit. Porrò hoc vitæ inſti-
tutum ex Marini & Romualdi consilio ſalubriter
aſſumpſerat, vt dignis pœnitẽtiæ fructibus ſceleris
ſui reatum, quo aſtrictus erat, expiaret: atq; vt me-
liùs omnes inimici inſultus, quibus acriter ſemper
recens ad Chriſtũ conuerſi impugnari ſolent, ſuſti-
nere poſſet, eoſdem Marinũ videlicet & Romual-
dum, itineris & habitationis ſuæ comites elegerat:
qui tamen Petro in monaſterio firmiter cõſtituto,
ad rigidiorẽ vitam, cui aſſueti fuerant, reuerſi ſunt.
Quibus etiam Petrus peracto vix anni ſpatio ad e-
iuſdem ſolitudinis diſtrictionem aggregatus eſt.

Petrus Vrſeolus Dux Dulmatiæ fit monachus.

Interea Romualdus accenſo mẽtis deſiderio ad-
eò in virtutum omnium ſtudio creſcere cœpit, vt
cuncti ſe eius diſciplinis ſubmittere gauderent. Et
inter alios ipſe Sergius pater, filij ſui exemplo per-
motus calcatis mundi pompis in eius diſciplinam
conceſſit: ſed paulò poſt prauæ conſuetudinis mo-
le preſſus in AEgyptum redire conſtituit: At Ro-
mualdi diligentia ab ea fuga retractus, & ad ſanctę
conuerſationis ſtatũ reductus breui poſt ex hac vi-
ta ad meliorem migrauit. Romualdus autem poſt
fœli-

Multi ſe Romualdo in diſciplinã tradunt. & inter alios Sergius pater eius.

fœlicem patris obitum ad paludem Classensem se contulit, vbi vili cõstructo tugurio horrendas dæmonum infestationes sustinuit: adeò vt nõ raro ab eis terræ allisus multis plagis fœdatus fuerit. Sed malignus hostis cùm cerneret se contra Dei famulum præualere non posse, animos discipulorũ eius concitauit, vt saltem alienæ salutis curam deponeret. Construxerat vir sanctus in Saxenati territorio monasterium beato Michaeli Archangelo sacrum in quo non pauci prauí dæmonis instinctu adeò in odium viri sancti exarserunt, vt facta cõspiratione fudibus & phalangis eum expellerẽt. Expulsus autem hoc modo Romualdus decreuerat suæ contentus, alienę salutis curam planè postponere. Sed hęc cogitantem tantus terror repẽtè inuasit, vt ad sempiternos phlegetontis ignes se abripiendum continuò existimabat, nisi protinùs eam cogitationem missam fecisset. Itaq; iuniore Ottone Imperatore Classensem Abbatiam ordinante, animarũ ibidem regimẽ coactus accepit. Sed cùm fratrũ mores prauitate vitæ corruptos sanctioris instituti disciplinam pertinaciter respuere cerneret, illis relictis, cũ Thamno & Bonifacio viris clarissimis intima familiaritate regi iam antè cõiunctis, alijsq; quibusdam cõuersis Theutonibus, ad Pereum, vbi dudum habitauerat, redijt: ibique his & alijs fratribus non paucis aggregatis & per cellas singulas constitutis, tanto feruore eremiticæ conuersationis rigorem & in se & in alijs instaurauit, vt illorum vita omnibus ingentem admirationem commoueret.

Romualdus multas dæmonum patitur infestationes.

Expellitur vir sanctus à monasterio à se cõstructo.

Præficitur ab Imp. Ottone Classensi Abbatiæ.

Redit ad Pereum.

Interea Ottho Imperator in studium viri sancti pietate singulari incitatus monasterium in Pereo ad honorem S. Adelberti construxit, cui contigua Classensis cœnobij prędia contulit, & Abbatem ex Romu-

Ottho Imp. construit ei monasterium in Pereo.

Romualdi discipulis constituit, quibus tamen omnibus ipse Romualdus suprema potestate præfuit, fratresque cælestibus disciplinis ornatissimos reddidit. Post hęc ad ciuitatem Parentium transfretauit, vbi annis admodum tribus in admirãda sanctitate exactis, eam quoque ciuitatem nouo monasterio beatã effecit & insigni virtutum omniũ splendore illustrauit. Indè ad Camerinæ prouinciæ Comites, nũtios destinauit, qui audito Romualdi nomine, quod longè lateque sanctitatis opinione admodùm celebre erat, ingenti repleti gaudio cuncta suæ ditionis obtulêre prædia, vt fratres sanctissimis eius disciplinis imbutos mitteret, qui eodem pietatis splendore terram illam illustrarent. Nec abnuit vir sanctus, sed locum cælesti philosophiæ cõgruum, qui antiquitùs Vallis de Castro vocabatur, fratribus suis elegit: vbi constructo monasterio maximos animorum fructus fecit. Confluebant enim hinc indè ad illum homines, rebusque omnibus pauperibus benignè erogatis ad sanctæ conuersationis ordinem spiritu feruido festinabant. Erat enim vir beatissimus flamma diuini amoris adeò æstuans, vt alios quocunque pergeret sanctæ prędicationis facibus mirabiliter incenderet. Instituit quoque eodem in loco sacrarum virginum monasterium: & in Parulphi Comitis possessione aliud pietatis domicilium erexit, tantisque virtutum ornamentis ea decorauit, vt vtriusque sexûs homines innumerabiles in eius disciplinam è medio honorum ac voluptatum decursu libenter immigrarẽt. Tanta enim erat viri sanctitas, tãta humanitas, tanta benignitas, vt ab eius consuetudine auelli non possent. Ipse verò tanto quoque salutis omnium amore ardebat vt rebus à se præclarè gestis nũquam conten-

Monasteriũ Vallis de Castro.

Monasteriũ virginum.

Magnus viri sancti feruor.

contentus, totum quasi mundum à rebus perituris ad æternitatis studia traducere conaretur.

Hinc quoque monasterium non longè à Massiliano castro construxit, atque in faucibus Callienſiũ, mõtium aliquamdiu vitam transegit, ac deindè in Petranum montem non longè à monasterio S. Vincentij situm cõmigrauit: vnde tãdem Syriæ montem habitaturus ascendit. Ibi verò quot dęmonum insidias, quot hominum insultus sustinuerit, quot contumelias Christi causa libenter pertulerit non est nostræ facultatis euoluere. Certè hoc in monte vir sanctus septem annos cõtinuos ab omni hominum consuetudine angusto domicilio secluſus, in summa austeritate vixit: prorsus vt Pythagorico quodam silentio sibi indicto mente ac cogitatione assidua in cælis degeret, & quasi mortalitatis ergastulo planè solutus omnes corporis necessitates despiceret. Nam toto Quadragesimæ tempore nihil aliud neque in cibo, neque in potu, præter pugillum farinæ & succum quendam herbarum valdè exiguum, admisit.

Silet integro septennio simul & austeriſſimè viuit.

Post quæ cùm iam iter ad cælestem patriam sibi instare præuideret, ad monasteriũ in Valle de Castro à se constructum redijt: vbi in cellula arctissimè conclusus vltimum vitæ terminum in silentio expectauit: ac tandem magno cum gaudio excepit. Vixit autem vir sanctissimus annis centum viginti, ex quibus viginti in seculi huius vanitate, tres in monasterio, nonaginta septem in solitudine ac eremiticæ vitæ proposito transegit, & collapsam in Italia eremiticam disciplinam restituit, ac mirificè propagauit.

VITA S. PAVLINI NOLANI EPISCOpi. ex Gregorio Turonensi, D. Gregorio Papa & Vranio presbytero, qui viro sancto familiaris fuit. Obijt anno Christi 431, iuxta fastos Onuphrij.

Iunij 22.

S. Paulini patria.

SAnctus Paulinus Nolanæ vrbis Antistes, Burdegalæ nobili familia ortus, Therasiã pari nobilitate fœminã sortitus est coniugem. Cumque magna diuitiarũ gloria præstans splendidè vitam ageret, die quodam lectio illa Euangelica quæ adolescẽti præscribit vt omnia sua vẽderet & pauperibus distribueret, si vellet thesaurũ in cælo consequi, ita animum eius perculit, vt statim venditis omnibus quę habebat, pauperibus erogaret. Exoneratus igitur à cũctis cupiditatibus gaudens & exultans Christi vestigijs pręclarè institit, & cum cõiuge quasi peregrinatuirus in aliã regionem perrexit.

Vendit sua & dat pauperibus.

Porrò cùm esset ciuibus suis propter morũ probitatem eximiè charus, fuit ab ijs magno studio requisitus, ac tandem casu à mercatore loci illius inuẽtus. Paulò verò post, sacerdote Nolanæ vrbis vita functo, Paulinus in locum antistitis subrogatur. Erat enim vir cùm diuinarum tum humanarum rerum cognitione egregiè instructus, & dicẽdi facultate pollebat plurimùm: adeò vt frequens de eius virtutibus & præstantibus animi dotibus sermo in populo fieret: & ipse præter hæc admirabili benignitatis studio omniũ sibi animos deuinciebat: adeò vt omnes diuitias & possessiones amplissimas in pauperum inopia subleuãda expenderet, nihilq; maiore diligentia ac studio curaret, quàm vt suis opibus suoque etiam sanguine, si ita opus fuisset, calamitosis & pauperibus subueniret: quod hac vna re sanè memorabili egregiè testatus est.

Fit Episcopus.

Cùm

Cùm sæuientium Vandalorũ tempore Italia in Campaniæ partibus depopulata fuisset, multiq; in Africã miseranda valdè captiuitate abducti essent, vir Dñi Paulinus cùm iam omnes episcopatûs sui prouentus in redimendis captiuis expẽdisset, & vidua quędam lachrymabili voce filium suum vnicũ à regis genero captiuũ teneri quæreretur, peteretq; à viro sancto redemptionis præcium: ille mirabili alacritate: Mulier, inquit, profectò auri argentiue apud me relictum est nihil, sed memetipsum tolle, seruum me iuris tui profitere, atq; vt filium tuum recipias me vice illius in seruitutem tradẽ. Quod illa audiens ridiculum esse existimauit. At vir sanctus qua erat dicendi facultate præditus dubitanti fœminæ citiùs persuasit, vt antistitem pro filij sui redemptione tradere non dubitaret.

Nota insignem tanti viri charitatem.

Adductum igitur ad regis generũ mulier offerre cœpit, & summis infimisq; precibus rogare vt filium sibi vnicũ pro eo redderet. At barbarus quanq; typho superbię tumid° preces supplicãtis fœminæ primò despiceret, venusto tñ hominis vultu motus nonnihil, ecquã artẽ nosset inquisiuit. Cui vir Dñi: Artis quidẽ omnis planè rudis sum, sed in horti cultura multũ valeo. Hoc audito vir gentilis protinùs filio viduę libertate cõcessa, eũ recepit, & excolẽdi horti curam ei mãdauit. Cumq; crebrò gener regis animi causa hortũ ingrederetur, cœpit hortulani sui sermonibus mirũ in modũ delectari: prorsus vt amicis familiaribus, desertis, alijsq; omnibus neglectis, cũ eo penè assiduò versaretur, & viri sancti prudentiã sine fine miraretur. Postq; verò intima familiaritate Paulin° ei cõiunct° esset, quodã die monuit eũ vt prudẽter secũ de Vandalorũ regno despiceret: nam regẽ breui vitã cũ morte permutaturũ.

Hoc ille continuò regi nunciauit, qui virũ beatum suo offerri conspectui iussit. Cumq; rex subitò eum cõspexisset, ingremuit & accersito eius domino genero suo ait: Profectò vera sunt quæ audisti. Nam hac ipsa nocte in somnio sedentes contra me in tribunalibus iudices vidi, inter quos & istũ auctoritate nequaquam infimum: quorum iudicio flagellum, quod aliquando acceperam mihi toliebatur. Sed percunctare quisnam sit. Neq; enim hunc tanti meriti virum popularem esse suspicor. Tunc regis gener Paulinum cuius conditionis vir esset dicere compulit. At vir sanctus quanquam primò adduci non posset vt statum suum proderet, magnis tamen coniurationibus constrictus episcopum se fuisse testatus est. Quo audito possessor eius valde pertimescens: Pete, inquit, à me quod vis, vt ad terrã tuam magno cum munere reuertaris. Cui Paulinus: Vnum est quod mihi impendere beneficiũ potes, vt oẽs ciuitatis meę captiuos relaxes. Qui protinùs in Africana regione requisiti cũ onustis frumento nauibus Paulino traditi sunt. Paucis verò post diebus Vãdalorum rex occubuit, & flagellũ quod ad suam perniciem dispẽsante Deo pro fidelium disciplina tenuerat, amisit. Sicq; factum est, vt omnipotentis Dei famulus qui se in voluntariã seruitutem tradiderat, cum multis à seruitute in libertatẽ rediret.

Visio regis Vandalorũ.

Multi captiui cum illo dimittũtur.

Porrò ante triduum quàm de hoc mũdo ad cælestem patriam vocaretur corporeis oculis S. Martinum & Ianuarium Italicum martyrem videre meruit, qui cęlesti tunc gloria fruebantur: eumq; ad eandem sortẽ beatitudinis inuitabant. Cùm autem sancta illa anima è corpore migraret, cellula eius ingẽti fuit terræmotu quassata, adeò vt astantes exanimati metu humi laberentur. Quod sanè mirum videri

Ante mortẽ videt SS. Martinum & Ianuariũ.

videri non debet si vnus angulus terræmotu cõcussus est, in cuius obitu totus pœnè orbis ingemuit. Fuit enim miti admodũ & suaui ingenio, etiã cùm in superbia seculi versaretur. Cùm autẽ ad Christũ cõuersus est, aperuit horrea sua pauperib⁹, & apothecas suas aduenientibus patefecit. Nam parũ ei erat proximos alere, nisi etiam vndiq; euocaret quos pasceret atq; vestiret. Quãtos iniquè oppressos erexit? quantos captiuos redemit? quantos ere alieno grauatos à creditoribus reddita pecunia liberauit? Profectò tantũ sui desideriũ non modò Christianis sed etiã Iudæis atq; Paganis reliquit, vt cũcti scissis vestibus & planctu valde miserabili deformati ad eius exequias conuenirẽt. Ereptum sibi patronum, defensorem, tutorẽ vna omnes voce lamentabãtur.

Etiam Iudęi & Ethnici plangunt mortẽ eius.

Cùm igitur debitum Deo spiritum reddidisset, ita niueo candore vultus eius & omne corpus affectum est vt omnes inter singultus & lachrymas benedicerent Deum. Post mortem verò hoc etiam ad meritum eius nobis innotuit: quòd Iohãnes Neapolitanæ vrbis antistes ante diem tertium quàm de hoc mundo ad Dominũ migraret, retulit se vidisse S. Paulinũ angelica dignitate ornatũ, syderea claritate fulgentem, verbisq; suauissimis sibi dicentem, Solue vincula tædiorum tuorum, vt nobiscũ post diem tertiũ eadem immortalitatis gloria fruaris. Quod sanè in Ioanne, qui tunc integra adhuc erat corporis valetudine, post diẽ tertiũ completũ est.

Corpus defuncti niueo candore conspicuum.

ILLVSTRE CERTAMEN DECEM MILlium Martyrum, qui passi sunt sub Hadriano & Antonino Impp. in monte Ararath propè Alexandriam, quæ iuxta Tigrim in Armenia sita est. de huius certaminis veritate vide Baron. hoc die, in Notat.

Iunij 22.

Gadareni & Euphratenses rebelles Impp. Hadriano & Antonino.

QVo tempore Hadrianus & Antoninus rerum potiebantur Gadareni & Euphratēses facta conspiratione (incertū qua de causa) aperta vi atq; armis imperiū oppugnare decreuerūt. Quorum rebellionē Imperatores vt reprimerent, debitasq; de tanto scelere pœnas repeterēt collecto sexdecim hominū millium exercitu cōtra sceleratam hostiū conspirationē instructi rebus omnibus processerūt. Sed visa incredibili rebellantiū multitudine (centū nāq; hominū millia ad confligendū paratissima in acie stabāt) diffisi de suorū animis in effusam fugā cū septē millibus conuersi sunt. Achatius verò primicerius & Heliades exercitûs totius dux ignauiā aliorū detestati, conuersi ad reliquā multitudinem: State viri, dicebant, & venite, vt deorum numina sacrificijs placemus, quò gloriosum de hostibus nostris triumphum referamus. Cumq; sacrificio intenti hedū de more excoriarēt, maiori longè quā cæteri formidine subitò oppressi, proiectis armis, fuga similiter salutē quæsiêrunt. Accidit autem vt cæteris hinc inde dispersis Achatio adolescens quidā admirabili splendore coruscās (is erat Angelus Domini) obuius fieret, eumq; huiusmodi ferè verbis ab ea formidine simulque turpi fuga reuocarer. Quid mirum, si tantus vos pauor inuasit, qui spem & robur omne in simulachris collocatis: sed audite me, & omisso simulachrorum cultu, Deum immortalem, qui cæli terræq; conditor est, inuocate, atq; spem vestrā in Christo Iesu, qui sacrosancto suo sanguine vos expiauit, defigite: & clarissima continuò de hostibus victoria potiemini.

Achatij & Heliadis magnanimitas

Angelus apparet Achatio.

Hæc vbi dixit, Achatius de summa rei consultaturus suos in consilū vocauit, qui vno pariter consensu saluberrimis adolescētis monitis parendum esse

esse dixerunt. Moxq; sublato ad cęlum clamore, salutare Iesu nomen inuocârunt: & impetu in hostiũ copias facto omnes in effusam fugam compulerũt. Ea victoria exultãtes & summis laudibus Dei potentiã in cęlum tollentes Angelus Domini in montem Ararath quingentis quasi stadijs ab Alexãdria distantem deduxit. Ibi verò alij septem angeli, humana tamen specie tecti, se illis adiunxerũt; & incredibili verborum suauitate singulare beneficiũ, quo ab omnipotenti Deo affecti fuerant, eis explicârunt: deinde omnia quæ ad æternam animarum salutem spectant plenissimè eos instruxerunt: postremò imminentem tyrannorum furorem prædixerunt: quem si pro Christi gloria forti inuictoq; animo sustinerẽt fore, vt cælestem pro eo coronam breui perciperent. His dictis beati illi spiritus ex oculis & conspectu eorum sublati sunt. At illi ingenti consolatione perfusi lachrymas præ gaudio continere non poterant, simulque præteritæ vitæ peccata detestantes lachrymabili valde fletu numinis diuini misericordiam implorabant.

Achatius cũ suis copijs inuocat Iesum & victoria potitur.

Postquã verò tertio iam die in hoc pietatis studio perseuerarẽt, missi cõtinuò ab Imperatoribus adsunt nuncij, qui gesta eorũ explorarent. Ij vt laudes & cãtica suauissima quibus Christum extollebant, audierũt eos, id quod res erat, Christianos factos esse coniectãtes, festinãter Imperatoribꝰ nunciârunt exercitum, pro victoria de hostibus potita, Christi numen mirè ꝑdicare, & deos opprobrijs ac contumelijs petere. Quo nũcio cõsternati sanè Imperatores cõtinuis 5 diebꝰ in luctu & squallore versati sunt, nulla nõ consilia agitãtes, quibꝰ fortissimos Christi milites ab ea mẽte ac religione deducerẽt. Tandem placuit alios quinque reges, Saborem, Maximum,

Triduo in diuinis laudibus perseuerant.

Quinq; Reguli martyres persequuntur.

ximum, Adrianum, Maximinum & Tyberianum in auxilium & cōsilium vocare: qui protinùs coacto ingenti exercitu præsto fuêre, oblatisq; priùs idolo suo sacrificijs ad nouos Christi milites perquirendos perrexerūt. Sancti verò tota mente in cōsideratione diuinæ benignitatis absorpti orationi incūbebant: quōs Achatius tanquā dux & antesignanus omniū, vt venientes dæmonis ministros cōspicatus est, luculētis verbis ad cōstantiam hortabatur. Illis autē ad quæuis supplicia pro Christi nomine excipienda sese offerentibus & diuinas laudes cōcinentibus, vox huiusmodi ad eos cælitùs dilapsa est.

Vox cęlitùs missa Martyres cōfirmat.

Nolite furorem eorū expauescere qui corpori necem adferre possunt. Ego enim rerū omnium Dūs vestri curā gero: ego vos protego, ego immortali vos gloria donabo. Hac voce adeò animi omnium roborati sunt, vt flexo poplite, irruentium gladios nudis ceruicibus excipere vehemēter cuperent. At milites accedētes regum eis mandatū exposuêre vt sine mora illorū se cōspectibus sisterēt. Tum Achatius pulcherrimā martyrum aciē instructo ordine deducēs regibus illā exhibuit: qui visa eorū alacritate & prōptissima pro Christo moriēdi voluntate impiam lachrymarū vim profuderunt quasi cœno quodā mentis furore in pestē & exitiū ruerent. Ne tamen quicquā intentatū relinquerent blādissimis verbis ad idolorū sacrificia eos inuitārunt. Quibus

Egregia martyrum constantia.

illi vna voce omnes respōderunt: Absit vt tātanos impietate contaminemus vt idolis omni sensu destitutis thura offeramus; quin potiùs sacrificiū viuum & immaculatum Deo nostro nosmetipsos offeremus, qui tanto nos indignos peccatores amore prosecutus est vt sanguinis sui præciosissimi effusione scelerū nostrorum maculas abluere voluerit.

Hadria-

Hadrianus cùm tantam animorum virtutem satis mirari non posset, inquisiuit diligenter quæ res in eam mentem eos ita subitò impulisset: Cui Achatius tanquam ex ore omniũ luculenter, sanè oratione clarissima Dei beneficia ei exposuit, dixitque fieri non posse, vt vllis minis vel supplicijs ab amore Christi auellerentur. Tum verò Adrianus in rabiem furoremq; conuersus iussit eos lapidibus obrui: sed lapides in lapidantium ora conuersi clarissimè testabantur sub omnipotentis Dei protectione eos latitare. Post hæc Imperator flagella expediri, & viritim eos cædi mandauit. Cumq; horrendè in corpora eorum sæuirent, quidam Draconarius nomine suppliciorum atrocitate motus: ô fratres, inquit, iam oratione opus est, iam quæso virtutem nobis à Deo impetrate: nam quæ patimur tormenta sanè grauia sunt. Cui Achatius perseuerate fratres in confessione hac salutari, nã brevi post tempore amplissima imò sempiterna huius certaminis corona vos manet. Hoc cùm dixisset, oculis ad cælum, cum admirabili pietate sublatis Christi numen ardenti spiritu precatus est: & statim ingens terræ motus omnium animos vehementer exterruit: & flagellantium manus protinùs arefactæ cæteris ingentem pauorem incusserunt. Aderat in regis Maximi exercitu magister quidam militum Theodorus nomine qui mille militibus imperabat: qui huius miraculi stupore percussus exclamauit: Domine Deus cæli & terræ qui dominatis vniuersæ creaturæ quique pro nominis tui gloria decertantibus admirabili virtute subuenis, dignare nos quoque indignos peccatores in tam beatam militum tuorum sortem recipere. Hac oratione expleta, protinus sublato signo se vnà cum suis omni-

Lapidibus martyres petuntur.

Flagellãtur.

Achatius eos cõfirmat.

Theodorus cum mille militibus credit.

omnibus ad castra martyrum transtulit.

Ea re incredibili furore exagitati reges, animos in omnes partes versabant, vt de tanta contumelia vindictam sumerent & dolorem suum aliquo modo lenirent. Iussere igitur sudes in cubi speciem figuratos per stadia viginti spargi vt martyres nudis plantis eos inambularent vtque ijs grauissimè sauciati alij super alios procumberent & luctu & clamore, quemadmodum putabant, omnia complerent, eoque spectaculo conceptum eorum dolorem diluerent. Sed accidit, vt ea tormentorum instrumenta continuò ab angelis vno in loco cumularentur: & Christi militibus per ea stadia liber sine vlla offensione transitus præberetur.

Maximus igitur, (qui horum omnium cruciatuum primarius auctor erat) cernens omnes suos conatus in nihilum recidere frendens gemensque præcepit, vt omnibus pœnis & supplicijs, quæ Christus pro humani generis redemptione libens sustinuit, excarnificarentur. Nec mora, ministri furore & amentia flagrantes virgarum nodis latera eorum dilacerant, & verberibus concidunt, & paulatim carpunt, vt non celeri morte doloribus acerbissimis finis imponeretur: deinde singulorum capitibus spineas coronas imponunt, ijsdemque ferè cruciatibus ac ludibrijs, quæ Christus pro nobis pertulit, eos afficiunt. Illi verò omnem à corporibus suis dolorem, nomine Christi sæpius inuocato, depellebant, & illi gratias agebant, quòd sese tanto beneficio cumularet. Porrò Achatius cæteros vt supplicia libenter pro Christi gloria subirent, verbis sine intermissione exhortabatur, & interim hostium immanitatem impietatemque refu-

Varijs tormentis afficiuntur martyres.

Achatius cæteros ad cõstantiam hortatur.

refutabat, & vultu oculisque clarissimum triumphum ex eorum crudelitate victor agebat. Numerus verò militum, qui eos omni suppliciorum genere oppugnabant, fertur fuisse triginta millium, qui tamen Christianorum militum constantia perturbati, multò grauiora animis supplicia perferebant. Tandem cùm diu multumque hoc modo in corpora eorum sæuijssent, singulis crucibus affixerunt, & in eos non modo sed in ipsum quoque Christum ludibria multa & blasphemias sacrilego ore iactabant. Cumque illi tùm multò magnificentiùs Christi numini vota persoluerent, ingens terræmotus subitò exortus & densa admodum caligo hostes exterruit atque in effusam fugam compulit. Martyres verò in medijs supplicijs constituti ad constantiam hortari se mutuò, diuinam opem in tali tantoque æternæ salutis discrimine expetere, Christi morte cruciatibusque memoria repetitis ad eadem crucis supplicia fortiter perferenda sese incitare: ac postremò Christiani officij in extremo illo spiritu memores supplices pro omnium salute preces ad Deum fundere, vt quicunque rebus in aduersis opem eorum imploraret, Christi gratiam meritis ac precibus eorum abundè consequi mereretur. Postquàm autem hoc modo omnia cruciamenta inuicto animo pertulissent, eadem in cælum mortalitatis vinculis expediti emigrarunt. Corpora eorum fuere ab angelis in monte Ararath, qui tam præclaro eorum certamine celebris euasit, honorificè tumulata: vbi eorum virtus sanctitasque multis miraculorum signis egregiè clarescunt.

VITA

VITA S. EDILTRVDIS REGINÆ & Virginis, ex ea, quæ est per venerabil. Bedam Histor. Ecclesiast. gentis Anglorum Libr. 4. cap 19. Floruit circa annum Domini 630.

23. Iunij.

EDiltrudis Annæ regis Orientalium Anglorum filia, moribus & vitę integritate sanè admirabilis, primò principi cuidam viro Australium Giruiorum, nomine Tonbart, vinculo matrimonij sociata fuit: quo breui pòst tempore è viuis sublato, regi Egfrido sanctissimè copulata fuit. Cuius consortio cùm annis admodum duodecim vteretur, perpetua tamen mansit virginitatis integritate gloriosa: ac tandem magna ipsius regis voluntate regali diademate contempto in monasterio Ebbæ Abbatissæ vni regi Christo se consecrauit.

Ediltrudis in coniugio permanet virgo.

Post annum verò fuit & ipsa in regione Elge virginum monasterio præfecta, quas sanè sanctissimis vitæ cælestis, exemplis & monitis ad omnem sanctitatem informauit: vnaque secum plurimas ad portum salutis æternæ fœliciter perduxit. Vixit rim in magna vitæ austeritate linearũ vestium vsu pænitus sibi interdicto: diuinarum verò rerum meditationi ità dedita fuit vt à tempore matutinæ synaxeos ad ortum vsq; diei incredibili spiritus feruore precibus & lachrymis intenta perseueraret.

Fit Abbatissa.

Nunquam autem vel certè rarò admodum, idque non nisi corporis infirmitate vrgente, bina refectione in die vsa est. Multo verè ante, quam è corpore migraret, clarissima mente cognouit, quo genere mortis nimirum pestilenti contagione moritura, multas virgines secum è suo monasterio de mundo raperet & in cælestem regionem referret.

Perpetua abstinentia eius.

Post-

Postquàm verò annis septem illud sacrarum virginum collegium rexisse, vita sanctissimè perfuncta in ligneo locello sepulta est. Successerat autem ei in Abbatissæ ministerium Sexburga soror eius Canconberti regis Cantuariorum quondam coniunx: quæ post decem annorum decursum, quo corpus eius tumulo illatum fuerat, voluit ossa eius celebriori loco sepulturæ honorare. Cumque aperto tumulo sacrum sanctissimæ virginis corpus in lucem prolatum esset, ita incorruptum apparuit ac si eodem plane die vitali spiritu destitutum esset. Neque corpus modò sed ipsa quoque linteamina quibus inuolutum erat ita ab omni putredine & corruptione aliena inuenta sunt, vt ipso die viderentur castis eius membris esse circundata.

Abit è vita.

Post multos annos corpus defuncte incorruptũ.

Porrò quod maiorem admirationem habet, quodque sanctitatis eius opinionem maximè auget, eorundum indumentorum tactu dæmonia ab obsessis corporibus fugata sunt, & varij corporis languores pulsi: prorsus, vt multi certatim ad loculum eius confluerent qui optata sanitatis remedia post preces Deo oblatas reportabant.

Miracula ad vestes & loculum eius.

DE NATIVITATE S. IOANNIS BAptistæ ex R.P. Ludouico Granatensi.

24. Iunij.

CVm Ecclesia in festis Sanctorum non dies quibus in hanc vitam ingressi sunt, sed quibus in alteram demigrarunt solenni ritu honorare solita sit, eosque natales eorum appellare, inquisitione dignum esse videtur, cur Ecclesia maiori solennitate diem hunc celebret, quo Iohannes in hãc vitam infinitis pænè miserijs curisque refertam natus, quàm illum in quo per gloriosam mortem

Cur Ecclesia natiuitatem S. Iohannis celebret & aliorum sanctorum non item.

ad

ad immortalem & beatam vitam fœlicissimè ex renatus. Ad quod respondetur, Ecclesiam in Iohannis festo non illud inspexisse, quod illi commodius & gloriosius fuit sed quod vniuerso orbi salutarius & iucundius erat. At Iohannis natiuitas Christi natiuitatem, cuius ipse præcursor erat, mundo nuntiauit: quo nuntio nihil mundo faustius aut fœlicius poterat nunciari. Hac igitur de causa (vt B. Maximus ait) rectissimè toto hodiè orbe Christi Ecclesia Iohannis primordia lætissima festiuitate concelebrat, qui æterna mortalibus adesse gaudia stupenti mundo testis fidelissimus reuelauit. Quid enim salutarius aut iucundius annunciari mundo potuit, quàm quòd is conspecto saluatore dixit: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi? Qua ergo deuotione eius festum celebrare par est, qui Agni cælestis aduentum (vt idem Maximus ait) post sacram Virginem & primus agnouit & solus ostendit? Hoc enim vno verbo malorum omnium remedium & bonorum omnium cumulum mundo allatum esse testatus est.

Ioannes primus à Virgine Christum agnouit.

Inter omnes autem præcursoris laudes non postrema illa est, quòd Prophetas, quòd Angelos, quòd Euangelistas, quòd ipsum Dominum meruit habere laudatorem. Prophetæ illum appellant Angelum; Angeli magnum coram Domino prædicant. Christus Dominus maximum inter natos mulierum testatur. Euangelistæ verò gesta eius & mirabilem vitæ sanctitatem sacris literis commendarunt. Et quidem prima præcursoris laus est, quòd â iustis parentibus sit prognatus. Adulterinæ namque plantationes non dabunt radices altas, nec stabile fundamentum collocabunt. Ab iniquo enim thoro semen exterminabitur. Fœlicitaque

Præconia S. Iohannis.

Malach. 3.
Matth. 11.

ſtaque Iohannes parentum meritis ſed fœlicior ſuis.

Nam genus & proauos (vt ait ille) & quæ non fecimus ipſi
Vix ea noſtra voco. Oui. 13. Met.

Secunda verò laus in qua beatiſſimus præcurſor eluxit numeratur illa quòd Iohannis nomen ei inditum fuerit (quod gratiam ſignificat, & diuinæ gratiæ magnitudinem quæ in illum conferenda erat, declarat) cùm autem duplex gratiæ genus Theologi definiant, alteram operantem, alteram cooperantem: hoc eſt, qua Deus nos ob immenſam bonitatem ſuam ante omne meritum gratuitò præuenit (qualis eſt eorum gratia qui in vtero ſanctificantur) alteram, qua ab eo excitati & adiuti nos cum illo & ille nobiſcum operatur, Ioannes vtroq; gratiæ genere mirum in modum excelluit. Nam & magna atq; miranda illi dona ante omne meritum collata ſunt, & magna atque admiranda idem diuina gratia adiutus, operatus eſt. Fuit enim Spiritu ſancto in vtero matris repletus & in gratia confirmatus, ita vt lethaliter peccare non poterat: & nihilominus innocentiſſimum corpus ſuum tanta aſperitate maceraui t, vt in tenera ætate quæ ad eremiticæ vitæ labores perferendos imbecillior erat, ſolitudinem petierit. Quo quid admirabiliùs quod puer, qui propter ætatis infirmitatem plurium rerum adminiculis fulciendus atq; ſuſtentandus erat, deſerti ſolitudinem atq; extremam rerum omnium inopiam elegerit. Profecto homo, quem natura inermen, nudũ & rerum omnium inopem genuit, animal politicũ & ſociale à Deo creatum eſt, vt multorum artibus & officijs, quod inopi naturæ deeſt, ſup-

Ioannes gratiã ſignificat.

Duplex gratia.

Aſperitas vitæ ipſius.

suppleretur. At Iohannes puerulus teneris sub annis, omnibus corporis huius necessitatibus despectis, in vastam eremi solitudinem se abdidit: & admiranda vitæ asperitate sanctissimam carnem suam afflixit, Erat enim (vt ait Euangelista) vestitus camelorum pilis & zona pellicea circa lumbos eius, locustis, herbarum & radicibus quæ ignis vsu, nec vlla conditura egebant, melleque siluestri victitabat.

Locustæ & mel siluestre quid sit vide Baron. Tō. 1.

Neque tamen solitudinis spiritu contentus ibi conquieuit, sed ab eremo, in qua à pueritia hominibus incognitus manserat imperio Domini tandem egressus multos filiorum Israel miro vitæ exemplo & doctrinæ tonitru conuertit. Vsque adeò enim omnium in se oculos animosque rapuit, vt ad illum omnium ordinum homines certatim confluererent, adeò vt milites etiam Publicani & Pharisæi, hoc est, profligatissimum hominum genus, ad eum venirent confitentes peccata sua, & ab eo quærentes, quid sibi facto opus esset, vt à ventura ira, & inextinguibili igne, quem Iohannes improbis minabatur, seruarentur: quam Dei iram diuinis præco non verbis solùm, sed multo magis ipso corporis cultu & incredibili vitæ austeritate prædicabat. Hac enim docendi ratione dormientes, in peccatis homines excitauit, & ad salutis suæ curam agendam extimulauit. His etiam adde admirabilem veri concionatoris fortitudinem, qua sic noster Iohannes animatus erat, vt non modò Pharisæos, qui religionis nomine insignes habebantur, genimina viperarum appellarit, sed Herodem quoq; regem, non per parabolas, vt olim Natham propheta, cum Dauid egit, sed aperta increpatione argueret dicens: Non licet tibi habere vxorem fratris tui.

Prædicatio eius admiranda.

Confessio peccatorum

Non

Non enim ad fulgorem purpurę obstupescebat, neque sceptrum regiamq; dignitatem verebatur. Non personam spectabat, sed culpam, quæ eum ex rege tyrannum & supplicio dignum fecerat. Ideoq; tanquam mortis reum adeò constanter & liberè arguebat vt ne periculo quidem capitis deterreri potuerit, quo minus adulterij crimen ei acriter exprobraret. Quam eius constantiam Dominus in Euangelio commendauit, cùm ad populum dixit: Quid exiistis in desertum videre? Arundinem vento agitatam? Non est (ait Guerricus Abbas) Ioannes arundo deserti, sed cedrus paradisi, sed columna cæli, gloria generis humani, miraculum mundi, virtute & merito vltra mensuram hominum, conditione citra naturam angelorum.

Hoc autem postremo loco vel maximè in Iohanne consideratione dignum est, quòd cùm diuina bonitas tot tantisq; virtutum charismatibus Iohannis animam ornauerit, lōgè tamen dissimilem corporis eius curam gesserit. Quæ enim oratio explicare poterit, quibus virtutum ornamentis, quib. cælestium donorum opibus animam eius ab ipsis naterni vteri præcordijs ad extremum vsq; vitæ diem Spiritus sanctus excolendâ atq; illustrandam orauerit? At corporis vitam quàm vili prętio tradi passus est? Saltauit enim puella, cuius saltationi aut aliquo obsonio satisfieri poterat, attamen huius obsonij loco, sanctissimi viri caput ipsi donatū fuit. Quis non iure miretur tantam rei indignitatem, cùm audiat eum, qui vincula peccatorum solebat, vinculis peccatorū alligari, vt vincta venia, locus veniæ non relinquatur. Herodes facit adulterium, & Iohannes in carcerem mittitur. Herodes cum sua adultera epulatur, & nefandis peccatorum

torum sordibus se contaminat; Iohannes verò sanctissimum corpus incredibili abstinentia macerat & omni contentione laborat, vt miserum regem ab animæ peste & interitu sempiterno liberet, & tamen saltatrici & adulteræ filiæ libidini per summum scelus permittitur.

Prudentia Iustorum.

Sed hæc est vera illa iustorum prudentia ad quam Iohannes, teste angelo, incredulos traducturus erat: nimirum vt quid animæ nostræ dignitati, quid corporis vilitati debeamus agnoscentes vtriusque curam pro dignitate geramus. Quisquis igitur ad Iohannis fœlicitatem & gloriam aspirat, is hoc mortalitatis corpore neglecto & in seruitutem spiritus redacto totum studium suum in anima sua cunctis virtutum & gratiarum opibus excolenda ponat.

BREVIS VITA S. SIMPLICII EPIscopi Augustodunensis ex Gregorio Turonensi Floruit temporibus Constantij Imper. Interfuitq; vna cum S. Seruatio Concilio Agrippinensi celebrato post consulatum Amantij & Albini anno Domini. 346.

24. Iunij. Simplicius continenter viuit cum vxore virgine

DEcedente Egemono beatus Simplicius non minùs nobilibus quàm diuitibus ortus natalibus, nobilissimę coniugi sociatus Augustodunēsi præponitur Ecclesiæ. Accepto igitur pontificatus ordine, beata soror, quæ non libidine sed castitate viro sanctissimo coniuncta fuerat, primò quidē molestè ferebat, se à thoro pontificis submoueri, existimans virum sanctum alterius alicuius mulierculę amoribus implicitum propriam despicere coniugem. Cumque die quodam clanculùm explorare vellet quid episcopus in cubiculo agret

ret, inuenit eum post meridiem dormientem, & agnum immensæ claritatis in pectore eius quiescentem. Quo viso sanè perterrita velociter se à lectulo sancti remouit: nec adiecit vltra quærere quid vir Deo plenus ageret in occultis quem diuina cælestiaq; assidua mente agitare cognoscebat.

Sed sæua dæmonis inuidia contra Dei sanctos mox probrosa excitat bella, verbisque subdolis infamare nititur: Quid plura? Die illo, quo Christiani festiuo gaudio Christi pro nobis in terris nati memoriam recolunt, ciues improbi dæmonis instinctu commoti ad beatam virginem rapido cursu contendunt aiuntque fieri non posse, vt vir & mulier eadem in domo vinculo matrimoniali sociati à corporis commixtione abstineant. Salomonis enim sententiam esse: Neminem in sinu ignem sine combustione gestare posse. Itaque cùm importunis clamoribus ciues instarent eamque miris modis calumniarentur, virgo sanctissima illorum improbitate commota pontificem simili castitate pollentem aggreditur, replicatisque coram omni populo sermonibus quos audierat vocat puellam, (Arculam quæ tunc plenam, vt assolet, pro iniuria hyemis, carbonibus retinebat) expansoque pallio prunas ardentes suscipit, & ferè horæ vnius spatio tenens sacerdotem euocat dicens: Accipe mitiorem solito ignem, nequaquam tuis velaminibus nociturum, vt ostendant in nobis hæ flammæ extinctas esse flammas luxuriæ. Suscipiente verò pontifice nihil nocumenti velamini ignis intulit: prorsus, vt tanto miraculo populus incredulus protinus fidei lumine illustraretur & intra septem dies plusquàm mille homines sacro latice tingerentur.

Ex hoc populi scandalo animaduerti potest, Episcopis non licere vxorem habere.

Nota præclarum miraculum.

Dea Berecynthia apud Gallos.

Ferunt etiam in hac vrbe simulacrum fuisse Berecynthiæ. Hanc cùm pro saluatione agrorum ac vinearum suarum misero gentilitatis more deferrent adfuit Simplicius antistes haud procul aspiciens cantantes atque psallentes ante simulacrum, gemitumque pro stultitia plebis emittens ait: Illumina quæso Domine oculos huius populi vt cognoscat simulachri huius vanitatem: & facto signo crucis contra Berecynthiam protinus in terram ruit, ac defixa solo animalia, quæ plaustrum, quo vehebatur, trahebant, moueri non poterant. Stupet vulgus & deam læsam omnis caterua conclamat: immolantur victimæ, animalia verberantur, sed moueri non possunt. Tunc quadringenti de stulta illa multitudine aiunt ad inuicem. Si virtus vlla est deitatis, erigatur sponte iubeatq; boues qui tellure sunt stabiliti, procedere. Certè si moueri nequit, manifestum est, nihil esse diuinitatis in ea. Tunc accedentes vnum de pecoribus immolarunt: cumq; viderent deam nullatenus moueri posse, relicto gentilitatis errore inquisitoq; antistite Christo ex animo nomina dederunt.

BEATI IVANIS PRIMI IN BOHEMIA Eremicolæ, vitæ curriculum. Ex annalibus Bohemorum per D. Nicolaum Salium Pragensem.

24. Iunij. S. Iuan regum prosapia ortus.

IVan Gestimuli Dalmatiæ Regis ex Elizabeta filius Latinè Iohannes dictus, salutatis parentibus in eremum Deo se credens profugit: & formidolosis syluarum flexibus duce Angelo peserratis, in Bohemiam adhuc idolis deuotam, Neclanerum summam in ea administrante, deuenit: idque circa annum Domini 857. Cumque in specu quadam tribus circiter miliaribus à Praga difiecta mole-

molestissimis dæmonum incursibus biennio quaeretur, fessus tanta insectatione eorum, locum mutans abibat. Ei sic eunti Beatus Iohannes Baptista obuiam factus percunctari ex eo cœpit, quoniam se, & cuius rei gratia aliorsum ferret. Ille quod res erat, fateri, dæmonum immoderatis se & continuis vexationibus adeò conturbari, vt nec consistere nec moram ferre queat. Hic Baptista sanctus, rudem teneramque Tyronis Christi militiam miseratus, præsidio Crucis donatæ eam firmat. Qua ille fretus, intrepide ad deserta castra redire, & contra ouantes hostes clamoribus eum incessantes, quòd ibi se balneum habere dicerent, infesto signo procedere. Cuius virtutem illi non ferentes, quaquauersum dilabuntur: ille victoriam prosequitur, & vlteris ad eos penetrare. Vnus ibi teterrimus, appresso petræ corpore, proteruiùs hærebat dæmon, dirissimis vocibus, & immani oris rictu, deuoraturo similis frendens. In cuius ille putentem hiatum crucem conijciens, adeò illum hoc iactu perculit, vt perfossa grandi petra foras erumpere coactus fuerit Cernitur nunc quoq; id alte ductum foramen, & profugi hostis pudendos conatus testatur. Sic coercitis dæmonum efferatis ausibus, pacatiùs deinde 40. & duobus annorum circulis eremitam egit Iuan nulli mortalium annis 14. visus lacte interim ceruæ diuina cura ei tempestiuè fœcunda vbera exhibere iussæ, pastus.

Cedit dæmonum infestationibus.

Ioãnes Bapt. ei apparet.

Dat ei crucem.

Iuan 14. annis nulli mortalium visus in eremo vixit & ceruæ lacte nutritur.

Quo tempore Barinoius Dux feras persequens ceruam hanc nutricem Iuanis & sagittis traiecit & vestigijs eius hærens ad antrum viri Dei ignarus deuenit, miratus ceruam iacentem tam copioso lacte exuberare. Cùm vir procero corpore, veste

promissa, impexo & intonso crine, supercilijs oculos tegentibus, specu progressus seuerius cum Principe expostulare cœpit, quod animal suum telis appetierit. Consternatus Princeps non exspectata talis viri facie, prodigiosamq; belluam existimans, vna cum comitum manu pedem retrò tulit. Deinde animosior factus, imperat ei per Christum (quê primus Bohemorum Principum fide agnouerat) edicere quid hominis sit. Ille adiuratus nomen, patriam, genus euentusque suos palam docet: quin & in petræam aulam qua exierat flagitantem hoc Principem inducit, & Dei circa se administrationem euulgat. Rogatusque enixiùs vt equo se in vrbem Tetinam deferri pateretur (ibi quippè Boriuoius vitam priuatæ similem cum Ludmilla tenebat) recusauit, & quòd equitandi omninò ignarus esset, & quod commodius consequenti tempore id se obsequium Principi exhibere posse opinaretur. Monuit interim vt ceruam quam venator confecerat egenis dispertiretur. Verùm Ludmilla videndi tanti viri auida Boriuoium perursit, vt mysta suo, cum sex famulis & asino emissis, eum ad se deportarent. Cui aduentanti & illa & ille honoris ergò longe progressi aue detulerunt, & susceptum intra limina dignis eorum nomine epulis honorarunt. Sed ille perpetua ieiunij lege appetitum gustatumque suum definiens nihil ex eis libare, nedum comedere elegit: sed ad suam specum anhelans, finito cũ ijs de rebus diuinis colloquio, quam primùm reuerti contendit. Reuersusque est Sacerdote Paulo & sex comitibus stipatus, omnib. regijs aulis exesi sui antri præferens horrorem. Ad eum triduo post Paulus Mysta profectus lapsibus vitæ veteris auditis, eum & expiauit, & re diuina ad adspectum

Boriuoius principum Bohemorũ primis Christianus.

Illius Ludmillæ passio infra in vita S. Venceslai describitur.

ſpectum eius facta, ſacro Chriſti corpore refecit. Quo ille ſumma animi & corporis demiſſione lumpto, traditaq; presbytero cruce parua, quam D. Iohannis Baptiſta gratia, ad retundendos dæmonum impetus, acceperat, tertia die poſt Synaxim, ex ſpelunca tenebricoſa cæli regiam adijt, corpore tantum ibi (nam ita fieri popoſcerat) depoſito. Quo in loco Boriuoius monaſterium ſub nomine D. Iohannis Baptiſtæ à ſe ædificatum amplis prouentibus dotauit, duobuſque ſacerdotibus eius curam pro tempore tradidit. Eò poſteà viri ad normam D. Benedicti viuentes traducti ſunt.

Sacramentis Eccleſiæ S. Iuā ante mortē munitur.

VITA S. PROSPERI AQVITANICI Epiſcopi Regienſis, ex ea, quæ eſt per Iohannem Antonium Flaminium Imolenſem. Migrauit ex hac vita Anno Domini 466. Aduertat autem lector vixiſſe ijſdem temporibus in Gallijs alium eiuſdem nominis Proſperum Epiſcopum Aurelianenſem ſucceſſorem S. Aniani, quem illum eſſe opinatur Baronius qui ſubſcriptus habetur Concilio Vaſenſi atque Carpentoractenſi, cuius acta quidam per errorem cum huius confundunt.

BEatus Proſper vir multiplici doctrina & ſanctitate inſignis, ex qua vrbe quibuſue parentibus ortus fuerit nō ſatis compertum habetur. Illud aūt ſatis conſtat Aquitanū eum fuiſſe miraq; in patria futuræ ſanctitatis iecisſe fundamenta. Cū enim aſſidūus ac diligens ſacræ ſcripturæ eſſet lector quodam die ex illo loco diuinitus ei oblato, ubi Chriſtus ait: Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia quæ habes & da pauperibus & veni

25. Iunij.

Proſper Aquitanus.

Matth. 9. Res suas pauperibus largitur.

sequere me permotus fuit, vt continuò rebus omnibus diuenditis & in pauperes distributis seruis etiam & ancillis libertate donatis, Romam se contulerit; quò rerum terrenarum sarcina leuatus soli Christo vacare posset. Romanam sedem eo tempore Leo primus vir egregia eruditione ac sanctitate conspicuus administrabat, qui tantam ex vir sancti conspectu lætitiam hausit, quantam Petrum ex Pauli aduentu hausisse legimus. Videbat enim inter cætera, quę lætitiam eius vehementer cumulabant, magnum sibi tempore maximè opportuno adiutorem à Deo missum, qui inualescentem quotidiè magis magisque Nestorianam & Eutychianam hæresim euerteret. Neq; eum summa de viro sancto concepta fiducia fefellit.

S. Prosper scribit contra Pelagianos.

Nam aduersus hæresis Pelagianæ reliquias elegantissimus Catholicæ fidei defensor acerrimè decertauit, & scripta beati Augustini, quæ plerique Pelagianæ hæresis fautores in vrbe Massiliensi velut maiorum sententijs aduersa calumniabantur, egregia concertatione defendit. Exstat eius ad beatum Augustinum iam senem epistola, qua breuiter hæreticorum quærelas complectitur, atq; eiusdem D. Augustini contra eosdem implorat auxilium: quo tempore Hilarius Arelatensis eiusdem argumenti ad eundem Augustinum scripsit epistolam: quibus responsurus Augustinus duos insigni eruditione, quorum primum de Prædestinatione sanctorum, alterum de bono perseuerãtiæ conscripsit libros. Sed & cum defuncto Augustino quidam presbyteri non cessarent (conuenientib. nonnullis Galliæ Episcopis) damnatis Pelagij sensibus inhærere, & apud imperitos Diuum Augustinum simulare quod in duobus prædictis libris multa cunctis

Christi

Christi fidelibus meritò detestanda asseruisset; hi duo zelo fidei accensi Cælestinum Romanum tunc Pontificem adierunt, & querela apud eum deposita epistolam ab eo eruditissimam obtinuerunt, qua non tantùm fides Catholica ex prædecessorũ ipsius Cęlestini Romanorum Pontificum decretis contra Pelagianos grauissimè defenditur, verumetiã adeò prædicatur Augustinus, vt vel huic non immeritò hactenùs præcipuus Ecclesiæ Doctor habitus sit.

Cùm autem beatus Prosper & Leonis Pontificis precibus & cælesti victus imperio Regiensis ecclesiæ cathedram ascendere debuit, ita sese ad omnem virtutis perfectionem composuit, vt etiam ex ipso vultu admirabilis quidam pietatis splendor eluceret, qui populum in tantum eius amorem accendebat, vt mœrorem omnem quem ex defuncti antistitis sui morte conceperat, protinùs deponeret: ac miro cum desiderio eum exciperet, multisque notis egregiè cuiusdam volũtatis insitam in eum charitatem demonstraret. Ipse verò summa vigilantia eorum saluti inuigilabat, ac crebris declamationibus, quibus nihil facundiùs aut efficacius dici poterat, illos ad rectam viuẽdi normam incitabat: quæ tametsi gratia & lepore admirabili obiuratam illi facundiam condiebantur, & sanctæ scripturę testimonijs refertæ magnum apud populum põdus habebant: maiorem tamẽ vim & auctoritatem probatissimi eius mores & vitæ sanctitas illis adferebat. Nihil enim dicebat, quod ipse viuis virtutum exemplis in se priùs non exprimeret. Erat illius pectus flamma charitatis ardens, erat præsentia mitis, omnibus affabilis: seueritas verò in delinquentes adeò temperata vt magis illos corripientis charitas quàm verborum asperitas moueret.

Fit Regiẽsis Episcopus.

Docet opere & sermone.

Cura viduarum & pupillorum.

Quid referam quanta pietate & cura pupillos & viduas prosequeretur. Non sexus, non ordo, non ætas erat in ciuitate quæ eius patrocinio non foueretur. Cumq; omnibus esset benignus, omnibus affabilis, omnibus viscera misericordiæ aperiret, suâ ipse carnem vigilijs, ieiunijs, oratione ac multiplici maceratione domabat. Magno etiam charitatis impulsu finitimarum vrbium antistites crebrò per epistolas hortabatur, ne dignitatis suæ, ne impositi sibi oneris obliuiscerentur. Quæ quidẽ omnia tanta faciebat modestia, tanta dexteritate, vt magnam sibi apud omnes non modò suos, sed etiam alienos gratiam & amorem conciliaret, vt non aliter ac omnium parentem illum diligerent ac venerarẽtur. Et quidem cùm talis ac tãtus presul duos & viginti annos Sedem illam Regiẽsem administrasset, multisque virtutibus adornasset, corporis viribus destitutus cũ admiranda insitæ pietatis significatione ad cælos migrauit. Quantum verò sui desiderium reliquerit totius ciuitatis mœror ac luctus testatus est. Vbique suspiria, vbique gemitus audiebantur, nec vllus erat lachrymis modus. Ductæ sunt deinde solẽni apparatu, ac totius populi omnium ætatum ac ordinum concursu, exequiæ: sepultusq; est extra vrbem in templo, quod in honorem beati Apollinaris ipse consecrauerat.

Fœliciter abit ad Dominum.

Quam verò gratus Deo extiterit, & quem locũ in angelicis choris adeptus sit, mira ad illius sepulcrum prodigia continuo subsecuta declarauerunt: ad quod nullus, quacũque detineretur ægritudine, frustrà confugit. Claudi gressum impetrârũt, cœci visum: paralyticis cõfirmata sunt membra; ab obsessis corporibus dæmones fugati. Nemo verbis satis dignè cõsequi posset, quanto splẽdore diuinum

Miracula ad sepulcrum eius.

Ponti-

Pontificem suũ Deus populis omnibus, ac in Ecclesia sua veluti cæleste quoddã iubar fulgere voluerit: vt se tanto fœlicem Præsule ac patrono Regiensis ciuitas meritò dicere possit. Neque tantus ad illius sepulcrum honor ac veneratio temporis longinquitate consenuit, sed ad hoc vsque tempus perdurat ac viget, nec vllius ad id piè accedentis diuina gratia fidem ac spem irritam esse sinit.

Verùm quia extra vrbis muros erat sepultus & sæuientibus Barbarorum bellis, quibus vexata diu fuerat Italia, frequentari ex more sepulcrum non poterat: Thomas vir vitæ ac morum sanctitate venerabilis, qui sancto Christi Antistiti in ea dignitate successerat, ne tanti Præsulis veneratio paulatim obsolesceret, simulque secundum quietem admonitus sacram ædem extruxit amplissimam: in quam sacræ transferrentur reliquiæ. Conuocatis igitur religiosorum omnium collegijs & populo, qui frequens cõfluxit, sepulcrum vetus, in quo vsq; ad Luitprandi Longobardorũ regis Christianissimi tempora quieuerat, apertum est: de quo tanta diuini odoris fragrantia effusa est, vt nulla ei aromata vel opobalsami riuuli, si per ædem fluerent, comparari possent. Ita eductæ sacræ reliquiæ cum ingenti omnium plausu atque lætitia nouo sepulcro magno cum honore illatæ sunt. Vbi mira quãplurima antedictis non dissimilia, meritis sancti Cõfessoris Deus cum omniũ stupore operatus est.

Odor suauissimus è sepulcro S. Prosperi.

VITA S. ADELBERTI CONFESSORIS & Leuitæ, discipuli S. VVillibrordi Episcopi. ex ea quæ est per Cœnobitas Medelocenses.

BEatus Egbertus cælesti afflatu desiderio, patria & parentibus ac cognatis relictis, studio peregrina- Iunij 25.

S. Egbertus multos Christo lucratur

grinationis in Hyberniam secesserat: vbi cùm præclaro virtutum profectu & haud obscura vitæ sanctimonia in multorũ admirationem venisset, Deo id agẽte, multos sui sectatores effecit. Inter eos autem qui certatim ad eum confluebãt, seque in eius disciplinam tradebãt, Adelbertus Regis Deirorum filius arctioris vitæ institutu non segniter est complexus. Porrò vir Dñi Egbertus quotidiana sanctitatis capiens incrementa, cùm pro paruo duceret suæ vnius saluti consulere, summoperè plurimis prodesse appetebat: atque inprimis homines ethnicismi erroribus implicatos ad Christianæ religionis amplexum sanctæ prædicationis studio adducere cupiebat. Audiens igitur Germaniæ populos infidelitatis nexibus præ cæteris tenaciùs irretitos planè instituit ad eos commigrare; sed cùm in hanc cogitationem & curam totus incumberet, diuino oraculo, ne eam ad effectum perduceret, retardatus est. Itaque vir sanctus cùm neque posset, neque vellet diuinæ ordinationi reluctari, alios viros duodecim & meritis sanctitatis, & eruditionis efficacia tantæ rei idoneos, instar duodecim Apostolorũ delegit, quos ad Christi fidem Barbaris Frisonibus prædicandam destinauit. Et quidem his omnibus VVillibrordus Apostolicæ gratiæ presbyter præfectus, inter alios hunc Adelbertũ Leuitam discipulum habebat: in quo tanta fuit morum comitas, vt mirabili vitæ suauitate omnes ad sui imitationem alliceret. Quicquid sermone faciendũ ostendebat, priùs ipse factis declarabat: maximo se affectum detrimento existimans, si nõ verba & institutiones suas re ipsa & exemplis optimis cõfirmaret. Inprimis autem verę humilitatis studiosus fuit, asserens eius industria & cautione cætera omnia cõseruari.

Adelbertus Regis Deirorũ filius.

VVillibrordus presbyter.

Summè colit humilitatem.

Quanta

Quanta autem in Deum & homines charitate flagrauerit hoc vnũ magno ſatis argumento eſt: quòd libenter propter eos regale patrimonium dimiſerit, & ſuauiſſima patriæ, parẽtum, ac cognatorum conſuetudine relicta alacriter ad feras ac Barbaras nationes commigrauerit: vt eiuſdem beatitudinis eas ſecum participes faceret.

Eiuſmodi ergò eximius heros munitus & inſtructus apparatu, quoquouerſum proficiſcens lucrandis animabus operam dabat. Vt plurimùm tamen eo in loco hærebat, quem Egmundam vocãt, ad cuius receſſus ab importuna hominum frequẽtia veluti receptum quendam habere viſus eſt: vbi inter complures, quos fama virtutũ eius inuitarat, Eggo quidã ad eum venit, & breui tempore in eius ſe familiaritatem inſinuans, accuratè illi adhæſit, adeò vt vir Dei non rarò eius hoſpitio vteretur, fœliciq; compenſatione eius meteret carnalia, cui ſpiritalia ſeminabat: vtque inter ipſos conflata charitas & beneuolentia eſſet confirmatior, eius filium è ſacro fonte ſuſcepit, & vt par erat, etiam pleraque ſecreta ſua cum illo vel maximè communicauit. Itaque die quodam inter cœnãdum cùm ſe mutuis ex more colloquijs oblectarent, vir ſanctus amico ſuo aperuit, velle ſe patriam parentesque reuiſere, vt poſſet etiã illis aliquid gratiæ ſpiritalis impartiri. At Eggo nimis moleſtè tanti viri abſentiam ferens, cum lachrymis ex eo ſciſcitabatur ad quod tempus rediturus eſſet. Tum vir Deo plenus, eius piæ ſollicitudinis miſertus, fragmentum pomi, quod fortè manu tenebat in ignẽ proijciens: Cùm huius, inquit, pomi grana in virgulta excreuerint, me, Deo benè propitio, tibi reſtitutũ videbis. Deinde ſuſceptam profectionem proſequens, emenſo mari,

Diſcurrens in opere Euangelij receſſum ſuũ in Egmunda capit.

Prædicit rẽ miram.

mari, in patriam venit: vbi aliquamdiù moratus verbis & exemplis non paucos ad sui imitationem illexit. Intereà Eggo sponsionis viri Dei æstimator auidissimus, eius reditum mirè sitiebat; cùm ecce hospitiolo illo quodam tempore voracibus flāmis in fauillas redacto, vbi opportunum aduentauit tempus, ex eodem loco prodijt germen odoris Domini, & grana in ignem iacta rediuiuos protulêre flores: nec tamen fructus afferendo tantam sui admirationem excitârũt, quantum attulit gaudij reditus optatus beatissimi Patris Adelberti: qui, vt promiserat, in Frisiam reuersus, tãto maiori omnium studio & beneuolentia accipitur, quanto eius sanctitas euidẽtiori miraculorũ attestatione quoquouersum sese celebriùs diffudit.

Insigne miraculum.

Postremò vir beatus omni virtutũ exercitatione instructus ad ecclesiæ Traiectensis Archidiaconatũ euectus est, quod munus cùm præclarè aliquamdiu administrasset tãdem post multorum Paganorum cõuersionem multis miraculis clarus Christo sanctissimã animam suã reddidit 7 Kal. Iulij, sepultus Egmũdę in Kenemaria. Vbi sub Theodorico primo Hollãdiæ Comite corpus eius de tumulo leuatum est: cui Theodoricus Iunior paternæ deuotionis feruẽtissimus ęmulator construxit monasteriũ Ordinis S. Benedicti, cui Egmõd nomẽ indidit totius Hollãdię in diœcesi Harlemẽsi facilè celeberrimũ.

Fit Archidiaconus Traiectensis.

Moritur.

MARTYRIVM SS. IOHANNIS ET PAVli. Item Gallicani viri clarissimi ex eo quod est à Terentiano conscriptum. Quod & Ado Episcopus eodem ordine & modo in suo Martyrologio descriptũ habet. Quam historiam etiam Baronius tanquàm synceram approbat Tom. 3. Annalium.

Cùm

CVm Gallicanus Romani exercitûs dux Persarum gẽtem, quæ Syriam inuaserat, insigni victoria profligasset, eaq; de causa triumphalibus infulis sublimatus Augusto Constãtino valdè acceptus esset, Constantiam virginem sacratissimam filiam eius poposcit vxorem: idque eo tempore, quo Scythica gens quæ Thraciam occupauerat, infestis sanè armis imminebat. Et quia auctoritate ac potentia valebat plurimùm Comites & Prefecti cum vniuerso populo Romano, vt honestissimo eius postulato fieret satis magna vi precum instabant. Constantinus verò Augustus, cùm sciret filiam suam, ne morte quidem proposita, à virginitatis amore auellẽdam, maximo animi dolore cruciabatur: incertus quo nam modo ab ijs se difficultatibus extricaret. At filia eius cælesti lumine mirabiliter iam ante illustrata, cùm patris sollicitudinem studio sanctitatis conaretur excludere, dixit ad eum: Cùm certa sim, mî pater, Deum cui nocte dieque deseruio, virginitatis meæ cultam habiturum, quæso te vt hanc animi sollicitudinem, quæ te excruciat, missam facias: teque me illi coniugem daturum promittas, ea conditione, vt si Scytharum gentem fœlici marte prostrauerit, me victor simul & Consul accipiat: porrò huius sponsionis gratia duas filias virgines, quas ex amissa coniuge suscepit vsque ad nuptiarum diem apud me esse sinat: atque ipse Iohannem Præpositum & Paulum Primicerium meum apud se comiter habeat, vt & ipse me per familiares meos penitùs cognoscat, & ego vicissim per eius filias clarissimam morum illius vitæque instituti cognitionem accipiam. Placuit Gallicano virginis prudentissimæ oblata conditio: & protinùs Gallicani fi-

Iunij 16.

Gallicanus filiam Constantij vxorem poscit.

Constantia virgo sanctissima.

ni filię Constãtiæ traditę & eunuchi similiter summa cum humanitate accepti sunt. Porrò duæ illæ sorores, quarum altera ex ijs Attica, altera Arthemia dicebatur, cùm essent liberalibus studijs apprimè eruditæ, facili negotio ad Christi cognitionem ac fidem ab Augusta adductæ sunt.

Gallicani de Scythis victoria.

Intereà Gallicanus Scythis bello fœliciter profligatis, glorioso triumpho elatus domum reuertitur, & ante quàm vrbem Romam ingreditur, recta ad sacra Petri Apostoli limina pergit. Qua re Constantinus Imperator, totaque nobilium aula, quæ ad excipiendum eum debito cum honore parata stabat, vehementer admirari sunt: ipseque Constantinus Gallicanum toto mentis & corporis habitu supplicationi intentum accedens ait: Gallicane quidnam hoc rei nouæ est, quam ego in te conspicio: quòd ad bellum pergens Capitoliũ & templa ingressus dæmonibus immolâsti, & iam victor è bello rediens Christum adoras & Apostolorum limina supplex veneraris? Cui Gallicanus: Desine, inquit, admirari, ô Imperator: Nam Christum verum cæli terręque Dominum ex summa eius potentia cognoui. Cùm enim cum Scythica gente cõflicturus extremas essem in angustias redactus, ac pœnè mole belli obrutus, & sacrificijs interim insistens frustrà à Deo Marte opem implorarẽ: prorsus vt iam omnem in fuga salutem posuissem, Paulus & Iohannes Constantinæ filiæ vestræ Augustæ famuli, verbis me hortati sunt, vt Deo cæli votum nuncuparem: me Christianum fore, si perditis in rebus victoriam ex hostibus reportarem. Fateor, simulatque votum hoc ore prolatum est, apparuit mihi iuuenis statura excelsa glorioso Crucis trophęo præcedẽs: qui me stricto gladio suis insistere vesti-

Gallicanus vouet se Christianũ fore & vincit Scythas.

vestigijs iussit: Institi viriliter, & dextera leuaque euaginatum tenens gladium, ipso duce, ad regem perueni: qui meis pedibus humi prostratus sanguinem suum infimis precibus à me deprecatus est. Ego pietate flexus & illius, & omnium vitæ peperci: atque ita vniuersa Thracia à Scythis singulari omnipotētis Dei beneficio liberata, ipsos Scythas tributarios effeci. En habes quadruplicatū exercitum, habes Scythas tributarios, & omnem Thraciā in libertatem vindicatam. Quod reliquū est, hanc vnicā à te, ô Imperator, laboris mei mercedē reposco, vt me ab huius dignitatis sarcina exoneratum; deinceps religioni, quam didici, vacare permittas.

Insignis pietas Gallicani.

Imperator his verbis adeò commotus est, vt ruens in amplexus eius vix lachrymas teneret, narrauitq; quomodò duæ eius filiæ pari pietate ad Christum accessissent, atque eius in laudibus die ac nocte incredibili mentis alacritate perseuerarent. Inter ea deductus in Regiam Gallicanus, quasi gener Augustorum habitus est: & Consul in fascibus positus quinque millia seruorum libertate donauit, eosdemque ciues Romanos effectos, prædijs ac domibus ditauit: ac postremò omnibus facultatibus in pauperes distributis, in vrbe Ostiensi Hilarino se adiunxit, eiusque ædes pauperibus excipiendis accommodauit: in quibus innumerabilem peregrinorum multitudinem excepit & singulari benignitatis studio fouit ac pauit. Ibi tum videre licebat egregium profectò atque admirandum pietatis studium: virum patritium & consulem Augustalis decoratum pauperum pedes lauācem, cibum potumque offerentem, aquam manibus effundentem, languentibus sollicitē ministrantem cæteraq;

Manumittit 5000 seruorum.

Vide S. Gallicani humilitatem.

sanctæ seruitutis officia mira alacritate ac gaudio exhibentem.

His alijsque eximię pietatis operibus clarus primus in Ostiensi vrbe ecclesiam extruxit, S. Laurentij monitis excitatus: qui clara luce apparens eum hortabatur vt ad multorum salutem ritè constituendam ecclesiam fabricaret: quę vsque hodiè Laurentia nuncupatur. Intereà ipse Gallicanus Christi gratia adeò multiplici illustratus est, vt etiam dæmones eius nomen perhorrescerent, eiusque conspectu ex obsessis corporibus continuò migrarent.

Potens in miraculis.

Cùm autem decedenti Constantio Iulianus successisset vt sacrilegæ suæ cupiditati satisfaceret, lege cauit, ne quid in hoc mundo Christiani possiderent. Porrò Gallicanus in pago Ostiensi villas quatuor, non tam sibi quàm pauperibus possidebat: quas mirabili Dei protectione contra impias Iuliani fraudes egregiè tutabatur: adeò vt ministri, quoties in eas impetum facere conabantur à maligno dæmone arrepti miserè torquerentur; atque quòd grauius est lepræ etiam morbo subitò deformati alijs timorem incuterent, ne simili ausu virum sanctum lacesserent. Iulianus verò ea Gallicani virtute impiè prouocatus, iussit eum aut idolis sacrificare, aut patriam cum exilio permutare. Nec recusauit vir sanctus graues exilij miserias tantæ impietati proponere, sed relictis omnibus Alexandriam petijt, ibidemque anno integro apud Christi Confessores magna cum sanctitatis opinione transacto, tandem in eremum secessit: vbi à Rauciano Comite templorum, ob fidei constantiam gladio percussus gloriosam martyrij palmam adeptus est. Cui statim basilicam construxerunt, quæ

Gallicanus abit in exilium.

Gladio percutitur.

quæ eius miraculis ac virtutibus clara, gratissimũ omnibus calamitosis præbet accessum.

Hilarinus autem qui quõdam Gallicanum in vrbe Ostiensi susceperat, cùm frustrà à fidei Christianæ persecutoribus sacrificare cogeretur, fustibus cæsus martyr effectus est: cuius corpus eadem in vrbe Christiani honorificè tumulârunt.

Hilarini martyriũ.

Porrò Iulianus sacrilega cupiditate acriter inflammatus, vt auaritiæ suæ sitim expleret, omnibus Christianis per fas perque nefas facultates omnes & patrimonia auferebat: idque (prô scelus) magno pietatis prætextu: dicens Christi Euangelium illi suæ legi inprimis patrocinari: quo docet neminem posse Christi esse discipulum, qui nõ prius omnibus, quas possidet, rebus ex animo renunciet. Hac lege impiè stabilita, Paulum & Iohannẽ comprehendi iussit, quòd indies ingentem pauperum numerum, collatis sibi ab Augustâ diuitijs recrearent, spretoque Regiæ ministerio contra nobilium morem vilissimis se officijs manciparent. Eos igitur seuerè monuit vt protinùs in aulam concederent, & solitum obsequium præstarent, ni facerent se vi mala eos coacturum minatus est. At Christi martyres præcisè constanterque responderunt, se nunquam pedem in regiã illaturos, sed omnem vitam in Christi obsequio & pauperum cura expẽsuros. Iulianus hoc responsum in maximum sui contemptum cedere existimans minacibus verbis inquit: Ecce decẽ dierum induciæ vobis concedũtur, quibus elapsis, nisi ad saniorem mentem redieritis & dijs nostris thura obtuleritis, tãquàm hostes publicos pœnis & supplicijs subiacebitis. Cui Sãcti: Nihil opus est eo tẽporis spatio, ô Imperator, quin potiùs iã statim animi tui furorẽ in nos exprome,

Iuliani impietas.

Paulus & Iohãnes comprehenduntur à Iuliano.

quos neque tempora neque supplicia à Christi amore ac perpetuo eius cultu auellere potuerunt.

Iohannis & Pauli egregia pietas.

Post hæc Iuliano magna cum indignatione surgente Iohannes & Paulus ad consueta pietatis opera magno studio se contulerunt. Conuocatis igitur vndique ad se Christianis assidua pietatis documenta dedêre, & verbis diuino amore vehementer incensis cunctos obtestati sunt, ne se scelerati Imperatoris fraudibus in sempiternam animę pestem impelli sinerent: deindè totis illis decem diebus diu noctuque eleemosynis insistentes ingentes thesauros ab Augusta sibi relictos expenderunt, modisque omnibus quàm accuratissimè ad certamen pro fidei constantia subeundum se comparârunt. Vndecimo verò Terentianus Campiductor ab impio apostata cum aurea Iouis statua ad eos missus est: qui fortiter tam immanem impietatem execrantes & Iouis statuam repellentes vinculis constrinxit: & clàm sine omni strepitu (hoc namque à Iuliano in mandatis acceperat) capite cęsos tumulauit. Inde constanti rumore per Imperium diuulgari iussit Iulianus sanctissimos Christi martyres in exilium relegatos mitiùs, quàm pro meritis, ab Imperatore habitos esse.

Terentianus martyres occidit clàm.

Sed quanquam nullum cædis eorum extaret vestigium, eorumque certamen obliuione sempiterna sepultum videretur, Deus tamen, qui suorum gloriam obscuritati inuolui non patitur, non diu post eorum certamen atq; virtutem præclaris miraculis illustrauit. Nam Iuliano in bello aduersus Persas interfecto cùm Iouinianus successor optatissimam Ecclesijs pacem restituisset, extinctamque apud multos religionem egregia pietate excitasset, dæmones ex obsessis corporibus sanctorum

marty

martyrum gloriam in lucem proferre, constantiam prædicare, gloriosum mortis genus multis laudibus extollere, certaminis locum omnibus indicare; adeò vt plebs commota certatim in domum eorum confluerẽt, visisque miraculis, Christo cum euidenti vitæ ac morum mutatione, nomina daret. Inter alios verò vnicus Terentiani filius, qui suis ipse manibus sanctis necem intulerat, cùm in domum illam veniret à dæmone correptus miserabili valdè eiulatu crimen suum fatebatur, & intolerabili cruciatu sanctorum virtute se exagitari clamabat. Terentianus tanta filij sui calamitate fractus, vix mentis compos, humi se prostrabat, & supplicibus verbis à Christi martyribus sceleris sui veniam postulabat: nec priùs à luctu ac lachrymis destitit quàm diuina benignitate à graui conscientiæ pondere se subleuatum sentiret. Tum verò in percepta Christi misericordia exultans ad proximum Paschæ diem lustralibus aquis à veteris vitæ delictis expiatus est, simulq; misero filio precibus & lachrymis apud Sanctorum tumulum & corporis & mentis sanitatem impetrauit.

Præclara miracula ad tumulum SS. martyrum.

Terẽtianus credit & baptizatur.

VITA S. VIGILII MARTYRIS ET EPISCOPI Tridentini, qui passus est anno Domini 506. Habetur in fronte operum ipsius.

VIgilius patria Romanus, illustribus ortus parentibus, Athenis liberales artes & sacras literas didicit, breuiqúe tantum sibi pietatis & eruditionis thesaurum per Dei gratiam compauit, vt annos natus viginti, ab Aquilegiensi Episcopo, ad quem diuina delatus fuit prouidentia, ordinaretur Tridentinorum, quibus mira fide & constantia Euangelium Iesu Christi prædicauit,

Iunij 26.

Patria & parentes eius.

Fit Episcopus Tridentinus.

cauit, & potentiam beneficentiamque eius, miraculis in Christi nomine designatis, commendauit. Cœcis enim visum & surdis auditũ reddidit, mutorũ linguas soluit, & dæmoniacos & varijs morbis vexatos sanauit. Prætereà stylum in hæreses strinxit & hæreticos, vt sinceritatem doctrinæ Apostolicæ plenè assereret & purgatã Ecclesiæ Christi contraderet. Extant hodie quinque eius libri contra Eutychen: non extant ea, quorũ in quinto libro meminit. Ait enim se libros aliquot cõposuisse de Conciliorum decretis & religiosa nominum nouitate contra Sabellium, Fotinum & Arrium.

Porrò cùm diuinæ bonitati iam visum esset, fidelem seruum suum in gaudium Domini si introducere, placuit ipsum priùs martyrij quoque corona decorare. Quemadmodum itaque hæreses constanter impugnarat, ita idololatriam nefariam funditus extirpatam cupiebat. Prostabat autem in valle illa quæ flumen Sarcham fundit, Saturni æreum simulacrum, quod incolæ homines feri & agrestes magna religione venerabantur. In hanc itaque serendi Euangelici seminis gratia profectus Vigilius Randenam, fratribus germanis, Claudiano & Maiorano, Iuliano item presbytero comitibus peruenit, ac protinus in ipsum idolum incidit. Zelo itaque Dei exæstuans, spiritu lætus ac alacer Saturnum aggreditur ac spurcũ idolum deijcit, frangit, & in prœterfluentem conijcit, vt turpissimæ rei vel memoria apud posteros interiret: solius autem Domini nomen sanctificaretur & regnaret. Mox verò in basin seu fulcrum deiecti idoli residens vir Dei, verbum Domini illis qui illius facinoris spectatores fuerant prædicare cœpit, testificans salutem veram non aliunde vel sperandam vel petendam

Confringit Saturni simulacrum.

dam esse quàm à Iesu Christo Dei & hominis filio. Cæterùm Barbari & impij idololatræ deum & religionem suam contumelia affectam putãtes conturrunt, & seruũ Christi animam suam Patri commendantem lapidibus sternunt, obtegunt atq; colludunt anno ætatis eius quadragesimo, Episcopatûs verò vigesimo. Floruisse videtur sub Imperatore Anastasio: quo tempore Gelasius Antistes Romanus & Fulgentius Apher floruêre circiter annum Domini 500.

Lapidibus obruitur.

VITA S. RVDOLPHI EPISCOPI EVgubini & Confessoris. partim ex Epistola B. Petri Damiani ad Alexandrum Papam, partim ex prædaro MS. Codice.

RVdolphus claris admodum & diuitiarũ gloria præstãtibus ortus natalibus, magnum rebus à se insigni cum pietate gestis splendorẽ attulit maioribus. Is enim cùm insita naturæ quadam bonitate magno impetu in studiũ pietatis duceretur, labentibus huius mundi rebus maximè animo despectis, assidua voluebat mẽte qua via modoque ad propositam sibi metam pertingere posset. Tandem post multa consilia cum animo suo prudenter agitata, spretis opibus, contemptis honoribus, voluptatibus aspernatis, matris lachrymis animo planè virili despectis, & castro quodam suo inexpugnabili munitione vallato, cum omnibus quæ sui iuris erant prædijs, Petro Damiano traditis in eremum, quasi in tranquillum vitæ portum ab aduersa vitiorum tempestate confugit. Porrò Damianus in eius possessione egregium pietatis domicilium cõstruxit, vbi Rodulphus tam excellenti vitę integritate, tanta bonorum spirita-

Iũnij 26.

Parẽtes eius clari admodùm.

Rudolphi egregia pietas.

Secedit in eremum.

ritalium affluentia, tanto denique tamque eximie virtutum splendore Christo seruiebat, vt genitrix & frater eius Petrus primogenitus, studio tam admirabilis virtutis quam oculis intuebatur inceni, pari alacritate mundum desererent, & in eanden vitæ societatem commigrarent. Ibi verò quotidanis Rodulphi exercitijs prouocati non modò constanter omnes huius vitæ blanditias contempsere, sed etiam duras eremiticæ vitæ disciplinas tam districtè secuti sunt, vt magnam cunctis admirationem commouerent: & alios item ad eandem pietatis æmulationem vehementer accenderent.

Mater & frater eius Petrus eum sequuntur.

Et sanè quo rariùs eo pulchriùs admirabiliùsque tantæ fuit virtutis exemplum, cùm cernere liceret fratres duos nobiles adolescentes in magnis opibus enutritos, & in summa spe dignitatis & honoris educatos, strenua virtutum ac pietatis æmulatione inter se contendere, ne alter ab altero aliquando vinceretur. Profectò ipse Petrus fratris sui Rudolphi virtutibus prouocatus, adeò mentem à corporis consuetudine penitùs abduxerat, vt nihil cum terrena concretione commercij habere videretur: adeoq; seuerè minutissima in se delicta plangebat puniebatque ac si grauissimorum criminum reus fuisset. Cùm die quodam in familiari fratrũ colloquio de monasticæ vitæ disciplinis disputatio instituta esset, & ipse in spirituali militia adhuc tyro, ex seculari cõsuetudine verbulum à seniore disciplina nõnihil alienum protulisset, post longiora correptionum flagella, iussus est quadraginta diebus cõtinuis ab omni planè vini vsu abstinere, eaque pœnitentia delictum expiare. Ea verò tam rigida pœnitentia eo solùm spectabat vt animi eius constantiam ac patientiam probarent,

Petri egregia sanctitas.

quam

quam ille non modo libenter sed tanta etiam cum alacritate, cunctis ad tantam viri sancti patientiam stupentibus, peregit, vt interim deinceps etiam disciplinis clanculum se affligeret carnemq; incredibili abstinentia maceraret.

Porrò Rudolphus quanquam ætate iunior tantam tamen tamq; excellentem fratris pietatem cælestis disciplinæ studio superabat. Ardebat enim animo & interdum à corpore abstractus in cœlum vehebatur: adeoq; non propriæ tantùm sed omnium salutis desyderio tenebatur, vt nullo modo paterentur tantã in eremo virtutem diutius latitare, sed vel inuitum ad sacerdotalis officij iura promotum Eugubinæ Ecclesiæ præfecerunt. Ipse verò iacta iam ante in eremo senioris disciplinæ institutã non modo non deseruit, sed indies magis magisque potiùs adauxit. Terebat delicata corporis membra cilicijs sanè asperis, & cibo interim potuq; tenuissimo fractam longo ieiunio carnem sustentabat. Cunctis verò officiose demerendis atq; omni ratione sibi conciliandis insistebat: adeoq; omnium saluti intentus erat, vt corporeæ necessitatis pænitus oblitus, officio, suauitate, clementia alijsque artibus, quas spiritus cælestis ei suggerebat, duræ ceruicis populum emollire conaretur. Neque tamen adduci poterat, quãquam in alios clemens admodum existeret, vt quicquam carni aut sanguini daret, sed mox à pastoralis officij cura ad eremum commeabat, ibidemque intermissã cælestis philosophiæ studia magno animi ardore repetebat. Dictu profectò mirum quanta seueritate vir sanctus in tenerũ corpusculum sæuierit. Stabat frequenter in cellula, vtraque manu scopis armata disciplinis se conficiens donec totum ex ordine psalterium intenta

Item Rudolphi.

Fit Episcopus Eugubinus.

Admiranda vita eius austeritas.

Deo ſupplicatione perſolueret.

Cùm verò in aliqua eſſet expeditione conſtitutus, quantalibet intempeſtæ noctis profunditate conſurgens nudis cruribus pedibuſque in precibus ac lachrymis auroram præſtolabatur. Porrò ex tanta vitæ auſteritate hunc fructum conſequebatur, vt totus diuini amoris facibus incenſus in diuinæ benignitatis conſideratione gaudio incredibili exultaret, & non raro oppreſſis corporis ſenſibus pura mente cæleſtia atque diuina contemplaretur. Inter hæc verò pietatis ſtudia, præcipua quadam pauperum cura tenebatur: prorſus vt quicquid expenſis proprijs ſurripere valeret id totum in egenos benignè diſtribueret. His igitur & huiuſmodi virtutum floribus adornatus cùm tanta aſſiduitate vigiliiſque in omnium ſalute procuranda, omniumque neceſſitatibus ſubleuandis verſaretur, præ ſui corporis negligentia in grauem & periculoſum morbum incidit, qui eum ita confecit vt vix 30. plus minus ætatis ſuæ anno è corporis ergaſtulo migrare cogeretur. Itaq; rebus omnibus, quę ad animæ ſuperato expiationem neceſſariæ videbatur ritè procuratis, cùm inſitæ pietatis & ſanctitatis egregia documenta dediſſet è corporis vinculis expeditus, lætus in cælum immigrauit. Ciuibus vniuerſis magnum ſui deſyderium cum multis lachrymis & luctu diuturno coniunctum reliquit. Fuit enim non modo ſanctitatis & miraculorum gloria clarus ſed præcipuo quodam benignitatis ſtudio pręcellens, & laudibus manſuetudinis & lenitatis & clementiæ præſtantiſſimus.

Exceſſus mētis eius.

Benignitas in pauperes

Moritur anno ætatis ſuæ 30.

VITA

VITA S. ANTHELMI EX PRIMAE Carthusiæ præfecto Episcopi Bellicensis. ex ea, quæ est apud Surium. Vixit temporibus Alexandri tertij Rom. Pont. circa annum Domini 1180.

CElsa magnaq; progenie claris in mundo parentibus tali prole beatis, patre Arduino ex Allobrogum castello Siguino, matre nobilissimis suæ patriæ hominibus orta, beatus Anthelmus progenitus est: cui ea, à teneris vnguiculis, cura præcipuè in pectore vixit, quomodo perfectam Deo seruitutem, carnali nobilitate posthabita, exhiberet. Itaque cùm magna parentum voluntate literis adhibitus non mediocres in artium maximarum disciplinis fecisset progressus, egregia indole vir, parùm cautè tanta gratiarum vsus affluentia, paulatim arridentis sæculi huius blandimentis allici cœpit: adeò vt rebus omnibus ad votum mirifice affluentibus tandem abreptus sit: ac seuerioris disciplinę oblitus in Gebennensem & Bellicensem ecclesias magnis opibus & honoribus auctus concesserit. In Gebennensi enim Ecclesia Præpositus & Secretarius; in Bellicensi verò Secretarius creatus est: quas ille dignitates in ijs Ecclesijs præcipuas magna cum laude ac nominis sui gloria administrabat.

26. Iunij.

Patria & parentes eius.

Mundus illi blandiur.

Et si autem vanis & caducis rebus esset implicatus, attamen ab omni flagitio & sordibus inprimis auaritiæ alienus erat: & sacra omnia sacrorumque antistites præcipuè religiosos viros perpetuo naturæ instinctu colebat: eorumque sermonibus ac familiaritate plurimùm gaudebat. Itaque cùm adolescentiæ flore in magna mundi vanitate consumpto, diuina bonitas in rectum salutis

iter

Frequenter visitat religiosos.

iter eum reuocare vellet, cœpit religiosorum hominum & inprimis Carthusiensium loca inuisere; vitamque eorum non tamen tam conuersionis desyderio, quàm animi quadam curiositate diligenter explorare. Interim cùm suauitate ac dulcedine eorum paulatim afficeretur, fratres illos frequentius adijt eorumque domicilia & cætera omnia diligentius perlustrans sermones etiam de rebus diuinis instituebat. Tùm verò fratres, qui ad illum vsque diem, vanitati eius nonnihil indulserant, vt sensere eius animum emollitum, tempus nacti opportunum, de contemptu mundi sermones repetunt; hortantur vt exigua pro magnis, pauca pro multis, falsa pro veris, pro sempiternis fluxa & caduca, cõtemnere ne dubitet. Quid multa? Diuini timoris spiritu correptus, consilij & fortitudinis spiritu confirmatus, omnibus quæ mundi sunt protinus ex animo abdicatis, totum se diuino cultui & seruituti addixit: & in Carthusia, quam Portarum vocant, monastico eius Ordinis habitu hilariter suscepto, Christianæ militiæ nomen dedit.

Fit Carthusianus omnibus relictis.

Cùm autem eo tempore primaria Carthusia exiguo esset Christianorum militum præsidio munita, Anthelmus ex Portarum Carthusia eò destinatus fuit, vt suę virtutis exemplo tyrones in vasta illa eremo & horrore loci confirmaret excitaretque: quod sanè adeo egregiè viriliterq; præstitit vt prorsus esset nemo qui arduam virtutis eius semitam ingredi posset. Tanta illi in precibus & meditationibus erat lachrymarum copia vt continui quidam riuuli intimo pietatis affectu expressi ab eius oculis manare viderentur. Et quidem sub ipsa solenni quotidianarum precum persolutione non rarò torrentes quidam ex oculis prorumpebant, tantavi, vt nullo

Mittitur in primariam Carthusiam

Gratia lachrymarum.

nullo modo eos cohibere posset. In suorum verò & alienorum peccatorum commemoratione creberrimis virgarum ictibus dorsum lateraque cædebat, plagasq; plagis cumulando nunquàm carnem suam liuoris expertem aut cutem integram manere patiebatur. Disciplinæ eius.

Cùm his autem alijsque maioribus pietatis studijs strenuè se Dei seruus exerceret, fuit ad Procuratoris officium euocatus quod summa cum laude ac præcipua quadam charitate administrabat. Pauperibus enim & egenis pro insita sibi humanitate, non modo larga manu subueniebat, cibo potuq; recreabat, vestimenta nudis præbebat, sed etiam se ipsum magno charitatis affectu totum impendebat. Inde omnibus admodùm charus effectus Guidoni Carthusiæ Priori eximia virtute & prudentia viro vitæ munere sanctissimè perfuncto successit & locum illum multis virtutibus sempiterna memoria dignis adornauit. Parum namq; esse statuebat fratres diuino spiritu illustratos in officio continere, ijsque paterna cura ac prouidentia subuenire, sed aliorum etiam saluti constituendæ sedulò inuigilabat. Nam præter orationes quas multis cum lachrymis sine intermissione pro totius Ecclesiæ necessitatibus fundebat, non paucos ex medijs mundi vanitatibus & profunda peccatorum caligine extraxit. Aduentantes enim, quos non rarò ea domus habet, hospites magna beneuolentiæ significatione excipiebat, eosque mira verborum lenitate ad frequentem flagitiorum confessionem vitæque emendationem inuitabat. Fratrem quoque suum ex medio honorum decursu & certissimo æternæ vitæ periculo ad rectum salutis iter perduxit: Parentem quoque fœlicem non tam verbis quàm clarissi-

Fit Procurator.

Creatur magnæ Carthusiæ Prior.

Multos ad Deum conuertit.

rissimis virtutum exemplis adeò permouit, vt, tribus filijs magna virtute viris, præeuntibus, ipse quoque contempto cum suis vanitatibus & mortiferis illecebris mundo Saluatorem sequutus sit. Et sanè hoc vel præcipuum in tantis ornamentis aeberneficijs, quæ in eum Deus plena manu congessit, ducendum est, quòd corpore in solitudine constitutus, non vni tantùm sibi vacauerit, sed communis salutis cupidissimus multos Deo adiuuante ex barathro perditionis ad veram salutis viam & verbo & exemplo pertraxerit. Omnia enim pietatis suæ exercitia cum aliorum fructu & vtilitate volebat esse coniuncta. Et quanquàm non rarò homines quidam salutis suæ planè immemores, quos præceps in omnem licentiam natura cupiditasque corruperat cũ indignatione recederent, & horrendas etiam in eum minas iactarent, non tamen propterea aduentantes excludebat, vel salutis documenta subtrahebat: sed eadem animi modestia, eadem benignitate, probos pariter ac improbos admittebat: & singulis cùm per se tum per alios ad eam rem maximè idoneos singulis salutaria animæ medicamenta administrabat. Porrò fratribus suis nihil, quod vel ad animæ vel ad corporis cùm necessitatem tũ vtilitatem quoquo modo faciebat, deesse patiebatur: ne qua occasione ab assidua diuinarum rerum contemplatione deflecterent.

Eius solicitudo & diligẽtia in peccatoribus conuertendis.

Et quidem cùm tot tantisq; virtutum ornamentis esset decoratus religiosæ quietis vitæq; priuatæ auidissimus summa fratrum voluntate Prioratu se abdicauit & Carthusiæ gubernacula alij tradidit: non ita tamen, vt spiritum illum solitudinis vni sibi consecraret, sed tum vel maximè ab omni terrenarum rerum occupatione expeditus Christianæ pieta-

Abdicat se Prioratu.

pietatis ac religionis studium propagabat. Sed ea vitæ tranquillitas non potuit viro sancto esse diuturna: nam paulò pòst Bernardus Portarum Carthusiæ Prior vigiliam suam illi tradidit, quam nullo modo vir sanctus subterfugere potuit. Itaque Anthelmus quanquàm inuitus ne tamen minus dicto audiens videretur esse, se ad illam Carthusiam regendam diligentissimè retulit. Ac primùm ingentem frumenti vim, quam ibidem in magna annonæ caritate congestam inueniebat, pauperibus distribuit: & alijs item rerum omnium inopia laborantibus pecunijs subuenit.

Anthelmus præficitur Carthusiæ Portarum.

Atcùm vir Dei multis occupatus, ab illis, quibus potissimum inhiabat, spiritalibus studijs & exercitijs se distineri videret, vix biennij euoluto spatio, Prioris se officio rursus abdicans ad tutissimũ semperq; concupitum quietis ac silentij portum in magna Carthusia se recepit. Etsi autem solitudinis ac secreti amantissimus esset, crebrò tamen magnorũ virorum grata visitatione recreabatur, & illi vicissim sanctis eius colloquijs refecti magno delibuti gaudio recedebant. Inter alias verò eius virtutes quibus erat egregiè instructus nequaquam infima fuit ardentissimum Catholicæ vnitatis conseruandæ studium. Cùm enim Romanæ curiæ Episcopi Alexandrum Apostolicæ sedi Canonica electione præfecissent, & Octauianus ambitione cæcus malo dæmone impellente sedem inuasisset, & gratia atq; auctoritate illustris familiæ fretus vniuersam pæne ecclesiam suis partibus adiunxisset, Ordo Carthusiensis, auctore Anthelmo, primus in Occidentali Ecclesia Alexandro obedientiam obtulit cæteroſque, vt eandem præstarent & exemplo & doctrina impulit confirmauitque.

Iterum se abdicat Prioratu.

Carthusianorum studium erga verum Pontificem.

Non

Anthelmus eligitur Bellicensis Episcopus.

Non multò post accidit Bellicensem Ecclesiam suo orbari pastore, cui protinùs Anthelmus è latebris eremi extractus succedere compulsus est. Nitebatur ille quidem fuga illũ honoris gradum declinare, nullumq; non mouebat lapidem, vt reliquum vitæ tempus in silentio & solitudine exigere posset sed Alexander Pontifex Maximus diu multumque reluctantem & summis infimisq; precibus deprecantem tanto maiore honore dignum existimabat: quo ille se magis deprimebat eoq; indignum reputabat.

Episcopus factus vt se gesserit.

Igitur manibus ipsius Pontificis consecratus animarum curam suscepit, seseque non minus strenuè quam prudenter ad opus Euangelij comparauit. Et primò quidem totis viribus obscuratam pietatis ac religionis faciem multis vtrtutibus ac documentis illustrauit: & summa contentione profligatos clericorum mores seuiriore disciplina astrinxit. Nã qui infami fœminarum cõtuberniõ dignitatis suæ immemores viuebant suis prouentibus & officio priuare non verebatur: ita tamen vt eosdem foueret, tuendosque susciperet ne qua ab alijs ignominia læderentur. In pauperes verò & inopes incredibili fuit benignitate & misericordia. Profectò in eorum subleuanda inopia nemo sollicitior fuit. Omnia enim quę possidebat pauperum esse patrimonium asserebat. Itaque prẽter tenuem victum nihil sibi reseruabat, sed in pauperes erogabat. Susceperat duas inprimis cõgregationes singulari quodam studio tuendas fouendasque: Ex quibus vna viduarum & virginum, quæ sexum imbecillem cum ipso mundo virili animo vicerant: Altera leprosorum quibus omnia quæ ad victum vestitumq; necessaria erant liberaliter præbebat.

Eo anno quo ab hac vita decessit, magna annonæ caritas magna fame & miseranda valde calamitate homines opprimebat: quo tempore vir sanctus innumerabilem pauperum multitudinem suis fouebat beneficijs: prorsus vt cuncti miraculũ agnoscerent, quo Deus frumentum eius multiplicarat. Præfixerat autem vir sanctus certũ diem, ad quem vsq; eorum inopiæ benignè subueniret neq; pateretur, vt cum graui paupertatis malo cõflictarentur. Illo verò die aduentante subitò acuta febre correptus in morbum incidit, quo paulatim confectus sexto Kalendas Iulij anno ætatis suæ amplius sexagesimo inter suorum lachrymas & amplexus beatum Deo spiritum tradidit.

Moritur vir Sanctus.

Sacrum eius corpus fuit in Bellicensi Ecclesia honorificè tumulatum, vbi innumeris coruscans miraculis, quanta in cælis gloria eius anima fruatur, clarissimè testatur. Certè inter alia hoc vnum constat puerum quendam vita functum ad sepulchrum eius ad vitam reuocatum esse. Porrò quidam adolescens haud infimæ nobilitatis cùm die quodam venerabile viri sancti sepulchrum transiret, cerneretque homines morbidos & malè affectos opem eius implorare illorum fidem stultitiæ tribuens ibat cachinnans. Et eccè subitò intolerabili febris ardore correptus spem vitæ abijcere cogebatur. Tum verò pœnitudine ductus peccatum suum agnoscere, & sociorum manibus ad sepulchrum perductus cum lachrymis & crebro singultu veniam petere, vota nuncupare, nihilq; non facere vt amissam sanitatem recuperaret. Tandem verò precibus viri sancti manifesto miraculo liberatus didicit quanto vir sanctus honore ac veneratione dignus esset.

Vita functus ad sepulchrum eius reuiuiscit.

MARTYRIVM S. SOYLI CORDVBENsis, vt habetur in Lucij Marinei siculi Regij historiographi, de rebus Hispaniæ lib. 5. Passus est temp. Diocletiani & Maximiani.

27. Iunij.

Parentes & patria eius.

BEatissimus martyr Zoilus Cordubæ claris ortus natalibus ab infantia Christianæ pietatis disciplinis imbutus, cùm adolescens publicè Christum confiteretur, à paganis arreptus Iudicis cuiusdam tribunali oblatus est: atque ab ipso ad dæmonum culturam cùm minis tum promissis diu multumque exhortatus. Qui cùm minas pariter & promissa constanti animo despiceret, clàm abductus in præfatę vrbis cœmiterio cum peregrinorum corporibus sepultus est, ne aliquando digna veneratione tanquam martyr à Christianis coleretur. Sed cùm Christo donante pax Ecclesiæ reddita esset temporibus Regis Sisebuti, quidam vir nobilis de Gothorum propagine clarus, Agapitus nomine ex laica in monasticæ vitæ disciplinam concedens tandem ad summum sacerdotium electus est. Is cùm mira vitæ austeritate Deo seruiret, meruit secundum quietem beati martyris certamen, & nomen, locumque quo sepultus erat, cognoscere. Mane itaque facto quia nihil de visionis veritate dubitabat, congregatis fratribus & maxima vulgi multitudine, ad ostensum sibi locum sine mora perrexit: effossaque humo sacratissimum martyris corpus integrum inuenit, quod præ amoris magnitudine osculis demulcere cœpit, indignum se reputans, vt manibus suis tanti viri tangeret reliquias. Accidit autem, vt crebrius osculando, subitò primoribus dentibus priuaretur: quos ab ore excidentes, in sarcophagum, vbi viri sancti

Sepultura eius inter peregrinos.

Agapitus episcopus Cordubēsis.

Inuenit corpus martyris.

sancti corpus humatum fuerat, proiecit. Peracto autem inuentionis obsequio sequenti nocte S. Soylus per visum ita eum affatus est: Cur me sæpius osculando verberasti? iam pro eis quæ à me poposcerás intercedens à Domino Iesu Christo impetrasti, & nunc certus esto, quia dimissa tibi sunt peccata.

VITA S. SAMPSONIS HOSPITVM Exceptoris, ex ea, quæ est per Metaphrasten. Docet autem Baronius nequaquam eum sub Iustiniano vixisse, quemadmodum in actis eius legitur, Sed multò ante tempora Iustiniani vita functum esse.

Vide Baron. in notat. hoc die.

MAgnus hic Sampson fama rerum gestarum toto orbe celeberimus Romanis parentibus & generis dignitate & diuitiarum gloria ortus est præstantissimis. Cùm autem insita naturæ generositate ardua quæque summo studio consectanda sibi proponeret, animum inprimis ad perfectam diuinarum humanarumque rerum cognitionem applicuit: deinde pari diligentia artem medicinæ consecutus est, non tam ad quæstũ, quàm vt ea morbidis & calamitosis, pro insita sibi humanitate, subueniret. Sed cùm parentes tam humili abiectoque officio notam ignominiæ sibi totique familię irrogari putarent, eum multis modis à tam præstanti charitatis officio impediebant, prorsus vt vir sanctus non nisi furtim ijs rebus operam dare poterat.

27. Iunij. Patria & parentes eius.

Studet medicinæ.

Postquàm verò parentibus è vita sublatis liberam rerum suarum administrationẽ obtinuit, nulla interposita mora, totum se suaq; omnia in pau-

Totum se ad pauperes sublenandos cõferre.

perum curam studiumq; transtulit. Et primo quidem seruorum greges libertate donatos opibus & consilio iuuit, vt perfectam etiam in Christo libertatem consequerentur. deindè patria relicta & maxima diuitiarum copia in pauperes benignè admodùm distributa diuino haud dubiè numine impulsus Constantinopolim abijt: vbi incredibili benignitate omnib. egenis & malè affectis domum suã aperuit, cibum potumq; ministrauit: & singulari industria morbidos curauit, nec defuit paulò pòst admiranda miraculorum virtus, qua mira facilitate, quos humana industria non poterat, gratia diuina sanabat. Cùm autem tam excellens in omni genere virtus nequaquàm obscura esse poterat, tum ad ipsum Pontificem Menam, qui sedem illam tũc temporis administrabat, fama illius peruenit: qui protinus virum sanctum annos plus minus triginta natum sacerdotio initiauit, vt maiori tum auctoritate male affectas animas similiter ad sanitatem adduceret.

Abit Cõstantinopolim.

Fit Sacerdos

Interea Imperator, qui graui vlcere vesicæ laborabat, cùm ab inanibus medicorum promissis frustra diu sanitatem sperasset, tandem ope humana planè destitutus ad diuinum totã mente auxilium confugit: & eccè leni sopore oppressus inter medicorum turbas vidit virum quendam insigni morum honestate ac grauitate præditum qui certissimam ei salutem spondebat. Mane facto diligentissima medicorum omnium facta inquisitione tandem inuentus est Sampson, qui formam ab Imperatore visam toto corporis habitu ad amussim exprimebat. Tum verò Imperator incredibili gaudio exultare & certa de Sampsonis virtute concepta fiducia virum sanctum orare atque obse-

crare

crare, vt sacræ manus suæ contactu dolorem pellat, & integram, quæ ei in visu promissa erat, sanitatem reddat. Recusauit primò Sampson multis se peccatis obnoxium, nec vlla virtute præditum clamitans. Sed cum Imperator instaret, & precibus vim propè inferret, vir sanctus consueta pietate permotus manu sua morbum pepulit: in quo innumerabilis medicorum turba curando frustra diu multumque desudauerat. Imperator verò tantam in viro sancto virtutem sine fine admirans, vt acceptum beneficium immortalitati consecraret, ædem hospitalem sanè celeberrimam domui ipsius Sampsonis contiguam extruxit: eamque viro sancto tradidit & donis & muneribus & possessionibus amplissimis ornauit: quæ omnia Sampson in pauperum & calamitosorum miseria subleuanda egregie expendit. Vixit autem in eo pietatis studio à primis annis ad decrepitam vsque ætatem, tantaque beneuolentia & cura omnium necessitatem subleuauit, morbos curauit, contagiones ad totius corporis pestem manantes tractauit, vt cuncti eius charitatem obstupescerent & ardens benignitatis studium sine fine mirarentur.

Sanat Imperatorē Sampson contactu manus suæ.

Imp. extruit domum hospitalem.

Postquàm verò ætatem hoc modo & in Dei seruitio & proximorum cura assidua præclarè expendisset cum admiranda pietatis significatione & clarissima opinione sanctitatis vltimum vitæ actum absoluit; lætusque è corporis vinculis in cælos immigrauit. Quàm multis autem clarus fuerit miraculis non in vita solùm, sed multò etiam magis post mortem: nullis verbis explicari potest.

Claret multis miraculis.

Et primùm quidem hoc constat illius virtute horrificum illud incendium, quo Sophiæ templum

Constantinopoli vnum omnium celeberrimum conflagrabat restinctum fuisse: cùm vir sanctus à viris quibusdam per tecta discurrere visus, sit flammasque manu submouere: ità vt cunctis stupentibus domus sacra prorsus illæsa maneret. Fuit autem non solùm in vita pauperibus & calamitosis beneficus, sed multo etiam magis post mortem: cùm multos varijs ægritudinibus detentos & spe vitę destitutos sanauit & plurimis secundum quietem apparens in rebus deploratis opem tulit.

MARTYRIVM SS. PLVTARCHI, SEreni, Heraclidis, Herois, item alterius Sereni, Potamiænæ, &c. Ex historia Ecclesiastica Eusebij Cæsareens. lib. 6. cap. 4.

28. Iunij. Discipuli Origenis.

CVm plurimi Origenis discipuli eius sedulitate fidem & certam in verbo Dei persuasionem interiore mētis suę recessu ingenuè syncereque hausissent, in illo persecutionis tempore præclarè se admodum & constanter gesserunt: vnde nonnulli eorum capti, beato martyrio finem viuendi gloriosę fecerunt. Ex quorum numero primus erat Plutarchus, quo ad mortem abducto, parùm aberat, quin Origines, dum illi in extremo iam vitæ suę exitu adesset, à Plutarchi ciuib. (quippè causam mortis Plutarchi in eum transferebant) iam denuò interfectus fuisset. Cæterùm perspicax Dei prouidentia illum etiam eo tempore è periculo eripuit. Post Plutarchum secundus ex Origenis discipulis martyr fuit Serenus: cuius in Christum fides,

Plutarchus.

Serenus.

fides, quam animo imbiberat, ignis incendio satis explorate probata fuit. Heraclides tertius martyr & quartus Herois eadē schola profecti, quorumq; vterq; prior dum adhuc catechuminus erat posterior ante nuper iā baptizatus securi percussus fuit. Prætereà ex eodē ludo alius à primo Serenus quintus Athleta, pro pietatis defensione quam suscepe-rat pleno ore laudatur: cui post ingentem tormentorum perpessionem fama est caput ceruicibus abscissum esse.

Heraclides. Herois. Serenus alter.

Ex mulierum numero, quæ erant eius disciplina institutæ, Rhais adhuc cathecumena baptismum per ignem consecuta excessit è vita. Septimus inter illos numeratur Basilides, qui Potamiœnam multorum commendatione insignem, ad supplicium deduxit, de qua frequens & celebris sermo apud ciues suos iam habetur, vtpotè quæ cùm infinitas propè pugnas pro corporis pudicitia & virginitate, qua præ cæteris excellebat, contra insanos amatorum suorum impetus (in ea enim præter animi virtutes, eximia prætereà & integra corporis pulchritudo cum venustate elucebat) constanter sustinuit: tum multiplices & graues ærumnas pro fide in Christum exhauriens, ad extremum post tormenta acerba dictaque horrenda vnà cum matre Marcella, ignis incēdijs absumpta mortem oppetijt. Ferunt quidem Aquilam (hoc enim Iudicis nomen fuit) postquam graues vniuerso illius corporis plagas inflixisset tandem ad corporis ignominiam & contumeliam libidinosissimis gladiatoribus illam se traditurum interminatum: illam autem paulisper intra se meditatam, cùm rogaretur quid sentiret eiusmodi responsum dedisse,

Rhais fœmina. Basilides. Potamiœna. Marcella.

vnde visa est illis aliquid impietatis (sic enim putabatur) manifestò elocuta. Atque euestigio post definitiuam de ea latam sententiam, Basilides vnus ex satellitibus eam acceptam ad locum supplicij deduxit. Simulatque autem multitudo ei molestiam facessere & verborum petulantia insectari conabatur, hic eos, qui contumeliam ei faciebant, repulsos coercuit, & maximam clementiam summamq; humanitatem in eam declarauit. Illa verò hominem pro illius erga se commiseratione vehementer amplexata, bono animo esse hortatur, nam ait se, simul ac abiret è vita, à Domino suo veniam & gratiam pro eo efflagitaturam, & non diu pòst eius in se merita iusta remuneratione compensaturam. Hæc cùm dixisset, pice feruenti per varia & diuersa corporis membra ab imis pedibus ad capitis verticem sensim ac pedetentim diffusa, generoso & excelso animo migrauit è vita Tale certamen ab hac percelebri & gloriosa virgine confectum fuit.

Clementia Basilidis in Potamiœnam.

Non longo temporis interuallo interposito, Basilides, cùm satellites socij sui certa de causa iusiurandum ab ipso exigerent, asseueranter affirmat, omninò sibi non licere iurare: Christianum enim se esse, & hoc se propalam fateri. At illi primò eum etiamnum iocari putabant. Verùm vbi illud constanter asserit, abducitur ad Iudicem, & coram illo intentionem confessus in vincula conijcitur. Cùm fratres in Domino ad eũ aduentarent causamque repentinæ & admirabilis huius mutationis scisciterentur, fertur respondisse: Potamiœnam triduò pòst martyrium noctu ei assistentem, coronã ipsi capiti imposuisse, dixisseq; se pro eo gra-

Basilidis martyrium.

eo gratiam à Domino postulasse, postulatam obtinuisse: & Dominum non longo tempore post eum ad suam gloriam recepturum. Post illa, vbi fratres sigillum in Domino ei impertiuerant, postero die securi percussus, præclara martyrij corona donatus est. Alij item cõplures Alexandriæ ijsdem temporibus, vtpotè quibus Potamiœna secũdum quietem apparuisset, eosq; fuisset impensè ad Dei verbum amplexãdum cohortata, frequentes ad fidem Christi accessisse commemorantur.

ACTA SS. APOSTOLORVM PETRI ET Pauli, per Egesippum scripta lib. 3. de excidio Hierosolymitano Cap 2. Omittimus hic integram rerum ab ijs gestarum seriem referre, partim ne prolixiores simus, partim quia diligens lector eandem multò vberius clariusq; in doctissimi Baronij Annalibus habere potest: tum ad varias multorum opiniones parum syncera fide, tum ad hæreticorum argumenta refellenda. Subierunt martyrium Lucio Fonteio Capitone, & Caio Iulio Ruffo Conss. anno à Christo Domino sexagesimo octauo, Neronis verò decimo tertio.

ERant Neronis temporibus Romæ Petrus & Paulus doctores Christianorum, sublimes operibus, clari magisterio: qui virtute suorũ operum Imperatorem aduersum fecerant, captum Magi Simonis delinimentis, qui sibi animum eius conciliauerat. Cui adiumentum victoriæ subiectiones gentium, vitæ longæuitatem, salutis custodiam feralibus artibus pollicebatur, atque ille credebat qui vim rerum nesciret examinare. Denique summum apud illum tenebat amicitiæ locũ: quandoqui-

Iunij 29.

Petrus & Paulus docẽt Romæ.

Simon Magus.

doquidem etiam præsulem suæ salutis vitæque custodem arbitrabatur. Sed vbi Petrus eius vanitates & flagitia detexit, & species illum rerum mentiri, non solidum aliquid aut verum efficere demõstrauit, ludibrio habitus & digno est consumptus mœrore. Et quamuis in alijs terrarum partibus Petri esset expertus potentiam, tamen præueniens Romã ausus est iactare quod mortuos suscitaret.

Defunctus erat id temporis Romæ adolescens nobilis, propinquus Cæsaris, cum vniuersorũ dolore. Admonuêre pleriq; experiendum, vtrùm posset resuscitari. Celeberrimus in his operibus habebatur Petrus: sed apud Gentiles nulla facti huiusmodi deferebatur fides. Dolor exegit remedium: perrectum est ad Petrum. Fuêre qui etiam Simonẽ accersendum putarent: vterque affuerunt. Ait Petrus Simoni: qui se de sua iactaret potentia priores sese partes dare: vt si posset mortuum resuscitaret. Si ille non resuscitaret, se non defuturum, vt Christus opem ferret defuncto quo posset resurgere. Simon qui putaret apud vrbem gẽtilium plurimùm suas valituras artes, conditionẽ proposuit: vt si ipse resuscitasset mortuũ, Petrus occideretur, qui magnæ potẽtiæ (sic enim appellabatur) lacessendo iniurias irrogauisset: sin verò præualuisset Petrus, in Simonem pari genere vindicaretur. Acquieuit Petrus, adorsus est Simon. Accessit ad lectulũ defuncti, incantare atque immurmerare dira carmina vt cœpit, visus est caput agitare qui mortuus erat. Clamor ingens gentilium, quòd iam viueret, quod loqueretur cum Simone. Ira & indignatio in Petrum, quòd ausus esset cõferre sese tantæ potestati. Sanctus Apostolus poposcit silentium, & dixit: Si viuit defunctus loquatur: si resuscitatus est, surgat, ambu-

Simoni quã tum tributũ Romæ.

ambulet, pabuletur. Phantasma illud esse, non veritatem, quòd videatur caput mouisse. Denique separetur, inquit, Simon à lectulo, & tunc ne id quidem ostentui futurum. Abducitur Simon à lectulo, manet sine specie motus alicuius qui mortuus erat. Adstitit Petrus longiùs & intra se paulisper orationi intentus, cum magna voce ait: Adolescens surge: sanet te Dominus Iesus. Et statim surrexit adolescēs, & locutus ambulauit & cibum sumpsit, & dedit eum Petrus matri suæ. Qui cùm rogaretur, vt ab eo non discederet, ait: Non derelinquetur ab eo, qui eum fecit resurgere, cuius nos serui sumus. Secura esto mater & filio, non verearis: habet custodem suam. Et cùm populus in Simonem insurgeret, vt lapidaretur, ait Petrus: Satis est ad pœnam eius, quod cognoscit suas artes nihil valere: viuat, & Christi regnū crescere videat vel inuitus. Torquebatur Magus Apostoli gloria, collegit sese atque omnem excitans carminum suorum potentiam congregat populum, offensumque se dicit à Galilæis, relicturum se vrbem, quam tueri soleret. Diem statuit, pollicetur volatum, quo supernis sedibus inueheretur: cui quando vellet, cælum pateret. Conscendit statuto die montem Capitolinum, ac se de rupe deijciens volare cœpit: Mirari populus ac venerari plerique, dicentes Dei esse potentiam non hominis, qui cum corpore volitaret: nihil tale fecisse Christum. Tunc Petrus in medio stans, ait: Iesu Domine, ostende ei vanas artes suas esse, ne hac specie populus iste, qui crediturus est, decipiatur. Decidat Domine, sic tamen vt nihil se potuisse viuens recognoscat. Et statim in voce Petri implicatis remigijs alarum, quas sumpserat, corruit: nec exanimatus est, sed fracto debilitatoque

S. Petrus excitat mortuum.

Simon Magus dū vult volare corruit: deindè moritur.

crure

crure Aritiam concessit, atque ibi mortuus est.

Vide Neronis nequitiam.

Quo comperto, deceptum se Nero & destitutũ dolens, tanti casum amici, sublatumque sibi virum vtilem & necessarium Reipublicę indignatus quęrere cœpit causas quibus Petrum occideret. Et iam tempus aderat, quo sancti vocarentur Apostoli Petrus & Paulus. Denique dato vt compræhẽderetur præcepto, rogabatur Petrus vt sese alio conferret. Resistebat ille dicens nequaquàm se facturum, vt tanquam metu mortis territus cederet: bonum esse pro Christo pati: qui pro omnibus se morti obtulisset: non mortem illam sed immortalitatem futuram: indignum, vt ipse fugeret passionem sui corporis, qui multos doctrina sua compulisset se hostias pro Christo offerre, deberi sibi secundum Domini vocem, vt & ipse in passione sua Christo gloriam atque honorem daret. Hęc & alia Petrus obtexere, sed plebs lachrymante, quærente ne se relinqueret & fluctuantẽ inter procellas gentiliũ destitueret, victus fletibus Petrus cessit: Promisit se vrbem egressurum. Proxima nocte salutatis fratribus & celebrata oratione, proficisci solus cœpit. Vbi ventum est ad portam videt sibi Christum occurrere, & adorãs eum, dixit: Domine quò vadis? Cui Christus: Iterum venio crucifigi. Intellexit Petrus de sua dictũ passione, quod ea Christus passurus videretur, qui patitur in singulis, non vtique corporis dolore, sed quadam misericordiæ passione, aut glorię celebritate. Et conuersus in vrbem redijt, captusque à persecutoribus Cruci adiudicatus, poposcit vt inuersis vestigijs cruci affigeretur, quod indignus esset, qui simili modo crucifigeretur, vt passus est Dei filius. Quo impetrato vel quia ita debebatur, vt Christus prædixerat, vel

In huius rei memoriam extat adhuc Romæ extra portam Appiam erectũ sacellum ꝙ vulgò appellatur: Domine quo vadis.

quia

quia persecutor nō inuitus indulget pœnarum incrementa & ipse Paulus, alter cruce, alter gladio necatus est.

VITA S. THEOBALDI PRESBYTERI, Eremitæ & Confessoris. ex ea quæ est optima fide apud Surium. Floruit temporibus Henrici Augusti, & Henrici Regis Francorum, & filij eius Philippi.

Iunij 30.

THeobaldus è gente Frācorum, territorio Senonensi oriūdus, patre Arnulpho, matre verò Gisla, flos vt ita dicam è spinis erupit. Illi enim & diuitiarū & nobilitatis gloria elati splendidè vitam ducebāt: Theobaldus verò ab ipsis pœnè incunabilis inediam & paupertatē sectabatur: omnesque corporis delicias respuens solus plerunque de pietatis studio & suauitate cęlestis disciplinę consilia agitabat. Degebat id temporis in castro Prunino Odonis Campanienſis qui affinitate Theobaldum attingebat, eumque modis omnibus ad eandem mundi vanitatem secum abripere nitebatur. At adolescens optimæ indolis ne per abrupta vitiorū paulatim abiret, sedulò de eremi solitudine incolenda cogitare cœpit. AEmulabatur Pauli & Anthonij vitæ austeritatem, victus tenuitatem, vestium asperitatem, animi contemplationem & angelorum in solitudine contubernium. His igitur & huiusmodi facibus accensus, clandestina discessione adijt quendam eremitam in quadam insula Sequanæ latitantem: cum quo omnia sua consilia cogitationesque de imitatione Sanctorum cōtulit. Inito igitur consilio, assumptoque Gualtero quodā milite socio, asscensis vterque equis, cum singulis armigeris ad Rhemensem ciuitatem peruenerunt. Quam simulatque ingressi sunt ante omnia apud S. Remi-

Parentes S. Theobaldi.

Assumit sui instituti socium.

Remigium, numine ſalutato, animum protinùs ad eremiticæ vitæ cultum obfirmârunt.

Igitur vt arcana conſiliorum ſuorum quàm accuratiſſimè tegeret, occaſione viſendorum amicorum armigeris atque equis in hoſpitio relictis, pedes in viam cum fideli milite ſe dedit. Paululum verò progreſſi inuentis duobus peregrinis pretioſa veſtimenta, quibus erant ornati, largiuntur; ſeſeque viciſſim optato ſacco induunt. Deindè reliquum iter nudis pedibus, & capite itē nudo ad Pitingum vſque (qui locus in Teutonicorum regno ſitus eſt) confecerunt. Ibi denio & obſcuro quodam loco aliquamdiu delituêre, & voluntariam paupertatem Chriſti amore ſuſtinentes multo labore victum ſibi quæritarunt: ſimulque vt Chriſtianæ humilitatis, quæ cæterarum eſt parens cuſtosque virtutum, ſolida iacerent fundamenta, viliſſima quæque ruſticorum opera obibant. Tenuiſſimo verò nummorum quæſtu collecto, indè nudis pedibus ad S. Iacobum in Galicia Hiſpaniæ perrexerūt. Cùm autem votis precibusque ex animi ſententia ibidem perſolutis reuerterentur, diabolus in itinere humana ſpecie aſſumpta varias eis inſidias ſtruxit: qui tamen fuſus fugatusque ac Theobaldi præcipuam virtutem ſanctitatemque reueritus eſt. Indè Treuerim delatus ſalutatis ibidē amicis & patre haud mediocri dolore tabeſcente cōſolato Romam petijt vt Hieroſolymas indè contenderet.

Incedūt nudis pedibus & capite.

Venit Treuerim.

Hac igitur intentione Italiæ fines oberrans tandem ad locum quendam, cui vetuſtas Salanica nomen indidit, peruenit. Perluſtrato verò loco in ſaltu quodam ſatis ſpatioſo veteris quaſi eccleſiæ ruinas ibidem reperit: vbi paruo vilique tugurio raptim excitato angelicam in terris vitam æmulari

cœpit.

cœpit. Et primò quidem pane & aqua victitare & extrema inedia carnem macerare, deindè à pane omniq́ue potu abstinens fructibus tantum & herbis earumq́ue radicibus vitam sustentare. Postquàm verò aliquandiu hoc modo non sine magna sanctitatis opinione Christo ibidem famulatus esset, in Vincentina ecclesia sacris omnibus initiatus est. Tùm verò multò maiora animo moliri cœpit: non quo modo se tantum, sed alios omnes ad eximiam sanctitatem perduceret. Biennio autem expleto, ex quo vir sanctus iam dictũ cœperat incolere locum socius eius Gualterus vita functus est.

Fit sacerdos

Porrò Theobaldus cùm eiusmodi vitæ cursum magno animi fructu sine vlla offensione tenuisset, mox granioribus prelijs & occultis apertisq́ue dæmonum insidijs exagitari cœpit: neque tamen diuina in medijs tentationum procellis defuere solatia: prorsùs vt non rarò angelica visitatione consolaretur: & diabolica caligine discussa incredibili quodam mentis iubilo perfunderetur.

Interea cùm fama sanctitatis eius nominisq́ue celebritas longè lateq́ue vagaretur, pater & mater eius inclyta fama permoti cum maxima nobilium turba ad eum venerũt. Ibi mater cùm filium, quem amissum longo tempore acerbissimè luxerat, tantis cerneret charismatibus plenũ, præ gaudio vim lachrymarum fudit: & inter lachrymosa suspiria dubitare cœpit: an patria & viro & liberis relictis Theobaldo adhæreret. Tandem post varias fluctuantis animi procellas abruptis omnibus seculi retinaculis soli Domino Deo cum filio seruitura adhæsit. Itaque quę magnã in mundo possederat prædiorum amplitudinem, vnius breuis cellulæ cum filio Deo famulatura elegit solitudinem. Cui filius cum

Parentes eũ visitant & mater ei adhæret.

us cum tanta humilitate obsecutus est, vt non facilè queat enarrari.

Biennio verò antequàm ex hoc mundo migraret ita corporis vulneribus obsitus fuit, vt neque gressum figere, neque ori suo manu ministrare posset. Neque tamen vlla corporis infirmitate à proposito vitæ rigere potuit flecti. Cumque duodecimus annus volueretur, ex quo patriam reliquerat, (nam tribus annis peregrinatus, & nouem in solitudine exegit) ingrauescente vlcerum valetudine, corporis vigore planè destitui cœpit. Accersito igitur Petro Abbate intima sibi familiaritate coniuncto, matrem, suosque spirituales filios cum totius eremi cura illi commendat. Ante verò diem tertium quàm corporis vinculis solueretur, quinquies ingenti motu terra quassata fuit. Cumque diu in agone desudasset, epulo cælesti, quo sanctissimum Christi corpus Christianæ nationi porrigitur, refectus, cùm sæpiùs iterasset: Domine miserere populi tui diuinis fatigatum officijs spiritum Deo tradidit. Sacrum eius corpus fuit multorum lachrymis & crebro singultu in basilica Virginis matris, ad cuius titulum Sacerdotij functus est honore, honorificè conditum. Ibi verò quantis quamque stupendis coruscat miraculis nulla vis orationis explicare potest.

Nouem annis vixit solitarius.

Terræmotus

Obitus eius.

FINIS TOMI SECVNDI.

INDEX SANCTORVM HOC VOLVMINE CONTENTORVM.

APRILIS.

1	Vita S. Hugonis Episcopi & Confessoris.	1
	SS. Agapes, Chioniæ & Irenes martyrũ.	9
2	SS. Amphiani & AEdesij martyrum.	11
	S. Nicetij Episcopi.	15
	S. Theodosiæ virginis & martyris.	21
	S. Francisci de Paula confessoris.	22
3	S. Nicetæ confessoris.	30
	S. Richardi Episcopi.	41
	SS. Agathopodis & Theodulo martyrum.	46
4	S. Platonis monachi.	52
5	S. Vincentij Valentini.	60
6	S. Gulielmi Abbatis Roschildensis.	83
7	S. Calliopij.	89
8	S. Bademi Abbatis.	92
9	S. Mariæ AEgyptiacæ.	93
10	SS. Terentij, Africani & sociorum martyrũ.	105
	S. Macarij Patriarchæ.	109
11	S. Antipæ Episcopi.	119
	S. Isaac.	122
	S. Guthlaci Anachoretæ.	125
12	S. Sabæ martyris.	131
13	SS. Iustini philosophi, Charitonis & sociorũ.	134
	SS. Carpi, Papyli & sociorum martyrum.	141
	S. Martij Abbatis.	149

Oõ Vita

Vita S. Hermenegildi martyris. 152
14 S. Lydvvinæ virginis. 154
15 SS. Maximi & Olympiadis martyrum. 173
16 S. Paterni Episcopi. 174
17 S. Mappalici martyris. 180
18 SS. Eleutherij Episcopi & Anthiæ matris eius. 181
S. Apollonij martyris. 188
S. Vrsmari Episcopi & confessoris. 190
19 S. Elphegi Episcopi & martyris. 193
S. VVernheri pueri martyris. 203
20 S. Marciani presbyteri. 207
21 SS. Simeonis Episcopi, Vsthazanis & sociorũ martyrum. 210
S. Anselmi Cantuariensis Archiepiscopi. 216
22 S. Epipodij martyris 235
SS. Acepsimæ, Ioseph & AEithalæ martyrum. 239
S. Theodori Archimandritæ. 252
23 S. Georgij martyris. 263
S. Adalberti Episcopi & martyris. 273
B. AEgidij minoritæ. 280
24 S. Alexandri Lugdunensis martyris. 287
25 S. Marci Apostoli & Euangelistæ. 289
26 S. Basilei Episcopi & martyris. 294
S. Richarij presbyteri. 298
27 S. Anthimi Episcopi & martyris. 302
28 SS. Vitalis & Valeriæ martyrum. 307
S. Theodoræ. 310
29 S. Hugonis Abbatis. 316
S. Roberti Abbatis Molismensis. 321
S. Petri Martyris Ordinis Prædicatorum. 327
S. Catharinæ Senensis. 336

Vita

30 Vita SS. Mariani lectoris & Iacobi Diaconi. 370
S. Maximi martyris. 375

MAIVS.

1 VIta S. Philippi Apostoli. 377
S. Iacobi Apostoli 381
SS. Zoerardi Confessoris & Benedicti Mart. 387
S. Amatoris Episcopi. 391
S. Sigismundi Regis martyris. 394
S. VValburgæ virginis. 397
2 S. Athanasij Episcopi. 403
S. Antonini Archiepiscopi Florentini. 421
3 De Inuentione S. Crucis. 437
SS. Alexandri Papæ, Euentij & Theoduli presbyt. Item Quirini & aliorum 440
SS. Alexandri & Antoninæ virginis. 448
4 S. Pelagiæ virginis & martyris. 451
SS. Syluani Episcopi & aliorum martyrum. 457
S. Floriani martyris. 459
S. Monicæ matris S. Augustini. 461
6 S. Ioannis Damasceni. 478
7 S. Ioannis Hagustaldensis Episcopi. 492
8 S. Achatij Centurionis. 494
S. Victoris martyris. 501
S. Stanislai Episcopi & martyr. 504
S. Petri archiepiscopi Tarentasiensis. 521
9 S. Gregorij Nazianzeni. 526
10 S. Gordiani martyris. 541
S. Iob Prophetæ. 544
11 SS. Anthimi, Sisinnij & aliorum martyrum. 545

Vita S. Gangulphi martyris. 551
S. Maioli Abbatis. 556
12 SS. Nerei, Achillei, Domitillæ, & aliorum martyrum. 559
S. Pancratij martyris. 566
S. Modoaldi Episcopi. 569
S. Epiphanij Episcopi. 578
13 S. Seruatij Episcopi. 596
S. Ioannis Silentiarij Episcopi. 598
14 SS. Victoris & Coronæ. 604
S. Bonifacij Episcopi Ferentini. 608
S. Pontij Martyris. 613
S. Bonifacij Archiepiscopi Moguntini. 618
S. Pachomij Abbatis. 635
15 S. Dympnæ virginis & martyris. 646
16 S. Domnoli Episcopi. 654
17 S. Torpetis martyris. 660
19 S. Dunstani Archiepiscopi. 661
S. Petri de Morono alias Cælestini V Papæ. 679
S. Iuonis Presbyteri & Confessoris. 681
20 S. Austregisili Archiepiscopi. 694
S. Bernardini Confessoris. 699
21 S. Hospitij Reclusi Confessoris. 706
22 S. Martiani Archiepiscopi. 708
24 SS. Donatiani & Rogatiani martyrum. 709
25 S. Zenobij Archiepiscopi. 713
S. Aldelmi Episcopi. 722
S. Augustini Episcopi & Confessoris. 725
26 S. Quadrati Episcopi Atheniensis. 732
27 S. Bedæ Venerabilis Presbyteri. 732
28 S. Germani Episcopi. 736

Vita

29 Vita SS. Sisinnij, Martyrij & Alexandri. 739
S. Maximini Episcopi. 742
B. Andreæ de Chio Martyris. 748
31 S. Petronillæ virginis. 756

IVNIVS.

1 Vita SS. Pamphili, Valentij, Pauli, Seleuci, Porphirij, Theoduli, Iuliani & sociorũ mart. 758
S. Simeonis Monachi Treuerensis. 763
2 SS. Photini, Epagathi, Maturi, Attali, Pontici, Biblidis, Alexandri, Blandinæ & aliorũ mart. 770
SS. Marcellini & Petri martyrum. 780
3 SS. Pergentini & Laurentini martyrum. 783
4 S. Quirini Episcopi & martyris. 786
6 S. Claudij Archiepiscopi. 789
S. Nortberti Episcopi. 791
7 S. Pauli Archiepiscopi Constantinopol. 808
S. Roberti Abbatis Angli. 810
8 S. Medardi Episcopi & Confessoris. 813
9 SS. Primi & Fœliciani martyrum. 818
S. Pelagiæ Antiochenæ virginis & martyris. 821
10 SS. Getulij, Cerealis, Amantij & Primitiui. 822
S. Margaretæ reginæ Scotiæ. 825
11 S. Barnabæ Apostoli. 829
12 S. Parisij Bononiensis confessoris. 838
S. Onuphrij Eremitæ. 839
13 S. Aquilinæ virginis & martyris. 842
S. Antonij Olyßiponensis, vulgò Patauini. 844
15 SS. Viti, Modesti & Crescentiæ martyrum. 853
S. Landelini Abbatis. 858
S. Abrahæ Abbatis. 862

16 Vita SS. Quirici & Iulitæ. 863
S. Lutgardis virginis 865
17 S. Auiti Presbyteri. 868
18 SS. Leonij & sociorum martyrum. 872
19 S. Romualdi Anachoretæ. 877
22 S. Paulini Episcopi Nolani. 882
SS decem millium Martyrũ in mõte Ararath. 885
23 S. Ediltrudis Reginæ & virginis. 892
De Natiuitate S. Ioannis Baptistæ. 893
24 S. Simplicij Episcopi & Confessoris. 898
B. Iuanis in Bohemia Eremicolæ. 900
25 S. Prosperi Aquitani Episcopi. 903
S. Adelberti Confessoris. 907
26 SS. Ioannis & Pauli, Item Gallicani martyrũ. 910
S. Vigilij martyris & episcopi Tridentini. 917
S. Rudolphi Episcopi Eugubini & Confess. 919
S. Anselmi. 923
27 S. Zoili Cordubensis. 930
S. Sampsonis hospitum exceptoris. 931
28 SS Plutarchi, Sereni, Heraclidis Episc. 934
SS. Petri & Pauli. 937
30 S. Theobaldi presbyteri, eremitæ & confess. 941

Soc.tis Jesu Paderb.

FINIS.

863
865
868
872
877
882
885
892
893
898
900
903
907
910
917
919
923
930
931
934
937
941



COLONIAE,
Typis Lamberti Andreæ.
ANNO M. D. XCV.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th
2461

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN